172-1



G.G.C. 3.

POMPONII MELÆ
LIBRI TRES
Lauderdale DE ~~Plutocopiby 22~~
SITU ORBIS
Cum Obſervationibus Classicks.
ISAACI VOSSII.

Accedunt ejuſdem Voſſii obſervationum ad Pomponium Melam appendix & tres indices.

EDITIO SECUNDA,
In qua obſervationes textui ſubjectæ ſunt, quæ in prima editione in fine operis apparebant.

FRANEKERÆ,
Apud LEONARDUM STRICKIUM,
Bibliopolam. MDCC.

CELEBERRIMIS
ET
ERUDITISSIMIS
VIRIS.

JOANNI GEORGIO GRÆVIO,

REGIS MAGNÆ BRITANNIÆ HISTORIOGRAPHO, LITERARUM HUMANIORUM PROFESSORI IN ACADEMIA ULTRAJECTINA EXCELLENTISSIMO.

JACOBO PERIZONIO,

ELOQUENTIÆ ET HISTORIARUM PROFESSORI IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA PRÆSTANTISSIMO.

GULIELM. COETIER,

ICTO. ELOQUENTIÆ ET HISTORIARUM PROFESSORI IN FRISIORUM ACADEMIA PRÆCLARISSIMO.

Hanc novam Pomponii Melæ editionem doctissimis Isaaci Vossii observationibus illustratam

D. D. D.

LEONARDUS STRIK.

ISAACUS VOSSIUS
CANDIDO LECTORI.

ANimus fuerat insalutatum te præterire, cum nihil habeam quod te magnopere velim: quia tamen & pagella vacat, & consuetudinis sit habenda ratio, libenter chartæ consulimus, & simul illis occurrimus, qui forsan tenuis officioli neglectum inhumanitatem vocabunt, ac silentium pro morositate sint habituri. Ne itaque in ipso operis limine aliquid sit, quod bonis displiceat, mali criminentur, quorum tamen minima apud me est autoritas; pauca præmonebo. Sic itaque habeas. In restituendo hoc brevi quidem, non tamen inutili scriptore, quamvis plurima adhibuerim scripta exemplaria, tria tamen potissimum esse secutum; Vaticanum omnium antiquissimum; Britannicum, quod mihi ex bibliotheca Arundelliana suppeditavit avunculus Franciscus Iunius; tertium vero nostrum. Cum in instructissima Serenissimæ Reginæ Suedicæ bibliotheca olim versarer, complures consului codices. Unum & alterum communicavit vir & ingenio & eruditione insignis Nicolaus Heinsius. Ex iis qui castigationes in hunc edidére autorem, solus nobis profuit Pintianus. Vir iste quantumvis nobili apud suos ortus loco, plus tamen literis, quam natalibus debet. Crassiora sunt illa menda, quæ Hermolaus Barbarus, & ipse alias vir insignis, sustulit. Andreas Schottus, homo quidem bonus & eruditus, sed quem successus potius, quam voluntas destituit. Vadiani annotationes rus & stivam olent. Olivarii nescio cujus commentariolus, imi subsellii magistellum prodit. Quid nos præstiterimus, non est nostrum judicare. Tu, mi lector, pro tuo captu, senties quoque de nostro. Vale.

PAULUS COLOMESIUS
in Bibliotheca Selecta pag. 179.
Judicium ſuum & aliorum de hoc libro profert, quod e Gallicâ in Latinam linguam tranſlatum ſic ſe habet.

EX omnibus, qui in Pomponium Melam commentarios ſcripſerunt, nemo reperitur qui cum Iſaaco Voſſio comparandus eſt. En quænam illuſtris Bochartus huic erudito viro ſcripſit in literis, quas ut theſaurum conſervo. *Quam primum librum tuum accepi, nihil mihi prius fuit quam illum legere. In lectione tali modo abreptus ſum, ut cibi & ſomni oblitus fuerim, & librum e manibus non depoſuerim, etſi varia negotia me vocabant, antequam illum perlegiſſem. Verum dico, ſi dico, me nunquam in illo genere legiſſe aliquid, quod æquale ſit vel centum paraſangis ad illud accedat. Salmaſius, quem pro gigante habuimus, videtur mihi tecum comparatus modò pygmæus. Opportuno tempore e vita exceſſit, priuſquam hoc opus prodiit. Ira enim & tædium ipſi mortem attuliſſent, ſi conſpexiſſet, ſe tam durè & quidem jure meritoque a te exceptum eſſe. Stylus tuus admiratione dignus, rationes ſolidæ, eruditio tua valdè ſingularis, petita plerumque e libris ineditis. Conjecturæ felices, & tales ut paucæ ſint, quæ pro demonſtrationibus haberi non poſſint.* De obſervationibus eadem mihi cum Bocharto ſententia ſedet. Hoc optarem, Voſſium tam vehementer non perſtrinxiſſe Salmaſium, qui etſi plurimos commiſit errores, ſemper tamen erit prodigium eruditionis. Voſſius laudatur ab eodem Bocharto ſæpe in Geographia ſacra & Hierozoico. Leo Allatius in libro *de hebdomadibus Græcorum* illum appellat *Iuvenem eruditum et rerum antiquarum ſtudioſiſſimum.* Grotius in literis anno 1643. ad Voſſii patrem exaratis de

 illo

illo ſcribit: *Multum delector Iſaaci veſtri conſuetudine, ob ſummam ejus eruditionem, morumque ſuavitatem.* Salmaſius (cui Voſſius dedicavit Scylacem anno 1639) in prolegomenis tractatus *de primatu* illum nominat *undequaque doctiſſimum juvenem, magno patri parem futurum, cujus etiam*, adjungit, *hac ætate menſuram implet.* Thomas Bartholinus *de latere Chriſti aperto* illum vocat *paternæ famæ & virtutis ex aſſe hæredem.* Thomas Mareſchallus in obſervationibus ad verſionem Gothicam quatuor Euangeliorum, *virum ſummum.* Aubertinus in libro de Euchariſtia *eruditiſſimi patris dignum filium.* Nicolaus Heinſius in notis ſuis ad Metamorphoſin Ovidii, *raræ eruditionis & magni ingenii virum.* Grævius in lectionibus Heſiodæis, *virum illuſtrem & undiquaque eruditiſſimum.* Uſſerius in epiſtolas Sancti Ignatii, *antiquæ geographiæ peritiſſimum.* Dallæus in obſervationibus ad eaſdem epiſtolas, *eruditionis Græcæ Latinæque decus.* Spanhemius in diſſertationibus ſuis de præſtantia & uſu Numiſmatum, *recondita virum doctrina ac inſigni ingenio.* Tanaquillus Faber Salmurienſis in notis ad Phædrum editionis ſecundæ, *virum doctiſſimum & magno parente majorem filium.* Petavius e Societate Jeſu in 4. tomo Dogmatum Theologicorum, *eruditiſſimum virum.* Lucas d' Acherius in præfatione tom. 5. Spicilegii ſui, *virum comitate ſingulari ac politiori literatura, multarumque rerum ſcientia clariſſimum.* Et Huetius in prolegomenis ſuper Origenem, *virum eruditione & ingenio florentiſſimum.* Hanc elogiorum collectionem debebam meritis Iſaaci Voſſii. In fine apponam epiſtolam, quam ad illum dedit incomparabilis ille Miniſter Colbertus, cum ipſi nomine regiæ Gallorum Majeſtatis penſionem annuam offerret.

MONSIEUR.

QUoy que le Roy ne ſoit pas vôtre Souverain, il veut neantmoins eſtre voſtre bienfaiteur, & m'a commandè de vous envoyer la lettre de change cy jointe, comme une marque de ſon eſtime & un gage de ſa protection. Chacun ſçait que vous ſuivez dignement l' exemple du fameux Voſſius votre Pere, & qu' ayant receu de luy un nom qu'il a rendu illuſtre par les eſcrits, vous en conſervez la gloire par les voſtres. Ces choſes eſtant connues de ſa Majeſtè, elle ſe porte avec plaiſir a gratifier voſtre merite, & j'ai d' autant plus de joye qu' elle m'ayt donnè ordre de vous le faire ſçavoir, que je puis me ſervir de cette occaſion pour vous aſſeurer que je ſuis

MONSIEUR

Voſtre tres humble & tres affectionnè Serviteur.

A Paris le 21 Iuin 1662.

COLBERT.

Præ-

Præter Pomponium Melam præcipua Voſſii opera ſunt obſervationes in Catullum, Apologia pro verſione LXX. interpretum, & diſſertatio *de poëmatum cantu & viribus Rhythmi*, qui liber ex omnibus ſuis ipſi maximè placuit.

ELIAS VINETUS

DE

POMPONIO MELA.

Pomponium Melam Geographum, inter Cæſaris Octaviani Auguſti & Veſpaſianorum imperia floruiſſe, argumento eſt, quod Caius Plinius, hiſtoriæ Naturalis ſcriptor, eum inter ſuos autores laudat: quam Tito Veſpaſiano dedicabat, annis poſt natum Chriſtum circiter octoginta; & quod ipſe Mela Cornelium Nepotem citat libro tertio: quem Cæſaris Octaviani principatu mortem obiiſſe, ex eodem Plinio didicimus. Iolque, Africæ urbem, Cæſaream vocat libro primo: quam ſic in honorem Cæſaris Octaviani Iubam tranſnominaſſe, Strabo & Eutropius nobis ſunt autores. Itaque nemini dubium eſſe debet, quem principum maximum Britanniam tam diu clauſam aperire dicit libro tertio, quin Claudius ſit accipiendus, Caii Caligulæ ſucceſſor: qui primus poſt Iulium Cæſarem, Cæſaris Octaviani patrem, Britanniam tentavit: uti Suetonius & Eutropius ſcripſerunt. Ac ita ſub Tiberio, Caligula, & Claudio, Romanis principibus, vixerit Pomponius Mela: hæcque geographica, quæ in quibuſdam exemplaribus, *De chorographia*, in aliis *De geographia*, *De ſitu orbis* in aliis inſcribuntur, ſub Claudio Auguſtorum quarto conſcripſerit. Cæterum ubicunque vitam tranſegerit, ex Tingentera Hiſpaniæ civitate fuiſſe ſe tradit libro ſecundo. Melas autem aliquot alios memorant Latinæ litteræ: ut, Melam equeſtris ordinis virum: quem hauſto porri ſucco ſub Tiberio Cæſare periiſſe ſcribit idem Plinius: Fabium Melam, juriſ-

jurisconsultum, qui citatur libro quadragesimo tertio Digestorum Iustiniani, capite de cloacis, & alibi. Lucium Annæum Melam à Nerone interfectum, fratrem Senecæ Philosophi, Lucanique poëtæ patrem. Quos omnes suspicor Hispanos genere fuisse.

POM-

POMPONII MELÆ
DE
SITU ORBIS
LIB. I.

PROOEMIUM.

ORbis situm dicere aggredior, impeditum opus, & facundiæ minimè capax; (constat enim ferè ex gentium locorumque nominibus, & eorum perplexo satis ordine, quem persequi, longa est magis quam benigna materia) verum aspici tamen cognoscique dignissimum, 1 & quod sine ope ingenii orantis ipsa

A

1. ET *quod si non ope ingenii orantis*] In optimis codicibus legitur, *& quod sine ope*. Unde multò sincerior & simplicior lectio excudi potest, hæc nempe; *& quod sine ope ingenii orantis ipsa sui contemplatione pretium operæ attendentium absolvat*. Non dubito quin ipse sic scripserit Mela, neque

ipſa ſui contemplatione pretium operæ attendentium abſolvat. Dicam autem aliàs plura & exactius: [2] nunc ut quæque clariſſima, & ſtrictim. Ac primò quidem quæ ſit forma totius, quæ maximæ partes, quo ſingulæ modo ſint, utque habitentur, expediam. Deinde rurſus oras omnium & littora, ut intra extraque ſunt, atque ut ea ſubit ac circumluit pelagus: additis quæ in natura regionum incolarumque memoranda ſunt. Id quo facilius [3] ſciri poſſit atque accipi, paulò altiùs ſumma repetetur.

CAP.

que enim ullum hic locum habere poteſt ἀντίθετον iſtud, quod ſi admittatur, non cohærebunt hæc cum ſuperioribus.

2. *Nunc autem ut quæque erunt clariſſima*] Multo melius & brevius codices noſtri, *nunc ut quæque clariſſima & ſtrictim*. Præceſſit enim *autem*. Mox reſcripſimus, *atque habitentur*, fidem ſecuti veterum codicum & præcipuè Vaticani.

3. *Sciri poſſit atque accipi*] Pintianus, & alii, ejicere conati ſunt hæc duo poſteriora verba, ſed perperam. Mos is eſt Melæ, & aliis autoribus, plura ſæpè idem ſignificantia vocabula conjungere, quamvis & illa ὀβελίζειν conati ſint quidam. Sic ſupra, *adſpici cognoſcique*, & infra cap. XII. *permutat ac miſcet*. Et de Helleſponto; *Diviſas ſpatio pelagoque terras*. Et de Thracibus, *cæterum ad ferociam & numerum, ut multi immiteſque ſint, maxime ferax*. Unde adparet falli eos qui nullum verbum in Pomponio redundare exiſtimant. Plura exempla infra afferemus, unde adparebit hunc noſtrum auctorem in tanta brevitate ſæpe eſſe nimium. Huc accedit quod cuique verbo ſua ſit notio. *Accipi* enim proprie à magiſtro dicitur, tanquam ab eo qui porrigit, ut Fronto vocabulum *accipiendi* interpretatur. Senſus igitur horum verborum eſt, ſive quis per ſe ipſum, ſive præeunte doctore hæc cognoſcere velit. Verum hoc eſt arguta-

1. *Omne*

CAP. I.

Mundi in quatuòr partes diviſio.

1. OMne igitur hoc, quicquid eſt, cui mundi cœlique nomen indidimus, unum id eſt, & uno ambitu ſe cunctaque amplectitur. Partibus differt; unde ſol oritur, Oriens nuncupatur, aut Ortus: quo demergitur, Occidens, vel Occaſus: [2] quâ decurrit, Meridies: ab adverſa parte, Septentrio. Hujus medio terra ſublimis cingitur undique mari: [3] eodemque in duo latera, quæ Hemiſphæria nominantur, ab oriente diviſa ad occaſum; Zonis quinque diſtinguitur. Mediam æſtus infeſtat, frigus ultimas: reliquæ habitabiles paria agunt anni tempora, verum non pariter. [4] Antichthones alteram, nos alteram incolimus.

1. *Omne igitur hoc, quidquid id eſt*] Verior proculdubio eſt lectio antiquorum codicum quæ ita habet; *Omne igitur, quidquid eſt, cui mundi cœlique nomen indidimus, unum id eſt, & uno ambitu ſe cunctaque amplectitur.*

2. *Qua decurrit meridies*] *Decurrit* hic accipe pro deorſum currit ut ſæpe. Summum enim ſolis punctum eſt meridies. Inde decurrit ſol, hoc eſt deſcendit. Nihil manifeſtius. Viri docti tamen hæc non intellexerunt.

3. *Eodemque in duo latera, quæ hemiſphæria nominant*] Ita reſcripſimus, ſecuti fidem codicis Vaticani, quamvis & ipſa ratio ita legendum eſſe oſtendat. Vulgo *eademque*, quod ineptum eſt: quonam enim referentur illa quæ ſequuntur, *ab oriente diverſa ad occaſum*.

4. *Antichthones alteram, nos alteram habitamus*] Qui hic annotarunt Pomponium perperam antichthones vocare, qui antomi vel antœci erant dicendi, illi ipſi errant.

errant. Duplicem terram ſtatuit Pomponius, uti quoque multi alii, hanc noſtram, & oppoſitam ἀντίχθονα. Qui ἀντίχθονα habitant, ſunt ἀντίχθονες. Diſtinguendum hic tamen, non omnes qui γλῶ ἀντίχθονα habitant, eſſe nobis antichthones; ſed illos tantum, qui in oppoſito degunt hemiſphærio, quique pedes noſtris adverſos habent. Verum hemiſphærium non hic accipit Mela pro illa orbis parte quam horizon à nobis diſterminat, ſed pro hemiſphærio auſtrali. Id ipſum quoque faciunt alii ferme omnes veteres, qui per γλῶ ἀντίχθονα nihil aliud intellexere, quam terræ hemiſphærium auſtrale, vel Oceano, vel zonæ fervidæ interventu à noſtro ſeparatum hemiſphærio, ut ipſi exiſtimabant. Verum ita ſi accipiamus, jam neceſſario aliqua pars terræ antichthonum in noſtro eſt hemiſphærio, ac proinde non poſſunt vel antichthones, vel antipodes dici, verum antœci: attamen quia major pars hujus terræ ſub horizonte noſtro merſa eſt, alicubi etiam κατὰ διάμετρον nobis oppoſita, recte eam antichthones inhabitare dixit Mela noſter juxta veterum hypotheſin. Notandum hic tamen Antichthones non ita à veteribus accipi uti vulgo pro antipodibus, ſed pro omnibus illis qui oppoſitam terram auſtralem inhabitare credebantur, etiamſi in ſuperiori noſtro degerent hemiſphærio. Ita ſemper ab antœcis & antipodibus diſtinguuntur. Verum de his fuſius egimus alibi. Nonnulli tamen aliter hæc verba accipiunt, & hemiſphærium Antichthonum hic eſſe ajunt illam orbis partem, quæ eſt infra horizontem, & vel invitis omnibus libris vulgatam illam lectionem ſervant, *eademque in duo latera quæ hemiſphæria nominantur, ab oriente diviſa ad occaſum*; duoque iſta hemiſphæria Melæ non ſeparari ajunt alveo Oceani in zona torrida, ſed horizonte & oceano ipſo, qui illi reſpondet. Alveum enim zonæ torridæ, non hemiſphæria, ſed maculas tantum binas, uti vocat Macrobius, utrinque diſtinguere. Fieri autem non poſſe ut Oceanus decuſſatim quatuor maculas ſeparet, quas ſigillatim ambit. Licet hæc opinio magnos habeat autores, falſa eſt tamen, & menti Pomponii contraria. Ille enim non quatuor maculas, ut Macrobius, ſed duplicem tantum ſtatuit terram, hanc noſtram, & oppoſitam, ut diximus, auſtralem. Iam vero ſcire velim quid ſit terra diviſa ab oriente in occidentem? Cur magis ab ortu in occaſum, quàm à meridie in boream? Verum quid verbis opus eſt? ipſe Pomponius, cùm inquit, antichthonum terram propter ardorem intercedentis plagæ incognitam eſſe; oſtendit, illam totam ad Auſtrum fuiſſe ſitam. Item infra cap. IX. cum antichthones nobis à meridie oppoſitos facit, & illo, & aliis locis, mentem ſuam ſatis prodit.

5. *Illius*

5 Illius ſitu ob ardorem intercedentis plagæ incognito, hujus dicendus eſt. Hæc ergo ab ortu porrecta ad occaſum, & quia ſic jacet, 6 aliquanto quam ubi latiſſima eſt longior, am-

5. *Illius ſitu ob ardorem*] Hoc maluimus, quam quod in omnibus exſtat libris, *illius ſitus*, & deinde *incognitus*. Statim poſtea Vaticanus & alii, *porrecta ad occaſum*, cum alii legant *in occaſum*. Verum tum in ſequentibus legendum fuerit, *& qua ſic jacet*. Sed tamen quæ ab oriente in occidentem extenditur tellus poteſt etiam eſſe breviſſima. Alteram itaque omnium antiquorum, quos vidimus codicum, ſecuti ſumus lectionem, *ab ortu porrecta ad occaſum*. Iuxta enim hypotheſin Melæ, ſi ab ortu ad occaſum latiſſime ſumptum extendebatur veteribus cognita tellus, neceſſario longior erat quam latior.

6. *Aliquanto quam ubi latiſſima eſt longior*] Imo non aliquanto, ſed plus duplo major eſt longitudo, juxta aliorum veterum opinionem. Nam qui minimum dixere, ad centum & octoginta gradus terræ cognitæ longitudinem extenderunt. Multoque etiamnum longiorem fecere aliqui ex vetuſtiſſimis Græculis, qui terram ſibi notam per univerſam zonam extendunt, vicinoſque Gadibus eſſe orientales Indos. Ipſe quoque Ptolemæus nimium orbem hunc noſtrum verſus ortum extendit, cum pleraque ferme orientis loca decem minimum gradibus orientaliora facit quam debuerat. Attamen non multum erraverit Mela, ſi quis tantam διαμέτρῳ tribuat latitudinem quantam Ptolomæus, & alii, & præterea cogitet gradus latitudinis in noſtra zona arctius conſtringi, ſpatiumque illud vaſtum licet, multum tamen contrahi. Sane videtur quoque Dionyſius Alexandrinus non multo longiorem feciſſe quam latiorem terram habitatam, cujus verſus non intellectos à quoquam hic adſcribemus.

Μνήσομαι ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου ἐν δὲ ἑκείνῳ
Πᾶσα χθὼν, ὅτε νῆσος ἀπείριτος, ἐστεφάνωται.
Οὐ μὴν πᾶσι λαοῖς πελάδρομος, ἀλλὰ λαμυφὶς
Εὐρυτέρη βεβαῶτα θεὸς ἠελίοιο κελεύθους
Σφενδόνῃ ἐοικυῖα.

Quot hic ſunt apices, tot quoque interpretes hic locus habuit. Ὁ πάνυ Salmaſius diſtinctione voluit locum ſanare hoc pacto; ἀλλὰ λαμυφὶς Εὐρυτέρη, βεβαῶτα θεὸς ἠελίοιο κελεύθους &c. Verum nullus commodus ſenſus

ambitur omnis Oceano: quatuorque ex eo maria recipit: unum ab ſeptentrione, à meridie

ſenſus exinde poſſit formari. Nam quid ſibi vult, rogo, inſula utrinque latior, ἀμφὶς εὐρυτέρα? Quid illud quod ſequitur, βεβαίᾳ πρὸς ἡλίοιο κελεύθους? Quod autem putat Euſtathium rectè hunc locum eſſe interpretatum, & in hoc fallitur. Sed neque ὀξυτέρη locum hic habere poteſt. Ex Scholiis Euſtathii hoc in marginem pro varia lectione irrepſit. Nihil certius, nihil clarius vulgata lectione, quam Rufus Feſtus, quam Priſcianus, quam Euſtathius aliique veteres Scholiaſtæ licet non intellectam adprobant. Dicit terram, ſive inſulam hanc, non eſſe prorſus rotundam, ſed eſſe aliquantum in longum extentam inter occaſum & ortum Solis. Ita enim vocat ἡελίοιο κελεύθους. Verum hoc omnes interpretes in errorem egit, quod putarint εὐρυτέρην hic accipi more tralativo, de latitudine Orbis habitati à meridie in ſeptentrionem. Atqui latitudo accipitur etiam pro ſpatio ab ortu in occaſum. Longitudo vero à polo ad polum. Ariſtot. II. de Cœlo cap. II. Λέγω δὲ μῆκος αὐτὸ τὸ κατὰ τὰς πόλους διάστημα. Et ſane putabant illi longitudinem ſemper eſſe quæ ſit inter vertices mundi. Latera itaque vocabant partes inter ortum & occaſum ſibi oppoſitas. Plane illo quoque modo accepit Cicero, cum alibi, tum etiam in ſomnio Scipionis: *Omnis terra quæ colitur à vobis, anguſtata verticibus, lateribus latior, parva quædam inſula eſt.* Hinc factum eſt ut dextras mundi partes plurimi ad orientem collocaverint, ſiniſtras vero ad occaſum. Verum alii non ſitum univerſi terrarum orbis, ſed tantum οἰκουμένης ſuæ conſiderantes, ut latera terræ aliter ſumſere, ita quoque dextra & ſiniſtra; ea ad ſeptentrionem & meridiem conſtituentes. Atque hæc quidem de hoc Dionyſii loco dixiſſe ſufficiat, cui plane contrariam adfinxit mentem Euſtathius, quique eum ſequuntur. Horum autem opinio multo abſurdior adparebit ſi quis adtendat figuram quam orbi tribuit Dionyſius.

Quam enim abſonum fuerit, ſiquis dicat, hanc figuram non eſſe plane circularem & σφαιρόδρομον, ut inquit Dionyſius, quia communis utriuſque coni baſis AB. ſit latior. Dicere enim debuiſſet contrarium, ideo non eſſe rotundam terram quia nimis eſt anguſta in AB. Quamvis autem hæc ſufficere exiſtimem, prætermittere tamen non poſſum, quin unum etiamnum addam; nempe me ſatis mirari non poſſe, quomodo fieri poſſit, ut Europa & Libya alterum efficiant conum, & tamen Libya trapezii habeat formam, cui eam ſimilem eſſe inquit. Puto erraſſe Dionyſium







ridie duo, quartum ab occasu. Suis locis illa referentur. Hoc primum, angustum, [7] nec amplius decem millibus passuum patens,
25 [8] terras aperit, atque intrat. Tum longè latèque diffusum, abigit vastè cedentia littora, iisdemque ex diverso propè coëuntibus, adeo in arctum agitur, ut minus mille passibus pateat. Inde se rursus, sed modicè admodum
30 laxat: rursusque etiam quam fuit arctius exit in spatium. Quo cum est acceptum, [9] ingens

nysium & confudisse duas diversas opiniones, eorum qui orbem habitabilem ὠοειδῆ vel κωνοειδῆ uti ipse, & illorum qui aliter κωνοειδῆ statuebant, hoc scilicet pacto.

Talem orbi habitabili formam tribuerunt Aristoteles, & complures alii. Hic coni à se invicem distinguuntur aut zona torrida, aut oceano juxta alios. Utrumque vero tropicum, basin faciebant, & nostræ, & oppositæ antichthonum terræ. Ad basin vero est latitudo. Itaque metæ ABC. quæ nostram habitabilem repræsentat, latitudo est CB. Manifeste vero hic Libya trapezii Scaleni habet figuram, cui etiam eam adsimilat Strabo, nempe CD. Atque hoc quidem modo omnia sibi optime conveniunt.

7. *Nec amplius decem millibus passuum patens*] Ita quoque Cornelius Nepos & T. Livius, aliique, quos longum esset enumerare. Magna tamen est auctorum in latitudine huic freto adsignanda discrepantia, prout nempe vel proxima littora, vel promuntoria, vel quas utrinque ponunt insulas, accipiunt. Verum hæc mensura parum admodum abit à veritate, si comparetur cum intervallo, quod alii faciunt. Extantissima utriusque continentis promuntoria, non ultra quatuordecim millia à se invicem recedunt.

8. *Terras aperit atque intrat*] Eorum opinionem sequitur, qui statuebant Oceanum terras irrumpere, & omnia ea mediterranea quæ mox recenset maria efficere, quod falsissimum esse vix aliquis est hoc seculo paulo eruditior, qui colligere non possit. Nescio vero quid in mentem venerit Pintiano, ut hunc locum corrigeret, vel corrumperet potius.

9. *Ingens iterum magnæ Paludi*] Ita correxerunt alii, perperam tamen. Vaticanus Codex legit, *& magno paludi*. Verum quamvis ille codex omnium longe sit antiquissimus, habet tamen & iste suos nævos, ut multis

gens iterum & magno ſe extendit ambitu, cæterum exiguo ore paludi conjungitur. Id omne quà venit, quàque diſpergitur, uno vocabulo noſtrum mare dicitur. Anguſtias introitumque venientis, nos fretum, Græci πορθμὸν appellant. Quâ diffunditur, alia aliis locis cognomina acceptat. Ubi primum ſe coarctat, Helleſpontus vocatur. Propontis, ubi expandit. Ubi iterum preſſit, Thracius Boſporus. Ubi iterum effundit, Pontus Euxinus. Quà paludi committitur, [10] Cimmerius Boſporus. Palus ipſa, Mæotis. Hoc mari

multis aliis locis oſtendemus. Alii veteres codices ita concipiunt hæc verba, *Quo cum eſt acceptum ingens iterum, & magno ſe extendit ambitu; cæterum exiguo ore paludi conjungitur.* Atque ita edendum curavimus.

10. *Cimmerius Boſporus*] Aliqui codices habent, *qua paludi emittitur Cimmericus Boſporus.* Quod nonnulli viri docti interpretari conati ſunt, tanquam ſi *emittere* & *immittere* idem eſſet. Sed plane contra fidem librorum veterum, omnemque adeo rationem. Cætera enim maria hactenus terras influere opinio fuit Melæ, paludem vero Mæotica non videtur ſenſiſſe donum eſſe Oceani. Supra enim dixit hanc conjungi Ponto Euxino, hic vero committi, quod idem eſt. Et ſane ita quoque Herodotus, quem paſſim ſequitur, qui Mæotin, matrem Ponti nominat, uti quoque multi alii. Perpetuus enim aquarum ex Mœotide in Pontum decurſus Matris ei nomen indidiſſe videtur. Alii tamen obſtetricem vocant, & inde dictam eſſe Μαιῶλιν. Stephanus in voce Μαιῶται. Τὸ ἡλυκὸν Μαιῶλις, ὡς Μαιῶτις λίμνη, ἣν φασι κληθῆναι ἀπὸ Μαίας εἶναι Εὐξείνου πόντου. Ita conſtituendus locus ille vulgo corruptiſſimus, quem aliivariis modis emendare conati ſunt. Paulo aliter Hipparchus in ſcripto inedito περὶ τῶν δώδεκα ζωδίων. Τὸν Πόντον ἔνθα ἔστιν ἡ Μαιῶτις λίμνη, ἐν ᾗ πᾶσι ἰχθῦς ἀποκαιεῖται, ὅθεν καὶ αὕτη ἡ λίμνη Μαιῶτις ὀνομάζεται.

11. *In*

mari & duobus inclytis amnibus, Tanai & Nilo, in tres partes univerſum dividitur. Tanais à ſeptentrione ad meridiem vergens, [11] in mediam ferè Mæotida defluit: [12] ex diverſo Nilus in pelagus. Quod terrarum jacet à freto ad ea flumina, ab altero latere Africam vocamus: ab altero, Europen: ad Nilum, Africam: ad Tanaim, Europen. Ultra quicquid eſt, Aſia eſt.

B CAP.

11. *In mediam fere Mæotida defluit*] Ideo in mediam Mæotida dicit defluere Tanain, quia ſub eodem meridiano ſitum eſſe exiſtimabant veteres oſtium Tanaidis, & Boſporum Cimmerium. Itaque medium iſtum lacum tranſire ajunt & in Pontum egredi per Boſpori anguſtias tanquam per ſuum oſtium. Sane hunc Boſporum Cimmericum, Tanain quoque vocari, alibi oſtendimus. Strabo vero etiam totam Mæotida partem vocat Tanaidis. Eadem eſt ratio, ut puto, quamobrem Helleſpontus Boryſthenes dictus ſit. Ex Stephano enim & Heſychio adparet, Helleſpontum ante Helles caſum ita fuiſſe appellatum. Quærunt cauſam eruditi, nec tamen inveniunt. Verum non dubito, quin hæc ſit veriſſima; nempe quod cum maxime ſeptentrionale Ponti punctum ſint oſtia Boryſthenis, eaque ſita ſint ex adverſo Boſpori Thracii; Pontum Euxinum tanquam lacum conſiderarint, quem Boryſthenes, aliique amnes efficerent. Ut itaque Boſporus Cimmerius dictus eſt Tanais ab oppoſito Tanaidis oſtio, ita quoque Helleſpontus nomen accepit Boryſthenis propter eandem cauſam. Per Helleſpontum vero noli hic intelligere Helleſponti anguſtias, ſed Propontida totam, quemadmodum vetuſtiores Græci accepere hoc vocabulum. Solinus cap. x. hac de cauſa vocat magnum Helleſpontum. Fugit hoc Salmaſium, qui verba Solini refingere conatur.

12. *Et ex diverſo Nilus in pelagus*] Meliores libri; *Ex adverſo Nilus in pelagus*, uti reponendum. Paulo poſt verba illa; *Ad Nilum Africam, ad Tanain Europen*, abſunt à Vaticano codice.

CAP. II.

Brevis Asiæ descriptio.

TRibus hanc è partibus tangit Oceanus, ita nominibus ut locis differens. Eous ab oriente, à meridie Indicus, à septentrione Scythicus. Ipsa ingenti ac perpetua fronte versa ad orientem, tantum ibi se in latitudinem effundit, quantum Europa & Africa, & quod inter ambas pelagus immissum est. Inde cum aliquatenus solida processit, ex illo Oceano quem Indicum diximus, Arabicum mare & Persicum, ex Scythico Caspium recipit: & ideo quà recipit angustior. Rursus expanditur, & fit tam lata quam fuerat. Deinde cum jam in suum finem aliarumque terrarum confinia devenit, media nostris æquoribus excipitur: reliqua altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanaim. [1] Ora ejus cum alveo & Nili amnis ripis descendit in pelagus, & diu, sicut illud incedit, ita sua littora porrigit: deinde fit venienti obviam, & primum se ingenti ambitu incurvat, post se ingenti fronte [2] ad Hellespontium fretum extendit: ab eo iterum obliquat ad Bosporum: iterumque ad Ponticum latus curva, aditum Mæotidos transverso margine attingit. [3] Ipsam gremio ad Tanaim usque complexa, fit ripa, qua Tanais est. In ea primos hominum accepimus ab oriente, Indos, Seres & Scythas. [4] Seres media fermè Eoæ partis incolunt, Indi & Scythæ ultima: ambo latè patentes, neque in hoc tantum

1. *ORa ejus cum alveo Nili amnis ripis descendit in pelagus*] Hæc est constans omnium librorum lectio. Pintianus hic reposuit *ripa*, eumque secuti sunt omnes alii interpretes Melæ. Nos veram lectionem reduximus. Sensus horum verborum hic est; extremam illam Asiæ oram, illic nempe qua est Nili alveus qui Asiam ab Africa separat, cum sua quoque ripa in pelagus descendere, diuque quemadmodum mare mediterraneum incedit, ab occasu versus ortum, ita quoque porrigere littora sua. Nam usque ad Sinum Issicum videntur terræ pelago irruenti obedire, & tantum oblique adjacere, ut infra inquit. Ripas enim & littora παλιθ ωπικῶς accipi pro ripa & littore notum est omnibus.

2. *Ad Hellesponticum fretum extendit*] Quidam libri *Hellespontum*. Melius *Hellespontium*. Sequentia quoque Codices meliores ita legunt; *Ab eo iterum obliqua ad Bosporum. Iterum iterumque ad Ponticum latus curva &c.* Postremum hoc verbum in multis libris non comparet. Tædet tam minuta monere.

3. *Ipsam gremio ad Tanain usque complexa*] Ita emendavimus secuti ferme Vaticanum & alia exemplaria in quibus legitur, *ipsa gremio*. Vulgo editur, *inde eam gremio*.

4. *Seres media Eoæ partis incolunt*] Rem acu tetigit, cum Seras media Eoi lateris tenere scribit. At vero quantum à veritate recessit Ptolemæus, & qui eum sequuntur, quum tractum Asiæ, qui est ultra Auream Chersonesum ac Sinum magnum Austrum versus vaste adeo extendit, ac Sinas in eo collocat? Sinenses hodiernos antiquorum Seras qui esse dubitat, is quoque dubitet licet, idemne nunc atque olim Sol luxerit. At vero insigniter falluntur, qui existimant Sinas vel Thinas veteribus celebratos eosdem esse, ac sint Sinenses vulgo dicti. In toto eo regno, Sinæ & Sinensium nomen ignotum

tum pelagus effusi. Spectant enim etiam meridiem Indi, oramque Indici maris ([5] nisi quoad æstus inhabitabilem efficiunt) [6] diu continuis gentibus occupant. Spectant & septentrionem Scythæ, ac littus Scythicum 35
(nisi unde frigoribus arcentur) usque ad

tum est. Genus istud hominum omne id scit, quod sparsim norunt cæteræ gentes, quæ cum iis comparatæ, pro barbaris merito haberi possint, si solos exceperis Græculos; unum tamen hoc ignorant vocabulum. Sed sane mera factum est imperitia, ut vastum illud Serum imperium, quo nullum in orbe unquam illustrius fuit, Sinarum nomine cognoscatur. Mirum nemini observatum hactenus Sinas esse regnum istud quod vulgo *Siam* vel *Sian* vel etiam *Siim* adpellatur. Sinarum metropolin Sinas vel Thinas vocat Ptolemæus. Quis dubitare possit, quin illa sit ea ipsa, quæ nunc Siam appellatur; regia nempe Siamensium, ac sita in insula ad orientalius ostium fluminis dicti Me-nam, quod matrem aquarum Indi interpretantur. Longe is oritur è lacu Chiamay, ac totus in ditione Siamensium fluit, donec tribus tandem ostiis in Oceanum effluat. Regnum hoc etiamnum nobile, olim tamen multo fuit nobilius. Diminutum est multum, ex quo reges complures huic à multis seculis subditi, rebellare cœperunt. Illo tempore, nondum detecta illa Tartariæ parte, quæ orientem versus excurit, non nisi tria ultra Indum vasta imperia noscebantur, Serum, Indorum, ac inter utrosque situm, Siamensium, quod veteres Sinarum adpellarunt. Quidquid à Gange Seras adusque interjacet, id olim reges Siam possederunt. Primi Arabes Seras cum Sinis confuderunt, quorum errorem postea secuti sunt alii. Verum hæc obiter, ut ostenderemus, quos vulgo Sinenses dicimus, rectius Seras adpellari; Sinas vero antiquorum, hodiernos esse Siamenses.

5. *Nisi ubi æstus inhabitabilem efficiunt*] Ita vulgo editum, cum tamen in omnibus codicibus scriptum sit, *nisi quod æstus*. Quid vero facilius, quam unius literæ additione illam, quam dedimus, lectionem reponere?

6 *Diu continuis gentibus occupant*] Illud *diu*, abest in quibusdam libris, ut nonnullis quoque jam observatum eruditis. Minus tamen rectè. Indicum enim pelagus multo longius quam ipsa extenditur India. Hujus enim terminus Indus fluvius. Illud vero quam late extendatur, neminem vel paulo eruditiorem latere puto.

7. *Indis*

ad Caspium sinum possident. [7] Indis proxi-

 ma

7. *Indis proxima est Ariane, deinde Aria.*] Ariam hic non recte collocat, tanquam si littoralis esset regio. Hoc miror neminem hic reprehendisse, illud vero reprehendisse, quod Ariam & Arianem diversas faciat, cum tamen in eo prorsus nihil commiserit. Verum operæ pretium hic est paucis ostendere, quamnam veteres differentiam inter Arios & Arianos statuerint, quoniam hæc res multos eruditos egit. ὁ πάνυ Salmasius aliquot locis eos distinguit, alibi vero eosdem esse adfirmat in suis ad Solinum commentariis. Verum ita sese res habet. Aria regio semper dicta fuit illa tantum portio terræ, quæ ad Arium flumen erat sita, Arii vero qui illam inhabitabant. Non tantum usque ad tempora Alexandri Magni & successorum ejus, verum etiam multis seculis postea Ariæ iidem fuere termini, quos Ptolemæus & alii huic adsignant. Scio quidem Herodotum & Pausaniam narrare Medos dictos fuisse Arios ante adventum Medeæ, verum id nihil ad rem facit, etiamsi verum sit: & forsan fabella est. Imo ausim adfirmare esse fabellam, cum Medi jam ab ipso statim initio ita sint dicti, nec ullum aliud habuerint nomen. Ariane vero longe alia est. Nomen id inauditum ante tempora Alexandri. Verum postquam ab Ariis subacti fuere, Bactrii, Gedrosi, Sogdiani, aliæque complures gentes, factum est, ut pleræque istæ regiones, Ariorum dicerentur provinciæ. Plinius itaque Gedrosos, Arachotas, & Paropamisadas vocat Ariorum Satrapias. Quod non ita interpretandum, uti Salmasius interpretatur, tanquam si Plinius omnes hos populos Arios vocaret, sed quod essent in ditione Ariorum. Nemo unquam ullam ex his gentibus sub Ariorum nomine comprehendit. Arii tantum unius regionis dicuntur incolæ. Longe alia est Ariana. Illa enim extenditur ab Indo flumine, usque ad os sinus Persici. Comprehendit vero præter ipsam Ariam, has quoque regiones, Gedrosiam, Drangianam, Arachosiam, Paropanisum, Bactrianam, Sogdianam, Parthiam, Carmaniam, & si quas alias regiones subegerunt aut Menander, aut alii, vel ante, vel post illum, Ariorum duces. Aria itaque nomen unius tantum regionis, Ariane vero totum continet Ariorum imperium. Attamen quædam ex supradictis provinciis non totæ sub Arianes nomine continentur. Carmaniam vero integram contineri testatur Strabo cum alibi, tum etiam, cum inquit Carmaniam ultimam esse partem Arianæ; Ἡ δὲ Καρμανία πλαγία μὲν ἐστὶ τῆς Ἰνδῆς ὑπόβολης. Prius dixerat Asiæ, Persis subditæ, & extra Taurum sitæ primam ab Indo partem constituere Arianen;

Μετὰ

ma est Ariane, deinde Aria, [8] & Cedrosis, & Persis ad sinum Persicum. Hunc populi Persarum ambiunt, illum alterum Arabes. [9] Ab his, quod in Africam restat, Æthiopum est: [10] illic Caspiani Scythis proximi sinum Caspium cingunt. Ultra Amazones, ultraque eas Hyperborei esse memorantur. Interiora terrarum multæ variæque gentes habitant, [11] Candari & Pariani, Bactri & Sug-

Μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικὴν ἐστὶν ἡ Ἀριανὴ, μοῖρα πρώτη τῆς ὑπὸ Πέρσαις. Varias deinceps Arianæ recenset provincias & gentes: tandem addit hæc quæ mox attulimus verba. Attamen merito hic aliquis dixerit; Si Ariana prima est portio, quomodo Carmania postrema esse potest, cum sit pars Arianæ? Omnino Strabonis verba ita refingenda sunt; ἡ Ἀριανῆς μοῖρα πρώτη &c. Sic omnia clara & manifesta fiunt. Melæ autem verba sic accipienda, ac si dixisset Indo proximam esse Arianam, dein ipsam Ariam, unde reliquis nomen. Verum in eo peccavit, quod littoralem fecerit Ariam.

censere debuerat. Ipsum hoc non ignorasse adparet ex eo, quod infra Carmanios ad introitum sinus Persici recte collocaverit. Nihil tamen mutandum videtur, sic enim & infra; *Interiora Cedrosi, dehinc Persæ habitant.*

8. *Et Cedrosis, & Persis, ad sinum Persicum*] Græcis quoque Γεδρωσοὶ & Κεδρωσοὶ dicuntur. Hoc leve & jam sexcentis observatum. Illud majoris momenti, quod hic Carmaniam omiserit, quam tamen inter Gedrosiam & Persida mediam re-

9. *Ab iis, quod in Africam restat Æthiopum est*] Veteres aliquot codices hic legunt, *quæ in Africam restat*. Quod perinde est. Sensus manifestus; ait, quidquid Asiaticæ oræ versus meridiem sitæ supereſt post Arabiam, id Æthiopiæ nomine censeri.

10. *Illinc Caspiani*] Κασπιανῆς meminit Strabo. Observandum vero est ut ab Ariis Ariani, Sogdiis Sogdiani, Bactriis, Bactriani, Drangis Drangiani, ita quoque à Caspiis formari Caspianos. Non tamen confundi hæc nomina, nisi ab ἀγνοηγραφήτοις, & ex prædictis patet, & magis ex sequentibus patebit.

11. *Candari & Paricani*] Cave hos Candaros cum Gandaris Indiæ confundas, nulla enim earum

[12] Sugdiani, Harmatotrophi, [13] Comari, Coa-

rum gentium, quas hic recenset, non extra Indiam est. Verum hi Candari sunt Sogdianæ populi, & Plinio & Ptolemæo, quamvis apud priorem non recte Gandari vocentur; Isti enim erant in India, sic dicti à fortitudine. Hesychius, Γάνδαρος, ὁ πυργοειδὴς παρ' Ἰνδοῖς. Nescio quare Gandaros cornutos faciat Salmasius legendo πυργοκέρατος. Gandaros tanquam fortissimam gentem describunt veteres. An hoc vocabulum olim taurum significarit nescio, nostro seculo *ganda* Indis est Rhinoceros. Et hoc vero similius, si ab animali ipsis nomen accesserit; à Rhinocerotum multitudine sic dictos. Pro Paricanis vero omnium codicum fide reposuimus *Parianos*. Apud Plinium vocantur Paricani, sed antiqui codices legunt hoc loco *Partani*, pro *Pariani*. Ex Herodoto qui Paricanios populos recenset, & Plinium & hunc nostrum corrigere conati sunt viri docti. Sed *Pariani*, quod est in omnibus veteribus libris, rectum est omnino. In tabula Peutingeri & Geographo anonymo Ravennate vocantur *Bariani*. Fieri tamen potest, ut cum Paricanis iidem sint.

12. *Susiani, Pharmacotrophi*] Pro Susianis, quibus hic nullus est locus, reposuimus *Sugdiani*, secuti vestigia veterum codicum, in quibus erat *Subdiani* aut *Subsia-*

ni. Nam & Σογδιανοὶ & Σογδλανοὶ Græcis dicuntur. Pro *Pharmacotrophis*, etiam rescripsimus *Harmatotrophi*, quemadmodum Plinius. Male quidam Harmatotropos corrigunt à vertendis curribus. Ἁρμαμοτροφοὶ sunt qui curules equos alebant, unde ἁρμαμοτροφεῖν & ἁρματοτροφία. Quam id usitatum Scythis, ostendunt etiam alia eorum nomina, idem fere significantia, Hamaxobii, Heniochi, quæ Græci illis indidere.

13. *Bomarei, Coamani, Rophanes*] Et hæc quoque verba ex Plinio inserserunt. In omnibus fere quæ vidi codicibus antiquis, ita scribitur, *Comari, Comani, Ropanes, Dahæ*. In nonnullis tamen *Coamani*. Scribendum est, ut opinor, *Comari, Comani, Paropanisii, Dahæ*. Isti Bomarei nusquam terrarum unquam exstitere. Meliores codices Plinii legunt ita uti hic, *Comari*, vel *Commori*; unde adparet vulgatam lectionem esse falsam. Comani vero quos hic Comaris vel Chomaris jungit Mela, iidem sunt atque Κῶμοι Ptolemæi. Hos enim ille statim aliis subjungit in descriptione Bactrianæ: Χόμαροι ὑφ' ἃς Κῶμοι. Uti autem à Sogdiis Sogdiani, à Bactriis Bactriani, ut statim monuimus, ita quoque à Comis Comani. Plinius vocat Coamanos, sed hoc vocabulum

à ma-

Coamani, Paropaniſii, Dahæ: [14] ſuper Scythæ, Scytharumque deſerta. At ſuper Caſpium ſinum, Chomari, Maſſagetæ, Caduſii, Hyrcani, Iberes. Super Amazonas & Hyperboreos, [15] Cimmerii, Ciſſianti, Achæi, Georgi, Moſchi, [16] Coraxi, Pterophoritæ, Riphæes: atque ubi in noſtra maria tractus excedit, [17] Mantiani, Tibarani: [18] & notiora jam nomina, Amardi, Armenii, Comageni, [19] Mariandyni, Veneti, Cappadoces, Gallogræci, Lycaones, Phryges, Piſidæ, Iſauri, Lydi, Syrocilices. Rurſus ex iis quæ meridiem ſpectant; [20] eædem gen-

à mala forſan manu è Pomponio in Plinium migravit. Vetuſta enim exemplaria habent *Commani*. E *Ropanis*, quomodo legit optimus codex, fecimus *Paropaniſii*, quod ut ſpero nemo reprehendet. Poſſet quoque aliquis hic legere *Rabannæ*, ſed illi longius hinc abſunt.

14. *Super Scythas Scytharumque deſerta, ac ſuper Caſpium ſinum*] Inepta prorſus lectio, & ex qua nullum bonum ſenſum effeceris. Vaticanus codex habet, *ſuper Scytha*. Scripſit Mela; *Super Scythæ, Scytharumque deſerta. At ſuper Caſpium ſinum Comari, Maſſagetæ &c.* Non autem eſt quod quiſquam miretur Comaros vel Chomaros hic denuo recenſeri. Sunt enim diverſi a ſupra memoratis. Diſtinguunt etiam illos Plinius, & Ptolemæus. Iſti in Bactrianis, hi vero in Sacis erant ſiti. Qui in Sacis Κόμαροι, alii vero Χόμαροι à Ptolemæo appellantur.

15. *Cimmerii, Scythæ, Heniochi, Georgi*] Omnes codices antiqui legunt; *Cimmerii, Ciſſi, Antiachæ, Georgili*. Scripſit Mela; *Cimmerii, Ciſſianti, Achæi, Georgi*. Eodem pæne modo Plinius lib. VI. cap. XIII. *Ultra eos plane jam Scythæ, Cimmerii, Ciſſianti, Georgi, & Amazonum gens*. Ita quoque hunc locum olim jam emendarat frater meus ὁ μαθητὴς Gerardus, in ſuis ad Valerium Flaccum notis, brevi à nobis in lucem edendis.

16. *Corſitæ, Phoriſtæ, Riphaces*] Profligatiſſima lectio. Conſtanter tamen ita legitur in omnibus, quæ vidi, exemplaribus vetuſtis. Olim tentabam, *Cercetæ, Opharitæ, Riphæes*. Opharitas in hoc tractu recenſet Plinius, dictos ab Ophero fluvio. Cercetæ noti ſunt ex omnibus. Infra eos Cerceticos vocat. Rhiphæes ſunt Ῥιπαῖοι, iidem qui Rhiphæi. Attamen vix me contineo, quin ita reſcribam *Coraxi, Pterophoritæ, Rhiphæes*. Πτερόφορος regio nota eſt ex Herodoto & aliis, à lapſu nivium inſtar pinnarum ita nominata. *Corſi* vero corruptum ex *Coraxi*. Infra quoque montes Coraxici, in MSS. pleriſque *Corſici* dicuntur, vel *Corxici*. Aliorum ad hunc locum ineptas conjecturas confutare non eſt operæ pretium.

17. *Mardi*

17. *Mardi Antibarani*] Hæc quoque inepta eſt lectio. Libri veteres legunt, *Mathi Antibarani*. Legendum, *Matiani, Tibarani*. Vicinæ vero ſibi invicem ſunt hæ gentes ut conſtat ex Herodoto. Cave autem hos Matianos vel Mantianos confundas cum aliis ejuſdem nominis populis ſitis in Media, Hyrcania, & alibi. Quos enim hic nominat Mela, iidem ſunt, atque illi, quos Herodotus, & alii, ad dextram Halyos fluvii recenſent. Male vero quidam hic Mardos tuentur, & contra libros veteres & contra veritatem ipſam nempe ex Herodoti Thalia; Μάκρωσι, τῇ Μοσσυνοίκῳσι, τῇ Μάρδοισι τριηκόσια τάλαντα φορέεσκετο. Sed nulli illic terrarum unquam fuere Mardi. Notant viri docti in aliis codicibus ſcribi Μάρσυσι. Lego Μαρσί. Mares populus vicinus Moſynœcis. Stephanus, Μάρες ἔθνος πρὸς τοῖς Μοσσυνοίκοις. Meminit eorum alibi ipſe etiam Herodotus.

18. *Et notiora jam nomina Medi*] Ex veteribus libris repoſuimus *Amardi*. Agemus vero de his infra.

19. *Murrani, Vegeti, Cappadoces, Gallogræci*] Ita habent codices nonnulli. In aliis vero libris manu exaratis hoc modo locus hic concipitur; *Mirorani, Vargeti, Cappadoces, Græci*. Muriani poſſint dicti videri à portione quadam Armeniæ minoris, quam Μυριανδὶν vocat Ptolemæus. Sed Muriane illa longius abeſt à Ponto Euxino, & à ſerie gentium, quas hic recenſet. Præterea cum inquiat ſe notiora hic nomina recenſere, potius adducor ut credam ita eum ſcripſiſſe; *Mariandyni, Veneti, Cappadoces, Gallogræci*. Mariandynos & alii cum Henetis nominant. Non vero recte quidam Henetos ubique reponunt pro Venetis; utrumque enim dixere veteres.

20. *Eædem gentes interiora littora tenent*] Mirum quantum locus hic exercuit viros eruditos, quamque hic omnia turbarunt, ut ſenſum aliquem efficerent. Et tamen ſi ordinem ſeriemque

Melæ

gentes interiora, & littora tenent usque ad 60 sinum Persicum. [21] Super hunc sunt Parthi, & Assyrii: super illum alterum Babylonii, & super Æthiopas Ægyptii. Ripis Nili amnis &

Melæ adtendissent, non tantos de tantilla re fluctus commovissent. Possit alicui videri legendum hic esse, *anteriora littora*. Verum consideremus modum, quem tenuit Mela in describenda Asia. Postquam Indos, Seras, & Scythas, qui totum Asiæ tractum orientalem possident, nominavit, australem oram describit, in eaque describit Arianos, Arios, Gedrosos, Persas & Æthiopas. Transit dein ad partem borealem, & ad reliquam Scythiæ partem, gentesque aliquot Scythicas, iisque vicinas enumerat. Ab his dein transit ad illos populos quos interiora Asiæ habitare inquit, quique Scythicis subtenduntur, eorumque explicat nomina, à Sogdianis & Bactris, usque ad Hellespontum fere. Ultimam dein facit seriem ex iis gentibus, quæ ab Indi superioribus partibus, usque ad mare Ægeum & Mediterraneum extenduntur. Has quoque gentes interiora Asiæ occupare ait, inferiores quidem supra memoratis, superiores vero illis quas primo ordine recensuit, illis nempe qui australe latus Asiæ claudunt. Ex his adparet, non hic esse legendum, *anteriora littora*, jam enim primo ordine oram littoralem absolvit; sed vero *interiora & littora*. Ait enim gentes illas supra memoratas meridiem versus, Arianos nempe & Gedrosos, tam vastas esse, ut non littora & ora tantum occupent, sed etiam interiora terrarum teneant.

21. *Super hunc Parthi, Assyrii & Babylonii*] Pessime de hoc loco Melæ meriti sunt & Pintianus, & omnes alii interpretes. Clamant illi manifeste falsum esse Babylonios sitos esse supra sinum Arabicum, cum supra sinum sint Persicum. Sed profecto ipsi & in hoc, & in sequentibus falluntur. Accurata est & valdè Geographica apud auctorem nostrum hæc Asiæ descriptio, verum ipsi meras offudere tenebras. Reducenda est omnino vetus lectio, quam omnes veteres præ se ferunt codices. *Super hunc sunt Parthi & Assyrii: super illum alterum Babylonii, & super Æthiopas, Ægyptii. Ripis Nili amnis & mari proxima iidem Ægyptii.* Primo hic notandum *super*, similiter atque à Græcis τὸ ὑπὲρ accipi, de loco septentrionem versus. Ait itaque super sinum Persicum esse Parthos & Assyrios. Super sinum Arabicum, Babylonios; super Æthiopas vero, Ægyptios. Recte vero dicit Babylonios esse super sinum Arabicum, non super Persicum. Nam si fines Babyloniorum in parte

& mari proxima iidem Ægyptii possident. 65 Deinde Arabia angusta fronte sequentia littora attingit. Ab ea usque ad flexum illum quem supra retulimus, Syria: & in ipso flexu, Cilicia: [22] extra autem, Lycia & Pamphylia, Caria, Ionia, Æolis, Troas usque ad Hel- 70 lespontum. Ab eo Bithyni sunt ad Thracium

parte quæ adversa est pelagi ostio sunt constituendi, ut ipse infra ait, necessario sequitur illos esse ante Sinum Persicum, non super. Sed recte dicuntur esse super sinum Arabicum septentrionem versus: Arabes enim non hic locum habere possunt, supra enim jam illos memoravit, cum inquit eos ambire sinum Arabicum. *Super* vero Pomponio, & aliis dicuntur passim, non illi qui littora tenent, verum isti qui interiores colunt terras, sive septentrionem, sive meridiem versus. Utroque etiam modo τὸ ὑπὲρ accipi à Dionysio annotavit Eustathius. Nempe quia altiores & sublimiores existimabunt orbis partes boreales, ideo etiam superas vocabant. Aristoteles tamen, & alii, in contraria fuere opinione & hanc orbis partem opposita australi depressiorem esse credebant; sed hujus Philosophi verba alias explicabimus. Longe autem diversa est ratio quamorem provinciæ quædam in superiores & inferiores divisæ fuerunt. Operæ pretium est hoc paucis indicare, quia viri docti ridiculas admodum rationes proferunt, quamobrem Germania, Pannonia, Mœsia, aliæque provinciæ in superiorem & inferiorem dividebantur. Nimirum hæc est vera istius appellationis causa. Fluminum partes superiores dicuntur eæ, quæ magis vicinæ sunt fontibus; inferiores magis vicinæ mari. Provinciæ itaque fluviis adsitæ, uti Rheno Germaniæ; Danubio Rhætiæ, Pannoniæ, Mœsiæ; Nilo Ægyptus; si in partes dividerentur; semper ea provincia quæ fontibus fluminis esset propior, superior dicebatur; sequens vero, ostiisque fluvii & mari vicinior, inferior. Partes istas superiores & mediterraneas Græci similiter vocant τὰ ἄνω, maritimas verò τὰ κάτω. Verum hæc obiter. Redeamus ad Melam.

22. *Extra autem Lycia & Pamphylia*] Codices aliquot (recentiores tamen) legunt *Lydia*. Frustra, Lydos enim jam supra retulit. Verum inversum hic esse ordinem Geographicum notant interpretes. Lycia enim sequitur Pamphyliam. Attamen copula ista

Boſporum. Circa Pontum aliquot populi, alio alioque fine, omnes uno nomine Pontici dicuntur. Ad lacum, Mæotici: ad Tanaim, Sauromatæ.

iſta conjunctiva his tantum duobus interpoſita, oſtendit illum voluiſſe has duas ſimul appellare gentes, uti & multi faciunt alii, Lyciamque tanquam potiorem prius nominaſſe. Imo vero ipſi errant qui Melam hic reprehendunt. Pamphyliæ enim ora litoralis, olim Lyciæ fuit adtributa. Hinc Stephanus, aliam etiam Lyciam facit, quam diſtinguit ab altera. Ἔστι γὰρ Λυκία ἡ πρὸς Κιλικίαν, ἧς ἦρχε Σαρπηδών. Errat tamen Stephanus, eadem enim erat, ut fuſius infra docebimus, ubi de Lycia agemus.

CAP. III.

Brevis Europæ deſcriptio.

EUropa terminos habet, ab oriente Tanaim, & Mæotida & Pontum: à meridie reliqua noſtri maris: ab occidente, Atlanticum: à ſeptentrione, Britannicum Oceanum. [1] Ora ejus forma littorum à Tanai ad Helleſpontum, quâ ripa eſt dicti amnis, quâ flexum paludis ad Pontum redigit,

1. *ORa ejus forma littorum à Tanai ad Helleſpontum*] Ita conſtanter omnes manu exarati libri. Τὸ *ora ejus*, gloſſema eſſe exiſtimabat vir optimus Andreas Schottus. Sed multo acutius Pintianus, qui ſequentia duo vocabula gloſſam redolere exiſtimabat. Hujus opinioni & alii accedunt, præſertim cum in eadem periodo mox ſequatur, *contrariis littoribus*. Sed profecto non tam ſiccus eſt ubique Pomponius noſter, ut nullum in eo verbum redundet. Præterea multis locis differentiam facit inter oram & littus. Vel ex ipſa præfatione, cum inquit ſe oras & litora deſcripturum, ſatis adparet oræ vocabulum multo apud eum latius patere, quam litoris. Litus namque proprie rectum aliquem videtur ſignificare tractum, & apud hunc & apud alios: ora vero tractum univerſum maritimum, qui ex variis conſtat litoribus. Græci ſimiliter diſtinguunt inter ἀκτὴν & αἰγιαλόν. Quod autem mox litoris vocabulum in eadem occurrat periodo, non magis quenquam offendere debet, quam quod Virgilius litora litoribus contraria dixerit. Idem enim ait hic noſter. Totus itaque locus ex fide veterum exemplarium ita eſt emendandus; *Ora ejus forma litorum à Tanai ad Helleſpontum, qua ripa eſt dicti amnis, qua flexum paludis ad Pontum redigit, qua Propontidi & Helleſponto latere adjacet, contrariis litoribus Aſiæ non oppoſita modo, verum etiam ſimilis eſt.* Quid manifeſtius, magiſque perſpicuum hac lectione? Miror tamen omnes interpretes locum hunc tam miſere vexaſſe, tam multa vocabula auferendo, aliaque viciſſim addendo, idque contra omnium veterum exemplarium fidem.

git, qua Propontidi & Helleſponto latere adjacet; contrariis littoribus Aſiæ non oppoſita modo, verum etiam ſimilis eſt. Inde ad fretum nunc vaſtè retracta, nunc prominens, tres maximos ſinus efficit, [2] totidemque in altum ſe magnis frontibus evehit. Extra fretum ad occidentem inæqualis admodum, præcipuè media, quâ procurrit ad ſeptentrionem: niſi ubi ſemel iterumque grandi receſſu abducitur, penè ut directo limite extenta eſt. Mare quod primo ſinu accipit Ægæum

2. *Totidemque ſe in altum magnis frontibus evehit*] In Vaticano erat *fluctibus*, uti quoque alii nonnulli veteres libri. Verum illis omnibus inſignior eſt noſter codex, & hoc & aliis in locis, licet antiquitate neutiquam comparandus Vaticano. Ille, quam dedimus, lectionem exhibet.

3. A

gæum dicitur: quod ſequenti, in ore, Ionium; Adriaticum, interius: quod ultimo, nos Thuſcum, Graii Tyrrhenum perhibent. Gentium prima eſt Scythia, alia quam dicta eſt, [3] à Tanai in media fermè Pontici lateris. Hinc in Ægæi partem pertinens Thracia. Huic Macedonia adjungitur. Tum Græcia prominet, Ægæumque ab Ionio mari dirimit. Adriatici latus Illyris occupat. Inter ipſum Adriaticum & Thuſcum Italia procurrit. In Thuſco intimo Gallia eſt, ultra Hiſpania. [4] Hæc in occidentem, diuque etiam ad ſeptentrionem, diverſis frontibus vergit. Deinde rurſus Gallia eſt, longè, & à noſtris littoribus huc uſque promiſſa. Ab ea Germani ad Sarmatas porriguntur, illi ad Aſiam.

CAP.

3. *A Tanai media ferme Ponticilateris*] Et hunc quoque locum non rectè tractarunt viri eruditi. Veteres libri *Ad Tanain* legunt. Scribe; *Gentium prima eſt Scythia, alia quam dicta eſt, à Tanai in media ferme Pontici lateris. Hinc in Ægæi partem pertinens Thracia: Huic Macedonia adjungitur.* In libris enim ſcriptis *pertinens* ſcribitur, non *continens*, ut vulgo.

4. *Hæc in occidentem, denique etiam ad Septentrionem*] Repoſuimus, *diuque etiam ad Septentrionem*, auctoritate omnium quos vidimus codicum, ipſaque id poſtulante ratione. Poſtrema quoque hujus capitis verba, *Hæc de Europa*, delevimus, cum abſint in omnibus melioribus libris.

1. *Quia*

CAP. IV.

Brevis Africæ deſcriptio.

AFrica ab orientis parte Nilo terminatur, pelago à cæteris. Brevior eſt quidem quam Europa, [1] quia nec uſque Aſiæ, & non totis hujus littoribus obtenditur, longior tamen ipſa quam latior, [2] & quà ad fluvium attingit, latiſſima. Utque inde procedit, ita media præcipuè in juga exurgens, pergit incurva ad occaſum, [3] faſtigat-

1. *Quia nec uſquam Aſiæ, & non totius hujus litoribus obtenditur*] Atqui cum ipſe inquiat Africam Nilo terminari ab Aſia, qui fieri poteſt, ut nuſquam Aſiæ obtendatur? Lepida ſane ſunt quæ hic annotavit optimus vir Andreas Schottus. Inquit enim, *Si lineam à Nilo in Septentrionem ducas, nuſquam Aſiæ litora attinges, Europæ tamen quædam.* Hæc ſane nemo intelligat. Nihil certius quam locum hunc eſſe corruptum. Manu exarati libri legunt; *quia nec uſquam Aſia eſt.* Alii, *quia nec uſquam eſt Aſia veluti.* Vaticanus, *quia nec uſquam Aſiæ eſt.* Hæc omnia non ſunt nauci. Ita ſcripſit Mela; *quia nec uſque Aſiæ, & non totis hujus litoribus obtenditur. Uſque* hic eſt ſemper, uti ſæpe apud optimos linguæ Latinæ ſcriptores. Hoc vocabulum non intellectum, tot gloſſematis viam ſtravit. Pro *totius* etiam repoſuimus *totis.* Ita libri veteres.

2. *Et qua ad fluvium adtingit latiſſima*] Legendum forſan, *quoad fluvium attingit. Quaad* veteres dixere pro *quoad.* Affirmat Victorius ſe in antiquiſſimo Varronis codice paſſim ita ſcriptum reperiſſe. Attamen hoc loco nihil mutandum videtur, nam rectum eſt *adtingere ad aliquid.* Paulo inferius libri plerique antiqui habent, *peragratiſque omnibus quæ in mare attingunt.* Sic *viſere ad aliquem, adire ad aliquem.* Plura alibi exempla congeſſimus.

3. *Caſtigatque ſe molliter*] Cum omnes antiqui codices legant *faſtigatque ſe molliter*, idque jam alii monuerint, neſcio quid mentis fuerit poſtremis Melæ editoribus,

ſtigatque ſe molliter: & ideo ex ſpatio paulatim adductior. Ubi finitur, ibi maximè anguſta eſt. Quantum incolitur, eximiè fertilis. Verum quod pleraque ejus inculta, & aut [4] arenis ſterilibus obducta, aut ob ſitim cœli terrarumque deſerta ſunt, aut infeſtantur multo ac malefico genere animalium, vaſta eſt magis quam frequens. Mare quo cingitur à ſeptentrione, Libycum: à meridie Æthiopicum: ab occidente, Atlanticum dicimus. [5] Ab ea parte quæ Libyco adjacet, proxima Nilo [6] provincia, quam Cyrenas vo-

bus, ut hoc vocabulum mutarint. Nempe putarunt illi hoc verbum eſſe à nomine *faſtigium*, ac proinde dicendum *faſtigiare*. Verum errant. Paſſim ubi iſtud verbum ſcriptum occurrit, ſi quis antiquiores conſulat codices, *faſtigare* ſcriptum inveniet. Nempe ut à lite eſt litigo, atque inde litigium; à veſtigo veſtigium; à contago contagium, ita quoque à faſtus, faſtigo, atque inde faſtigium. Alterum vero non eſt Latinum. Atque hæc ſemel dicta ſufficiant, quoniam vocabulum iſtud cum alibi, tum in hoc quoque autore ſæpe ab interpretibus mutatum.

4. *Arenis ſterilibus obducta*] Ita quoque poſtremo operis ſui capite, ita etiam Cicero alicubi loquitur. Statim poſt lege ex melioribus libris, *aut ob ſitim cœli terrarumque deſerta ſunt*. Non ſi-*tum*. Salluſtius; *Cœlo terraque penuria aquarum*. Nempe aut nunquam aut rariſſime pluit in Africa. Sic & Curtius de Libya prope Ammonis oraculum; *terra cœloque aquarum penuria eſt*. In hac Africæ deſcriptione ſecutus eſt in multis Saluſtium Mela, uti infra videbimus.

5. *In ea parte quæ Libyco adjacet*] Ita repoſuimus ex libris melioribus, cum antea legeretur; *Ab ea parte*. Paulo poſt legunt libri; *dein cui totius regionis vocabulo cognomen inditum eſt*. Sequentia vero verba ita lege, *ſed Mauri & in Atlanticum pelagus expoſiti*.

6. *Provincia quam Cyrenas vocant*] Ita Plinius, ita Ptolemæus, ita innumeri alii, non urbem tantum, ſed & totam provinciam Cyrenas, & Cyrenen vocant. Errat itaque Salmaſius cum apud

vocant. Deinde, cui totius regionis vocabulo cognomen inditum eſt, Africa. Cætera Numidæ & Mauri tenent. Sed Mauri & in Atlanticum pelagus expoſiti. Ultra Nigritæ ſunt, & Pharuſii, uſque ad Æthiopas. Hi & reliqua hujus, & totum latus quod meridiem ſpectat, uſque in Aſiæ confinia poſſident. At ſuper ea quæ Libyco mari abluuntur, [7] Libyægyptii ſunt, & Leucoæthiopes: [8] & natio frequens multiplexque Gætuli. Deinde latè vacat regio, perpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garamantas, [9] poſt Augilas & Troglodytas; & ultimos ad occaſum Atlantas audimus.

D [10] In-

apud Stephanum legit; Ἄμπελος πόλις ἐν τῇ Κυρηναίᾳ, cum proba ſit lectio vulgata, ἐν Κυρήνῃ. Ipſe etiam Stephanus alibi Cyrenen pro Cyrenaica accipit.

7. *Lybies Ægyptii ſunt*] Legendum, *Libyægyptii ſunt, & Leucoæthiopes*, uti alii.

8. *Et natio frequens multiplexque Gætuli*] Nam non hic tantum, ſed & in interiori Numidia, & alibi ad Atlanticum Oceanum deſcribuntur Gætuli, quos etiam infra recenſet Mela. Hinc Tertulliano contra Judæos cap. VII. memorantur *Gætulorum varietates, & Maurorum multi fines, Hiſpaniarum omnes termini &c.* Inepte hæc interpretatur vir doctus de pantherina pelle, cui aſſimilatur Libya. Æque ineptum quod *inculti* legat, pro *multi*. Maurorum multos fines ideo dicit, quoniam ſæpe mutati ſunt Maurorum termini, uti infra docebimus.

9. *Poſt Augilas & Troglodytas*] Hæc omnia ex Herodoto. Agemus vero de ſingulis his gentibus infra. Pro Troglodytis vero omnes libri veteres legunt *Trogodytæ*. Ita quoque in ſuis Stra-bonis codicibus reperiſſe ſe teſtatur Pintianus. Utrumque rectum eſt, τρωγλοδύται & τρωγλοδύται. Nam τρῶγλαι Heſychius interpretatur, τρῶγλαι. Errat vero Salmaſius cum putat illos dixiſſe τρώγη, & τρώγλη. Prius enim

10 Intra (ſi credere libet) vix jam homines, magiſque ſemiferi, Ægipanes, & Blemmyes, & Gamphaſantes, & Satyri, ſine tectis paſſim ac ſedibus vagi, habent potius terras, quam habitant. Hæc ſumma noſtri orbis, hæ maximæ partes: hæ formæ genteſque partium. Nunc exactius oras ſituſque dicturo, inde eſt commodiſſimum incipere, unde terras noſtrum pelagus ingreditur: & ab iis potiſſimum quæ influenti dextra ſunt. Deinde ſtringere littora ordine quo jacent: 11 peragratiſque omnibus quæ mare attingunt, legere etiam illa quæ cingit Oceanus: donec curſus incepti operis intra extraque circumvectus orbem, illuc unde cœperit redeat.

CAP.

enim illud non eſt Græcum. Sed credidit Heſychii τρῶγας eſſe à recto caſu τρώγη, cum ſit à τρωὺξ, τρῶγος. Hinc ἀμφίτρωξ πέτρα Euripidi Cyclope.

Ἄνω δ' ἐπ' ἴχθυν εἶμι, καὶπερ ὢν τυφλὸς,
Δι' ἀμφιτρῶγος τ' ἂν πεσοῦμαι πόδι.

Ita vetus codex Florentinus, non ut vulgo δι' ἀμφιλήτης, quod ferri hoc loco non poteſt. Attamen neque manuſcripti lectio ſatis hoc loco placet. Omnino exiſtimo ſcripſiſſe Euripidem δι' ἀμφιτρήτος, non enim utrinque exeſam, ſed utrinque perforatam fuiſſe iſtam petram voluit dicere Euripides, neque enim alias pervia fuiſſet.

10. *Intra, ſi credere libet*] Ita lege, non *ultra* cum Pintiano. *Intra* hic eſt interius, & remotius à litore, ut ſemper. Statim poſtea *Blemyes* reſcripſimus ex Vaticano & aliis veteribus. Nunquam niſi vitioſe *Blemmyæ* vel *Blemyæ* vocantur.

11. *Peragratiſque omnibus quæ in mare adtingunt*] Ita omnes veteres libri, etiam Vaticanus. De hac loquendi formula non nihil ſuperius diximus.

1. *Pri-*

CAP. V.

Particularis Africæ deſcriptio.

MAURITANIA.

DIctum eſt Atlanticum eſſe Oceanum, qui terras ab occidente contingeret. Hinc in noſtrum mare pergentibus, læva Hiſpania, Mauritania dextra eſt. 1 Primæ partes illa Europæ, hæc Africæ. Ejus oræ finis, Mulucha: caput atque exordium eſt promuntorium, quod 2 Græci Ampeluſiam, Afri aliter, ſed idem ſignificante vocabulo, appellant. In eo eſt ſpecus Herculi ſacer: & ultra ſpecum Tinge oppidum pervetus, ab Antæo (ut ferunt) conditum. Extat rei ſignum, 3 parma elephantino tergore ex-

1. *Primæ partes, illa Europæ, hæ Africæ*] Legendum eſt, *Primæ partes, illa Europæ, hæc Africæ.* Ita optimus noſter codex, aliique nonnulli.

2. *Græci Ampeluſiam, Afri aliter*] Valde errat vir quidam doctus qui Soloenta vel Syloenta ex Herodoto hic locum habere putat. Abeſt illud hinc quam longiſſime. Sed quod Ampeluſiam Græci vocavere, id Κώτης Afri appellarunt. Egimus vero de hoc promuntorio alibi. *Cota* eſt Plinio. Reddas quoque illi hoc vocabulum lib. XXXII. cap. II. *Xiphiam roſtro mucronato eſſe: ab hoc naves perfoſſas mergi in Oceano, ad locum Mauritaniæ qui Cota vocetur.* Notandum vero ita vocari, & promuntorium, & ipſum ſinum. Alibi Plinius libro nempe XIX. cap. IV. ſimpliciter æſtuarium vocat, non addito nomine.

3. *Parma elephantino tergore exſecto*] Et hic quoque locus mirifice viros doctos exercuit. Salmaſius in Plinianis legit, *elephantino*

exsecta, ingens, [4] & ob magnitudinem nulli nunc habilis: quam locorum accolæ ab illo gestatam pro vero habent, traduntque, & inde eximiè colunt. Deinde est mons præaltus, ei quem ex adverso Hispania attollit objectus: hunc Abylam, illum Calpen vocant, columnas Herculis utrunque. Addit fama nominis fabulam, Herculem ipsum junctos olim perpetuo jugo diremisse colles, atque ita ex-

tino tergore texto. Sed profecto quis unquam elephantorum tergora texi audivit? Aliter quoque tentat hunc locum corrigere; ita nempe; *elephantino tergore tecta.* Et hoc male. Parma Antæi non erat elephantino tergore tecta, sed ipsum tergus erat parma. Proba est itaque lectio meliorum hujus auctoris codicum; *Parma elephantino tergore exsecta, ingens &c.* Cui nota est duritia tergoris elephantini, & hoc quoque novit, illud non egere aut ligneo aut alio quopiam firmamento, cui inducatur. Verum id esse manifeste adparet ex Isidoro, qui Lib. XVIII. cap. XII. Cetram interpretatur, *scutum loreum sine ligno, quo utuntur Afri & Mauri.* Hodie etiamnum Mauri & Gineti Hispanici scuta sibi ex bubalinis conficiunt pellibus, absque ullo ligno, quæ *adargas* vocant; Æthiopes ex hippopotamorum coriis. Etiam illa ictibus quibusvis resistunt. Neutra tamen robore comparari possunt cum elephantinis tergoribus, quæ quodcunque etiam tormentum minus possint eludere, utpote quæ palmum minorem crassitudine sua sæpe excedant. Recte itaque Plinius lib. XI. cap. XXXIX. Elephantorum *quoque tergora impenetrabiles cetras habent.* Ipsum enim tergus est cetra. Strabo de Maurorum peditibus τὰς τῶν ἐλεφάντων δορὰς ὡς ἀσπίδας προβάλλονται. Salmasius tamen etiam hunc Plinii locum vitiosum putat. Verum ita ut dixi interpretandus est. Tergora enim elephantorum habent cetras, quia ex iis cetræ exscinduntur. Nihil clarius.

4. *Et ob magnitudinem nulli nunc usuro*] Manu exarati libri aliquot legunt, *& ob magnitudinem nulli nunc habili.* Paulo post; *Ut inde eximie colunt.* Quomodo probatissimi quoque loquuntur auctores. Mox vero, *addit fama nomini fabulam.* Alia exemplaria legunt *nominis.* Apta hæc est materia de qua inter se disceptent magistelli.

5. *Sum-*

cluſum antea mole montium Oceanum, ad quæ nunc inundat admissum. Hinc jam mare latius funditur, [5] summotasque vastius terras magno impetu inflectit. Cæterum regio ignobilis, & vix quicquam illustre fortita, parvis oppidis habitatur, parva flumina emittit, solo quam viris melior, & segnitie gentis obscura. Ex iis tamen quæ commemorare non piget, montes sunt alti, qui continenter & quasi de industria in ordinem expositi, [6] ob numerum, septem, ob simi-

litu-

5. *Summotasque vastius terras*] Vaticanus codex legit hoc loco *latius*, non *vastius*, verum illud supra scriptum, à sciolo, ut opinor, quem offendebat alterius istius vocabuli repetitio.

6. *Ob numerum septem, ob similitudinem fratres nuncupantur*] Ita reposuimus autoribus libris antiquis. Mirum autem alicui videri possit quare ἐπωνύμους istos montes non simul nominet cum Abyla. Sane nullum vastum spatium, quale hic Mela describit, intercedit inter ista juga, sed vero sibi invicem junguntur. Plinius lib. V. cap. II. de Tingitana; *Ipsa provincia ab Oriente montosa, fert elephantos in Abila quoque monte, & quos septem fratres à simili altitudine appellant: freto imminent hi, juncti Abylæ.* Plana est hæc lectio, & omnium vetustorum codicum auctoritate firmata. Ita præterea legit Solinus, cap. XXV. cum ait quod provincia Tingitana *exurgit montibus septem, qui à similitudine fratres adpellati, freto imminent. Hi montes elephantis frequentissimi, &c.* Aliter tamen, & multis verbis, lectionem hanc oppugnat Salmasius, & Solinum more suo ineptire ait, quod illam secutus sit. Itaque hoc modo ex vitioso codice locum illum refingit; *Ipsa provincia ab Oriente montuosa, fert elephantos in Abyla quoque: ex quo septem fratres à simili altitudine freto imminent*, sed *montuosa* pro *montosa*, non est Latinum. Quod autem ista Plinii verba, *in Abyla quoque*, referat non ad elephantos, sed ad præcedentia; & voluisse dicere Mauritaniam in Abila monte esse montosam, plane est alienum ab omni ratione. Quis Plinium ita loquentem ferat? Ineptum denique est dicere montes istos procedere ex

litudinem fratres vocantur. [7] Tamuda fluvius, [8] & Rusadir, & Siga, parvæ urbes: [35] &

ex Abila, & simul dicere junctos esse Abilæ. Nempe elephantos ex his montibus in alios longius sitos pellere voluit, in Phocram scilicet. Sed non tantum in illo monte, verum etiam per totam Tingitanam provinciam elephantorum greges dispersi fuere. Ipse Plinius ad Salam oppidum & flumen, describit solitudines elephantis refertissimas. Adscribam autem & alterum locum Plinii, unde manifestum fiet nihil quidquam in supra citato Plinii loco esse mutandum, oramque illam ex qua elephantos ejicere conatus est Salmasius, olim elephantos tuliſſe. Lib. VIII. cap. 1. de elephantis: *Autores sunt, in Mauritaniæ saltibus ad quendam amnem cui nomen est Valo, nitescente luna nova, greges eorum descendere: ibique se purificantes solenniter aqua circumspergi, atque ita salutato sidere in silvas reverti, vitulorum fatigatos præ se ferentes.* Nemo ut opinor hanc lectionem in dubium vocabit, quamvis *Anulo* amnis iste vocetur in aliis Plinii codicibus. Optimus vero Sereniſſimæ Reginæ liber legit *Aulo.* Proculdubio scripsit Plinius *Valo* aut *Valon.* Amnis istius meminit Ptolemæus, egreditur-que ex ipsis Septem fratribus. Quin etiam unum ex istis Septem fratribus, illum nempe qui maxime freto imminet, ab elephantis nomen traxisse existimo: Ἐλέφαντα enim illum vocat Strabo. Nullius autem ponderis est, si quis objiciat, hodie nullos illic vagari elephantos, cum neque cætera Mauritania ullos hodie ferat. Sane Strabo lib. III. montem Abylæ πολύθηρον καὶ μεγαλόδενδρον appellat. Crebros quoque olim hic fuisse leones prodit Flavius Philostratus lib. V. cap. 1. Εὐρώπης καὶ Λιβύης ἄκρα τεθέων ἐξήκοντα πορθμὸν ἀπέχουσι, τὸ ὠκεανὸν ἐς τὸ ἔσω πελάγη φέρουσι. καὶ τῶν μὲν τὸ Λιβύης ἄκρον, ὄνομα δὲ αὐτῇ Ἀβίννα, λεόντες ὑπερνέμουσι καὶ πᾶς ὀφεὺς τὸ ὀρῶν, ἃ εἴσω ὑπερφαίνεται, ξυνάπτουσι τοῖς Γαιτύλοις καὶ Τίγιος. Montes isti hoc tempore confertim ab hominibus inhabitantur, olim vero propter elephantorum, leonum, aliarumque ferarum copiam, credo factum esse ut Græci Abinnam interpretati sint Κωνηγετικὴν. Aliud tamen significat Abinna vel Abila, uti ostensum Bochar-to, quem vide.

7. *Tamuada*] Omnes libri veteres legunt, *Tumuada.* Sed vera lectio est *Tamuda.* Ita Plinius. Apud Ptolemæum pro Θαλῶδα legendum est, Θαμῶδα.

8. *Rusicada & Siga parvæ urbes*]

& portus, cui Magno est cognomen ob spatium. Mulucha ille quem diximus amnis est, [9] nunc

bes] Vaticanus *Rusica.* Neutrum bene. Verum hujus loci nomen est Rusadir; Ptolemæo Ῥυσάδδειρον. Et ita quoque Plinius in antiquis Sereniſſimæ Reginæ membranis. Reprehendit autem hoc loco ordinem Melæ Pintianus, & putat Mulucham flumen, ante Portum magnum, & Sigam, nominari debuisse. Sed valde errat: Mulucha enim quem hic noster Mela aliique terminum faciunt regnorum Bocchi Iugurthæque, non is est, quem Μολοχὰθ vocat Strabo & Ptolemæus, sed alter fluvius quem Χυλιμχὰθ vocat Ptolemæus corruptè, cum ita apud illum legendum sit; Πόρτος Μάγνος Μυλυχὰθ πο]. ἐκβ. Κεῖται Κολωνία. Verum id esse adparet ex Plinio, qui Mulucha flumen similiter inter Portum magnum & Quizam oppidum collocat. Alter autem iste Strabonis & Ptolemæi Μολοχὰθ, longe hinc aberat. Totus fluebat in regno Bogudis. Reducenda est itaque apud Plinium vetus lectio, quam mirum in modum corrupit Pintianus. *Rhysadir oppidum & portus, Malvæ fluvius navigabilis, Siga oppidum ex adverso Malacæ in Hispania sitæ Siphacis Regia, alterius jam Mauritaniæ. Namque diu Regum nomina obtinuere, ut Boguduana appellaretur extima, itemque Bocchi quæ nunc Cæsariensis. Ab ea Portus Magnus à spatio adpellatus, civium Romanorum oppidum. Amnis Mulucha Bocchi Massæsylorumque finis.* Nihil est quod quenquam morari vel offendere possit. A Siga inquit incipere Mauritaniam Cæsariensem, eamque diu non alio cognitam fuisse nomine, quam Regni Bocchi. Alteram autem Mauritaniam Tingitanam, dictam fuisse Bogudianam, quam diu rerum in ea potiretur Bogud. Illo enim pulso à Boccho, tum demum Tingitanæ Provinciæ nomen obtinuit. Verum quia video viros magnos valde erraſſe in limitibus harum terrarum, nec sciviſſe cujus nam regionis Reges fuerint Iugurtha & Bocchus, operæ pretium est hoc paucis indicare. Numidia itaque quando Iugurthæ parebat, non ad Ampsagam, uti postea, verum ad Mulucham amnem ad occasum extendebatur. Mulucha autem hic accipiendus non de Μολοχὰθ Strabonis & Ptolemæi, verum de illo amne, quem perperam Χυλιμχὰθ vocant, ut jam ostendimus. Quidquid ultra istud Flumen ad Oceanum usque superat, id Mauri & Masæsyli obtinebant. Mauri vero una gens, unusque illis rex præerat Bocchus Iugurthæ gener. Victo autem Iugurtha, Romani Mauris illam Numi-

» nunc gentium olim regnorum quoque terminus, Bocchi Iugurthæque.

Numidiæ partem addiderunt, quæ eſt ab Ampſaga uſque ad Mulucham; Mauritaniamque vocarunt quidquid eſt ab Ampſaga uſque ad Malvam fluvium. Poſt Bocchum in plura regna diviſa eſt Mauritania. Iuba enim obtinuit totam, ut videtur, Mauritaniam Numidicam, ab Ampſaga ad Mulucham: Bocchus alter, Mauritaniam proprie dictam, à Mulucha uſque Malvam fluvium. Bogud vero reliquam partem à Malva uſque Oceanum. Verum hic poſtremus poſtquam regno pulſus eſt à Boccho, tum demum regio illa deſiit Bogudiana appellari. Tandem vero Iuba gratia Auguſti omnes nactus eſt Mauritanias, & illam Bocchi; & alteram Bogudis; præter iſtam, quam jam poſſidebat Numidicam, quæ poſtea Sitifenſis dicta eſt. Ac tum demum Mauritaniæ Cæſarienſis ac Tingitanæ audita ſunt nomina, ſub Cajo & Claudio Cæſaribus. Atque hæc quidem non parum luminis hiſtoriæ allatura, paucis monere operæ pretium nobis viſum eſt.

9. *Nunc gentium, olim regnorum quoque terminus*] Hæc eſt omnium veterum codicum lectio, quam inepti quidam homines mutaverant. Mulucha flumen olim terminus erat Regum Bocchi Iugurthæque; nunc vero gentium tantum, Maurorum nempe & Numidarum. Nam Pomponii ævo jam Iuba obierat. Itaque per equites Romanos utraque illa Provincia adminiſtrabatur.

CAP. VI.

Numidia.

1 AB eo Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagæ, ſpatio quidem quam Mauritania anguſtior eſt, verum

1. *Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagæ*] Utramque ripam Ampſagæ poſſidebant Numidæ. Nam Cirtam quoque Numidiæ tribuit. Mirum alicui videri poſſit, quod ubi

rum & culta magis & ditior. Urbium quas 5 habet, maximæ ſunt, 2 Cirta procul à mari, nunc Sittianorum colonia, 3 quondam regum E gum

ubi Plinius Numidiæ principium facit, ibi terminum ſtatuat Pomponius. Sed ejus rei ratio ex iis quæ diximus, ſatis eſt manifeſta. Nempe non meminit illius Numidiæ, quam hic deſcribit Mela, quæ eſt à Mulucha ad Ampſagam flumen, illam enim ſub Mauritaniæ Cæſarienſis nomine comprehendit. Sed tantum Numidiæ novæ facit mentionem, cujus viciſſim non meminit Mela. Illam enim ſub Africæ proprie dictæ nomine comprehendit hic noſter autor. Prætermittendum vero hic non eſt, locum hunc Melæ ſic concipi in nonnullis codicibus. *Ab eo Numidia à Græcis appellata Μεταγωνῖτις, ad ripas expoſita fluminis Ampſagæ.* Verum ex Plinio hæc ſunt addita, qui ait Numidiam à Græcis Metagonitin vocatam. Perperam tamen, cum nemo Græcorum ita Numidiam vocarit. Sed quia Pomponius Metagonium promuntorium infra recenſet in illa Africæ parte ubi Numidia nova ſita eſt, & quod Metagonitas gentem Numidicam eſſe legiſſet, Metagonitin vero eorum regionem; ideo ut exiſtimo, putavit Metagonitin eſſe Numidiam. Sed vero eum erraſſe, ſtatim oſtendemus, cum de Metagonio agemus promuntorio.

2. *Cirta procul à mari, nunc Sittianorum Colonia*] Pintianus legit, *Cirta Colonia procul à mari, cognomine Sittianorum.* Additque non deductam fuiſſe à Sittianis, ſed ab illis cognomen accepiſſe. Verum errat. Deducti ſunt eo illi, qui cum P. Sittio in bello contra Jubam Cæſari adjumento fuerunt. Meliorem enim portionem Regni Maſiniſſæ dono à Cæſare accepit Sittius. Is vero eam inter milites diviſit, ut conſtat ex Appiano lib. IV. de Bell. Civ. Vide quoque Dionem lib. XLIII.

3. *Quondam regia domus Iubæ & Syphacis, cum foret opulentiſſima*] Vaticanus aliique omnes notæ melioris libri ita legunt; *Quondam regum domus, & cum Syphacis foret opulentiſſima.* Offendit nonnullos quod cum Cirtam regum vocarit domum, unum tantum nominarit Syphacem, itaque etiam Jubæ nomen hic inſerendum eſſe arbitrati ſunt. Quamvis non indoctus fuit iſtius gloſſematis autor, erravit tamen: ita enim ſcripſerat Mela; *Quondam Regum domus: ſed cum Syphacis foret opulentiſſima.* Urbs enim hæc ſub Syphace maxime opulenta & illuſtris fuit: Poſtea crebris bellis vaſtata multum de ſplendore ſuo amiſit. Non recte vero locum hunc emendat vir eximius Cl. Salmaſius in ſuis ad So-

gum domus: ſed cum Siphacis foret opulentiſſima. [4] Iol ad mare, aliquando ignobilis, nunc,

Solinum commentariis; ſic enim legit: *Quondam Regum domus: Siga cum Syphacis foret opulentiſſima.* Nam nec Jubæ nec Syphacis unquam hic inquit fuiſſe regiam, ſed Maſiniſſæ & ſucceſſorum. Sed profecto quot hic verba totidem quoque hic committit errores. Siga enim nullum hic locum habere poteſt: illam enim jam ſuperius recenſuit in Mauritania, abeſtque à Cirta quam longiſſime. Deinde quod ait Cirtam non fuiſſe Regiam Jubæ, & in hoc quoque errat. Appianus lib. II. bellorum civilium; Κίρτα ἡ βασίλειον λῶ Ἰόβα. Nec tantum hujus Jubæ, verum etiam alterius hanc fuiſſe Regiam teſtantur hiſtorici. Fallitur etiam cum negat eam Syphacis fuiſſe regiam. Livius lib. XXX. *Cirtha caput regni Syphacis erat.* Vel ſola Sophonisba vix patitur ut quiſquam ignoret Regiam Syphacis Cirtæ fuiſſe. Verum exiſtimat Salmaſius, unam tantum habuiſſe regiam urbem ſingulos Numidiæ & Mauritaniæ reges: cum itaque legiſſet Syphacis Regiam eſſe Sigam oppidum, fieri non poſſe credidit, ut & Cirta ejus eſſet βασίλειον. Perperam tamen. Syphacis urbs Regia in Mauritania, cujus erat rex; fuit Siga oppidum. In illa vero Numidiæ parte quam occuparat, aliud habebat βασίλειον & quidem altero illo Sigenſi multo illuſtrius, nempe Cirtam. Unumquodque enim regnum ſuam habet urbem regiam. Ita Juba tres memoratur habuiſſe urbes regias, Cirtam, Cæſaream & Sigam.

4. *Iol ad mare, aliquando ignobilis, nunc quia Iubæ Regia fuit.*] A medio Numidiæ litore incipit, attamen & hic, & alibi, valde accuratè ordinem ſervat. Quamvis autem ignobile oppidum vocat Jol antequam Jubæ eſſet Regia, non ideo tamen ignotum omnino fuit. Antiquiſſimum enim eſſe patet ex Scylace qui ejus meminit. Procopius ſane de hac inquit: κεῖται δὲ ἐπὶ θαλάσσῃ μεγάλη τε καὶ πολυάνθρωπος ἐν παλαιῷ ἄστει. Bocchi hic fuiſſe Regiam inquit Solinus. *Cæſarienſi Coloniæ Cæſarea ineſt à D. Claudio deducta. Bocchi prius regia, poſtmodum Iubæ, indulgentia populi Romani, dono data.* Multa hic reprehendit Salmaſius. Sed nihil bene. Nam quod ait non Cæſaream dono datam eſſe Jubæ, ſed totam Cæſareenſem, nonne hoc idem eſt? Si totam Cæſareenſem dedit Auguſtus, utique etiam Cæſaream ipſam. Verum & quale eſt iſtud quod ſequitur, non dono datam fuiſſe à populo Romano, verum ab Auguſto. Sed neque recte negat Bocchi hic fuiſſe Regiam.

nunc, quia Jubæ regia fuit, & quod Cæſa-
10 rea vocitatur, illuſtris. Citra hanc (nam in medio fermè littore ſita eſt) [5] Cartenna & Arſinna ſunt oppida, [6] & Quiza caſtellum, & Laturus ſinus, & [7] Sardabale fluvius.

E 2 [8] Dein-

giam. Nam ſi hæc non fuit Bocchi regia, velim ſcire quænam alia urbs eſſe potuerit. Siga quidem ſuperioris Bocchi & aliorum Regum Mauritaniæ fuit regia, ſed illa nihil ad hunc Bocchum, qui in illa Numidia, quæ inter Amplagam & Mulucham amnes ſita eſt, quæque poſtea Mauritaniæ Cæſarienſi eſt attributa, regnum tenuit. Siga præterea non in hujus Bocchi, ſed vero in Bogudis erat regno. Omnino itaque verum Jol, quæ poſtea Cæſarea dicta eſt, ante Jubam, fuiſſe Bocchi regiam. Nam & hoc quoque argumentum quod poſtea addit nullius eſt pretii, Melam non appellaturum fuiſſe hoc oppidum ignobile, ſi Bocchi exſtitiſſet regia. Mela enim etiam Sigam quæ tot annis præcipua omnium Maurorum fuit regia, vocat parvam urbem. Tædet me iſtis minutiis immorari.

5. *Cartenna & Arſenaria ſunt oppida.*] Codices veteres omnes quotquot vidi legunt, *Cartinna & Arſinna ſunt oppida.* Καρτίννα quoque in antiquiſſimo Ptolemæi codice urbs hæc vocatur, eique adjacens flumen Καρτίν-

νᾳ. Aliis tamen omnibus *Cartenna*; qui & Arſennam Arſenariam vocant. Hodie *Arcilla* aut *Acilla* ab Afris dicitur. Forſan nihil apud Pomponium mutandum.

6. *Et Ampſa caſtellum.*] Nuſquam terrarum hoc nomen reperias. Vaticanus, aliique codices, legunt; *& Aviſa caſtellum.* Ordo ipſe docet legendum hic eſſe *Quiza*, ut repoſuimus. Κασίζα Κολωνία Ptolemæo & aliis. *Laturi ſinus* nemo, quod ſciam, meminit. Vulgo vocatur *Golfo de Zereni.*

7. *Sardabale fluvius.*] *Sardabal* Plinio. Verum is amnem hunc jungit cum Ave & Nabare fluminibus, ad alteram Numidiæ partem ſitis; unde apparet eum male admodum accepiſſe verba Melæ. Auctor enim hic noſter auſpicatur Numidiæ deſcriptionem à medio litore, ut diximus. Itaque primum enumerat omnia ea loca quæ ſita ſunt ab Jol ſive Cæſarea uſque ad Mulucham amnem. In his poſtremum obtinet locum Sardabal fluvius. Adparet itaque eum eſſe proximum Muluchæ. Deinceps loca & flumina aliquot recenſet quæ ſunt ultra

[8] Deinde munimentum commune regiæ gentis. [9] Ultra Icosium & Ruthisia urbes, & [15] fluentes inter eas [10] Aves & Vabar, aliaque quæ

ultra Cæsaream, Ampsagam usque. In his sunt Aves & Nabar amnes. Aliud itaque agens Plinius junxit hæc flumina, quæ quamdlongissime à se invicem absunt. Sed forsan ideo ea in finem capitis descriptionisque Mauritaniæ conjecit, quod ignoraret ubinam collocanda essent.

8. *Ultra monumentum commune Regiæ gentis. Deinde Icosium*] Ita omnes codices. Vana est transpositio Pintiani & aliorum. Nam quis unquam monumenta Regum Numidicorum Icosii esse prodidit? Si vulgata lectio vera est, multo commodius & verisimilius hæc aliquis interpretari possit de Jol insula, quæ orientem versus adjacet Cæsareæ. Ptolemæus; Νῆσος δὲ ὑποκείσεται τῇ Ἰὼλ Καισαρείᾳ τῇ ἐπισήμῳ πόλει, ἥτις καὶ αὐτὴ καλεῖται Ἰὼλ Καισάρεια νῆσος, ἐν ᾗ πόλις ὁμώνυμος. Ita supplendus hic locus ex optimo & antiquissimo codice Arundelliano. Hujus Insulæ meminit quoque Strabo. Notum vero Regum principumque sepulchra sæpe in insulis esse. Sic ipse infra monumentum Cæpionis ait esse insulam. Attamen vix mihi possum persuadere locum hunc esse sanum. Ipsa vetustas, ipseque Geographiæ ordo cogit, ut duo ista vocabula *ultra*, & *deinde* transponantur, id si feceris, habebis verissimam & optimam hujus loci emendationem; Ita ergo legas totum hunc locum; *Citra hanc, nam in medio ferme litore sita est, Cartenna & Arsinna sunt oppida, & Quiza castellum, & Laturus sinus, & Sardabale fluvius. Dein munimentum commune regiæ gentis. Ultra Icosium &c;* Munimentum commune regiæ gentis vocat flumen Mulucham. Nihil clarius.

9. *Ultra Icosium & Uthisia*] *Ruthisia* legunt veteres libri. Nec *Rusconia*, nec *Rusuccorum* esse potest. Nemo alius quod sciam loci hujus meminit. Non longe tamen ab Ampsaga abesse potuit, uti adparet ex sequentibus fluminibus.

10. *Ancus & Nabar*] Apud Plinium in omnibus quæ vidimus codicibus *Aves* & *Nabar* hæc flumina appellantur. Sic enim legunt; *Flumina Sardæval, Aves, Nabar, gens Machurebi.* Pomponii veteres libri legunt *Aucus* vel *Aveus.* Omnino legendum; *Ultra Icosium & Ruthisia, & fluentes inter eas Aves & Vabar.* Aves flumen à Ptolemæo Σάυης vocatur. Notum vero τὸ Σ innumeris vocabulis aut addi aut demi. Οὐάβαρ autem oppidum

quæ taceri nullum rerum famæve dispendium est. Interius, & longè satis à littore (si fidem res capit) mirum ad modum, spinæ pis-[20]cium, muricum ostreorumque fragmenta, [11] saxa attrita (uti solent) fluctibus, & non differentia marinis, infixæ cautibus anchoræ, & alia ejusmodi signa atque vestigia effusi olim usque ad ea loca pelagi, in campis [25] nihil alentibus esse inveniriquenarrantur.

pidum est Ptolemæo prope Saldas, nec dubito quin etiam amnis ejusdem hic fuerit nominis. Omnino itaque *Vabar* Melam & Plinium scripsisse existimo.

11. *Saxa attrita (ut solent) fluctibus & non differentia marinis*] Perperam viri docti hunc locum corrigunt. Nihil hic est aut mutandum aut demendum. *Attrita saxa* sunt exesa & excavata à mari, quemadmodum scopuli. Græci Χηραμώδεις & Χηραμίδας vocant. Alio de his agemus loco.

CAP. VII.

Africa minor.

[1] REgio quæ sequitur à promuntorio Metagonio ad aras Philænorum, propriè nomen Africæ usurpat. In ea sunt oppida, Hippo regius, & Rusicade, & [5]

E 3

1. *Regio quæ sequitur à promuntorio Metagonio*] Hic erasse puto accuratissimum alias auctorem. Neque enim ullos Metagonitas, aut ullum istius nominis promuntorium fuisse hic exi-

& Tabraca. Deinde tria promuntoria, Candidum, Apollinis, Mercurii, vastè projecta in altum, duos grandes sinus efficiunt. 2 Hipponensem vocant proximum ab Hippone Diarrhy-

existimo. In Tingitana erat Metagonitis regio, ita dicta à Metagonio urbe & promuntorio. Stephanus; Μεταγώνιον πόλις Λιβύης. Ἐθνικὸν Λιβύη. Ἡλυκῶς δὲ τοῦτον φασὶ. τὸ ἐθνικὸν Μεταγωνίτης. Ita lege. Polybius, Strabo, & Ptolemæus omnes gentem illam haud procul à freto collocant; ipsum vero promuntorium Metagonium flumini Molochath vicinum faciunt. Aristoteles in mirabilibus promuntorium sive montem hunc videtur appellare Γώνιον: Ἐν δὲ τῇ ἐπικρατείᾳ τῇ Καρχηδονίων φασὶν ὄρος εἶναι ὑψηλὸν Γώνιον. Et fieri sane potest, ut ita primitus dictus sit hic locus, & Μεταγωνίτης nomen acceperint, quia siti essent μετὰ τὸ Γώνιον. Quidquid enim ultra Gonium erat id Metagonitis appellabatur. Unde itaque Mela id Africæ minori tribuit? Legerat, ut opinor, apud Græcum aliquem autorem, à Metagonio ad Tretum promuntorium esse sex millia stadiorum. Strabo libro postremo: στάδιοί δ' εἰσὶν ἀπὸ τῆς Μεταγωνίας μέχρι τῆς Τρητῆς ἑξακισχίλιοι, οἱ δ' ἐλάττους φασίν.

Hæc verba male accepit Mela, & Metagonium collocavit ubi Tretum fuerat collocandum, aut saltem promuntorium istud binomine esse putavit. Multo autem crassior est error Plinii, qui & ex Pomponii loco, & præterea ex eo, quod apud Eratosthenem vel alium legisset Metagonitas esse ἔθνος νομαδικὸν, putavit totam Numidiam Græcis ita vocatam fuisse. Sed multos è veteribus in eo erasse deprehendi, quod nomadas pro Numidis, & nomadicum pro Numidico acceperi..t. Etiam hoc seculo multi eruditi quotiescunque Νομάδες Λιβυκοὶ in Græco aliquo autore occurrunt, semper id de Numidis accipiunt. Jocularis vero imprimis est error interpretis Strabonis, qui ubique, etiam in Scythia, ubi νομάδων est mentio, Numidas substituit.

2. *Hipponensem vocant proximum, ab Hippone Diarrhyto*] Mirum quod & hunc Hipponem vocet Regium Strabo lib. XVII. Διὸ Ἱππῶνες, ὁ μὲν πολισμὸν Ἰτύκης, ὁ δὲ ἀποτέρω πρὸς τῇ Τρητῷ μᾶλλον, ἄμφω βασίλεια. Usus tamen obtinuit ut hic Hippo Diarrytus vocetur, nunquam vero Regius, uti alterum

um quod præcessit appellant oppidum. Lepidum est quod vir eruditus hic annotavit, utriusque Hipponis meminisse Silium versu isthoc. *Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo.* Vagam enim Hipponem dicit vocari τὸν διάῤῥυτον. Quis autem nescit Vagam esse oppidum? Inquit vero Solinus hunc Hipponem ab interfluente freto ita dici. *Hipponem Regium postea dictum, item Hipponem alterum de interfluente freto Diarrhyton nuncupatum, nobilissima oppida, equites Græci condiderunt.* Verum hic nugari Solinum inquit Salmasius, nullum enim fretum interfluere Hipponem Diarrhytum putat. Sed ipse errat. Hipponitis enim palus, quæ urbi incumbit, cujusque Ptolemæus & alii faciunt mentionem, freto exit in mare. Plinius epist. lib. IX. *Est in Africa Hipponensis colonia mari proxima: adjacet ei navigabile stagnum, ex quo in modum fluminis æstuarium emergit, quod vice alterna, prout æstus aut repressit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno.* Recte itaque Plinius qui Διάῤῥυτον inquit vocari propter aquarum rigua. Rigua vero quænam hic vocet, satis notum cum ex aliis, tum ex ipso Plinio, cujus unum tantum insignem de riguis locum adferemus, quoniam is valde torsit Salmasium. Est autem is lib. V. cap. XVIII. *Jungitur ei latere Syriæ decapolitana regio, à numero oppidorum, in quo non omnes eadem observant: plurimi tamen Damascum & opoto riguis amne Chrysorrhoa fertilem, Philadelphiam, Raphanam, omnia in Arabiam recedentia.* Ita est in optimis codicibus, & sic in suis etiam legit Salmasius, nisi quod una illic litera addita sit, & *Opoton.* Recte vero is observat nullum hujus nominis illic oppidum esse potuisse, verum non recte ad cap. Solini XXXVI. ita hunc locum conatur emendare; *Damascum eupoton riguis ex amne Chrysorrhoa fertilem, Philadelphiam* &c. Nam quis credat Plinium famosissimæ Orientis totius civitati tam putidum addidisse epitheton? Quis præterea Græcus ita unquam est locutus, Δαμασκὸν εὔποτον ταῖς ἀρδείαις τοῦ Χρυσορρόᾳ ποταμοῦ? Demus vero ita aliquem locutum, adeone linguæ Græcæ imperitus fuit Plinius, ut nesciviisset quid sit εὔποτος? Meræ sunt istæ nugæ. Ita scripsit Plinius; *plurimi tamen Damascum ex epoto riguis amne Chrysorrhoa fertilem:* Urbs Damascus fertilis est quia crebris suis riguis totum epotat Chrysorrhoam. Notum est universum amnem istum in crebros dispersum rivos emori. Strabo de illo inquit, εἰς πολὺ χέλειος ἀναλίσκεται σχεδόν τι. Ut autem ad Hipponenses redeamus, istis non opus erat ut aquas longe ducerent, quæ sua quoque sponte illis copiose fluebant. Verum de aliis Hipponensibus tuto hoc dici possit. Valde enim siticulosum est oppidum Hippo Regius. Nulli huic vicini fontes. Præter pluviam, nullà illis alia erat aqua, nisi si quæ forsan longe adducebatur.

3. *Quod*

Diarrhyto, [3] qui littori ejus appositus est. In altero sunt castra Dellia, castra Cornelia, flumen Bagrada, urbes Utica, & Carthago: ambæ inclitæ, ambæ à Phœnicibus conditæ. Illa fato Catonis insignis, hæc suo: nunc populi Romani colonia, olim imperii ejus pertinax æmula: jam quidem iterum opulenta, [4] etiam nunc tamen priorum excidio rerum, quam ope præsentium clarior. [5] Hadrumentum, Leptis, Clupea, Abrotonum, Taphrure, Neapolis, hinc ad Syrtim adjacent, ut inter ignobilia celeberrimæ.

Syrti

3. *Quod l'tori ejus appositum est*] *Qui litori ejus adpositus est.* Ita nonnulla vetera exemplaria, quod melius vulgato. Mox legunt omnes antiqui libri, *Castra Delia*, non *Lælia*, quod est à correctoribus. Puto Melam scripsisse, *Castra Dellia.* Ab aliquo Dellio proculdubio nomen accepere hæc castra. Delliorum familia quia minus nota, ideo *Lælia* hic supposuerunt. Castra Cornelia memorant plures. *Corneliana* sunt Cæsari II. de bello Civili. Vetus codex hoc loco legit *Cornelia.* Sed utrumque rectum.

4. *Etiam nunc tam priorum excidio rerum*] Non recte hunc locum emendarunt alii. Quid facilius quam ita uti edidimus corrigere? Sic præterea Vaticanus, & alii libri veteres.

5. *Hadrumentum, Leptis, Clytea, Abrotonum*] Refert hic Mela ea oppida, quæ vel ante, vel ad Syrtim minorem sita sunt. Sed quomodo hic Abrotonum locum habere possit, non video. Sita enim est illa ultra Oeam, quam infra ipse hic autor noster recenset, & addit omnibus superius memoratis esse ulteriorem. Verum neque Taphra hic locum habere potest. Utrumque ex Plinio substituit Hermolaus Barbarus, verum infeliciter admodum. Nullum in tota Africa oppidum est quod Taphra vocatur. Nam quo loco apud Plinium memorantur, *oppida Neapolis, Taphra, Abrotonum, Leptis altera &c.* Illic omnino *Gaphara* legendum esse alibi ostendimus. Aliud hic latet ulcus. Vaticanus omnium antiquissimus, ita legit, *Hadrumentum, Leptis, Clupea, Habromacte phyre Neapolis hinc ad Syrtim adjacent.* Alii antiqui codices *Abro-*

Syrti sinus est centum fere millia passuum, quà mare accipit, patens: [6] trecenta, quà cingit. Verum importuosus atque atrox & ob vadorum frequentium brevia, magisque etiam ob alternos motus pelagi affluentis & refluentis infestus. Super hunc ingens palus, amnem Tritona recipit, ipsa Tritonis: unde & Minervæ cognomen inditum est, ut incolæ arbitrantur, ibi genitæ: faciuntque ei fabulæ aliquam fidem, quod quem natalem ejus putant, ludicris virginum inter se decer-

F tan-

Abromacte plure. Ita scripsisse Melam existimo; *Leptis, Clupea, Adrume, Taphrure, Neapolis hinc ad Syrtim adjacent*, Adrume est quam alii Adrumentum vocant. Græcis enim oppidum hoc vocatur Ἀδρύμη, Ἀδρύμης & Ἀδρύμη]ον. Taphrure vero vel Taphrura, nota ex Ptolemæo, Geographo Ravennate & aliis. Passim vero Græcos describit Pomponius: itaque non mirum, si, ut alia multa, ita hæc quoque nomina Græco more pronuntiarit. Imperitus aliquis ignorans Adrumen & Hadrumentum esse eandem, & hanc quoque addidit. Si cui tamen hæc conjectura nostra minus placeat, per me licet ut Abrotonum hic locum habeat, dummodo non accipiatur de illa urbe cujus Scylax, Strabo, & Stephanus meminere. Fieri enim potest ut & aliud hujus nominis fuerit oppidum. Loca enim illa quæ Syrti majori & minori adjacent ut plurimum nominibus conveniunt. Ita Neapolis, Macomada, Aspis, Leptis, Sabrate & alia loca. Quid mirum itaque si & aliud quoque fuerit oppidum, quod Abrotonum diceretur, in isto quod hic Mela describit litore? Alterutrum certe verum esse, ausim adfirmare.

6. *Trecenta qua cingitur*] *Cingit* reposuimus, uti omnes antiqui libri. Errant autem qui hic legunt *ducenta.* Nam & Polybius Syrti minori ambitum tribuit trecentorum millium. Strabo vero ducenta tantum millia, sive mille & sexcenta stadia. Sed hos inter se conciliat Scylax, qui medium accuratè tenuit, ambitumque Syrtis hujus dicit bis mille stadiorum, id est ducentorum & quinquaginta millium. Hujus

diffe-

tantium celebrant. Ultra est Oea oppidum, & Cinyps fluvius per uberrima arva decidens. Tum Leptis altera, & Syrtis, nomine atque ingenio par priori: cæterum altero ferè spatio [7] quà dehiscit, quàque flexum agit, amplior. [8] Ejus promuntorium est Borion, ab eoque incipiens ora, quam Lotophagi tenuisse dicuntur, [9] usque ad Phycunta (& id pro-

differentiæ ea est causa, quod neque in hac Syrti, neque in illa majore, quæ mox sequitur, eadem dimensionis principia statuant. Quidam enim Syrtium terminos in ipsis collocant Syrtibus. Alii vero mirum quantum illos extendant.

7. *Qua dehiscit quaque flexum agit amplior*] In hac Syrtium dimensione Polybium secuti sunt Mela & Plinius. Verum apud Plinium corrupti sunt numeri. Quo enim loco legitur, os majoris Syrtis patere millia CCCXIII. omnino rescribendum CCXII.

8. *Ejus promuntorium est Borion*] Ptolemæus vocat Βόρειον ἄκρον. Strabo etiam μικρὸν ἀκρωτήριον Βόρειον refert, oppositum Cephalis, Procopius Βορεῖον. Attamen nec hunc nostrum auctorem, nec Plinium ita scripsisse existimo. Antiquissimi codices legunt hic *Botrion*. Apud Plinium vero ita scribitur in plerisque vetustis exemplaribus; *Promunctorium, quod Majorem (Syrtim) includit, Eyrion vocatur.* Utrobique scribendum *Bryon*. Littus quod à Berenice Syrtin versus extenditur Βερνῶν αἰγιαλὸς adpellatur à Ptolemæo. In illo est Βόρειον ἄκρον. Idem ergo Boreum, & Βερνῶν, promuntorium. In vulgatis Ptolemæi libris male scribitur Βερνῶν αἰγιαλός. Veteres Grammatici qui de differentiis accentuum scripsere, hujus quoque litoris meminere. Ajunt enim Βερνῶν Βερνῶν cum *pro litore Cyrenaico accipitur, ansiecti*. Sed errant. Omnino existimo, littus hoc à copia muscì marini Βερνῶν αἰγιαλὸν esse appellatum.

9. *Usque ad Phycunta*] Et hæc corruperunt viri docti, cum optima sit omnium manuscriptorum lectio, quam denuo in textum recepi. Nam quis unquam ita locutus est, *ora importuoso litore pertinax?* Illa vulgata vero lectio quam dedimus plana est & facilis. Inquit à promuntorio Boreo, usque ad Phycuntem habitare Lotophagos. Atqui alii Lotophagorum

promuntorium est) importuoso littore pertinet. Aræ ipsæ nomen ex Philænis fratribus traxêre, [10] qui contra Cyrenaïcos missi Carthagine ad dirimendum conditione bellum, diù jam de finibus, & cum magnis amborum cladibus gestum, postquam in eo quod convenerat non manebatur, ut ubi legati concurrerent, certo tempore utrinque dimissi, ibi termini statuerentur: [11] pacti de integro, ut quicquid citra esset, popularibus cederet,

gorum sedem collocant inter duas Syrtes, & ad Tritonem fluvium. Sed Mela secutus est Artemidorum, ut existimo. Is enim, ut est apud Strabonem, ait Lotophagos extendi μέχρι τῶν ὑπὲρ τῆς Κυρήνης τόπων. Cæteri vero eo quo dixi loco eos ponunt. Qui autem quam longissime eos extendunt, illi non ultra Aras Philænorum fines eorum statuunt. Plinius lib. v. cap. IV: *In intimo sinu fuit ora Lotophagôn, quos quidem Alachroas dixere, ad Philænorum aras.* Viri docti legunt hoc loco *Alochroas*, & de glauci coloris hominibus interpretantur. Sed profecto perquam illi sunt festivi. Scripsit Plinius; *quos quidam Machryas dixere.* Herodotus Melpomene. Λωτοφάγων δὲ τὸ ὦδε ἰθέλοντα στόλον ἔχοντα Μάχλυες λωτῷ μὲν καὶ ἐστὶ χρεώμενοι, ἀτὰρ ἥσσον γε τῶν ὑπερθεν λεχθέντων. Ptolemæus & alii Μάχρυας vocant. Stephano Μάκρυες & Μάκρεις. Sed vitiosa secutus est exemplaria, ut sæpe solet. Idem alibi Μάχλυας adpellat. Sed hoc librariorum non ipsius Stephani est peccatum. In Damasceni excerptis de moribus gentium perperam Ἀλαχλάδεις. Vide quam multis modis deformatum sit idem vocabulum.

10. *Qui contra Cyrenaicos*] Perperam Pintianus & alii corrigunt *Cyrenæos*. Nam à Cyrene oppido ἐθνικὸν est Cyrenæus. At vero à Cyrenaica provincia, nullum aliud potest gentilitium formari, quam Cyrenaicus.

11. *Pacti de integro, ut quidquid citra esset*] Nihil desiderari existimo. Nam quod putant pactum ipsum deesse, in eo fallunturi; jam enim præcessit. Repetenda sunt itaque illa verba, ut ubi legati concurrerent certo tempore

mirum & memoria digniſſimum facinus, hîc 50
ſe vivos obrui pertulerunt.

pore utrimque dimiſſi, ibi termini ſtatuerentur; quicquid vero citra eſſet, id populariibus cederet. Fuſius hanc hiſtoriam narrant Salluſtius & Valerius Maximus: ſed nulla eſt neceſſitas ut eodem illam modo explicarit Mela.

CAP. VIII.

Cyrenaica.

1 INde ad Catabathmon Cyrenaica provincia eſt, 2 in eaque ſunt, Ammonis oraculum, fidei inclytæ: & fons, quem Solis appellant: & rupes quædam Auſtro ſacra. Hæc cum hominum manu attin- 5
gitur

1. *INde ad Catabathmum Cyrenaica provincia eſt*] Præceſſit narratio de Philænis fratribus, itaque videtur ab eorum aris Cyrenaicæ principium ſtatuere. Sed vero jam ſuperius Phycunta promuntorium recenſuit, tanquam ſi eo uſque Africa proprie dicta extenderetur. Et ſane jam ſuperius oſtendimus ex Artemidoro, huc uſque Lotophagos habitaſſe. Sed & Solinus Phycunta Africæ tribuit. Salmaſius tamen hoc loco eum nugari inquit; ſed errat. Quidquid enim inter Mauritaniam & Cyrenaicam jacet, id Africæ propriè dictæ tribuitur. Jam vero Cyrenaicæ non eoſdem faciunt terminos veteres. Alii enim Cyrenaicæ initium ſumunt ab Aris Philænorum, alii à Βρυῶν Promuntorio, ſive Boreo, uti Plinius, quidam ab Heſperidibus, aliqui etiam à Phycunte. Itaque ex eorum ſententia Aræ Philænorum non ſunt termini Africæ proprie dictæ, ſed ditionis Carthaginenſium. Quicquid vero Afrorum ultra iſtas habitat aras, id ipſum quoque Africæ proprie dictæ tribuitur. Afri vero ſunt Lotophagi, qui uſque ad

ad Phycuntem pertingunt. Quemadmodum ergo Græcia vocatur, ubicunque Græci habitant, ita quoque Africa, quacunque ſunt Afri. Sciendum vero Africam vel Libyam multis accipi modis, tribus tamen potiſſimum. Vocabulum iſtud cum latiſſime patet, tum tertiam olim habitati orbis partem, complectitur. Anguſtiſſime vero patet, cum pro Carthaginenſi ditione, aut pro illo ſaltem Africæ tractu litorali accipitur, qui ab Ampſaga fluvio, uſque ad Phycuntem extenditur. Tertio vero Africa aut Libya vocatur, quidquid Afri aut Libyes tenent. Itaque tum præter Africam proprie dictam, totam quoque comprehendit Libyam interiorem uſque ad Æthiopas & Ægyptios. Excipitur enim, ut plurimum, Cyrenaica Pentapolis, Numidia vetus, & Mauritania. Nam & Numidæ & Mauri pro adventitiis habebantur. Hæc cum manifeſte ex Romanis colligi poſſint hiſtoriis, miror τὸν πάννυ Salmaſium, tanta verborum mole in Solinum irruere, cum nihil hoc loco dixerit Solinus, quod non etiam apud alios reperire ſit.

2. *In eaque ſunt Ammonis Oraculum*] Mirum Ammonis Oraculum poni ab omnibus fere Græcis Latiniſque in Cyrenaica, & vicinum ipſis Cyrenis, cum tot interſint gentes, & quadringentis, ut ipſi fatentur, diſtet ab ea millibus. Sed varie accipitur Cyrene vel Cyrenaica. Sæpiſſime enim ponitur pro Pentapolitana provincia. Modo verò multo latius id vocabulum patet, accipiturque pro ea regione quam ſub hoc nomine Ptolemæus deſcribit. Cum vero quàm latiſſime ſumitur Cyrenaica, tum comprehendit omne id quod à Syrti Majore uſque ad Ægyptum extenditur. Itaque ſub hoc nomine veniunt tota Marmarica, & Libya exterior. His contrarii ſunt illi, qui totum hunc tractum Marmaricam vocant, ipſamque etiam in ea collocant Cyrenaicam. In ſitu Ammoniaci templi non minor eſt auctorum diſcrepantia. Nonnulli enim proximum Syrtibus, quidam in Garamantum regione, alii alibi eſſe inquiunt. Mirus eſt Geographus Lucanus, qui modo in Marmarica, modo ad Syrtin majorem inter Leptin & Berenicen, modo verò apud Garamantas templum hoc collocat, uti lib. IX.

Ventum erat ad Templum Libycis quod gentibus unum
Inculti Garamantes habent: ſtat certior illic
Iupiter, ut memorant, ſed non aut fulmina vibrans,
Aut ſimilis noſtro, ſed tortis cornibus Ammon.

Ita emendavimus hos verſus Lucani ex antiquiſſimis noſtris membranis. Vulgo *ſtat corniger illic*, quod ineptum hoc loco, cum ſequatur ſtatim, *ſed tortis cornibus Ammon*. Certior Iupiter vocatur Ammon, quia, ut inquit Arrianus lib. III. ἀτρεκὲς ἐλέγχῳ εἶναι τὸ μαντεῖον τῷ Ἄμμωνος. Plures verò, ut dixi, Oraculum iſtud in ipſa putarunt eſſe Cyrenaica, cum tamen neque imperium, neque

nomen Cyrenenſium unquam eo pertigerit. Sed niſi fallor, quia Cyrenenſes hunc præcipue deum colerent, ac ſibi ſolis cultum ejus attribuerent, factum eſt ut in Cyrenaica templum ejus eſſe multi exiſtimarint. Pindari eruditus Scholiaſtes, idem fere ſenſiſſe videtur, ad Odam IV. Pyth. ubi Cyrene collocatur Διὸς ἐν Ἄμμωνος θεμιστλοις; hæc enim annotavit ad iſtum locum; Πῶς τὸν Κυρήνην ἐν μαντείῳ τιθησίν εἶναι φησιν, ἀπεχθῆ οὖσαν ἐκείνοις τοῖς θεοῖς; ἀλλὰ ῥητέον ὅτι πᾶσιν ἡ χώρα ἀφιέρωτο τῷ θεῷ. Hinc eſt quod in multis Cyrenæorum nummis imago Ammonis compareat. Verum id non de illo accipiendum eſt nummo, quem profert Salmaſius in exercitationibus ad Solinum, quique paſſim eſt obvius. In eo enim non exprimitur facies Iovis Ammonis, ſed vel Alexandri, vel ſucceſſorum ejus. Ne alter quidem ille nummus, quem alibi produxit, quique continet effigiem barbatam, accipiendus eſt de Iove Ammone. Nam quod Pſeudocalliſthenis auctoritate hoc conatur adſtruere, id neminem movere debet. Scriptum iſtud è Perſico vertit Simeo Sethus, ac inepta quædam continet figmenta, deſtituta omni prorſus utilitate ac amœnitate. Nec tamen is dicit Ammonem barbatum eſſe, ſed πολιὸν, quod etiam imberbes eſſe poſſunt. Nón itaque nummus hic poteſt eſſe Iovis Ammonis, ſed potius regum alicujus, cui Cyrenæ ſubditæ fuerunt. Illos vero omnes κεραοφόρους fuiſſe, nemini ignotum eſt. At vero Iovis Ammonis forma longe erat alia. Talis nempe, qualem exhibet nummus hic argenteus, qui cum alibi paſſim apud antiquarios, tum etiam inter Sereniſſimæ Reginæ Suédicæ exſtat numiſmata. Ita quoque Ammonem deſcribit Curtius lib. IV. *Id, quod pro deo colitur, non eandem effigiem habet, quam vulgo diis artifices accommodaverunt. Umbilico maxime ſimilis eſt habitus, ſmaragdis & gemmis coagmentatus. Hunc, cum, reſponſum petitur, navigio aurato geſtant ſacerdotes* &c. Variè hunc Curtii locum emendare & explicare conati ſunt viri eruditi. Sed profecto multum omnes a vero aberrarunt. Scribe; *Umbriculo maximè ſimilis eſt. Habitus ſmaragdis & gemmis coagmentatus.* Ab umber fit umbriculus, ut a ven er ventriculus &c. Quinam ſint umbri docet Plinius, cum ſcribit eos ex muſmone & ovibus naſci. Zona gèmmis & ſmaragdis contexta, ſatis hic manifeſte comparet. Diodorus Siculus lib. XVII. de hoc ipſo Ammone; Τὸ δὲ τοῦ θεοῦ ξόανον ἐκ σμαραγδίνων καὶ ἄλλων πολυτελῶν. Errant autem, qui putant, Ammonem præter cornua, nihil arietis habuiſſe, cum ex hoc numiſmate contrarium colligi poſſit. Confirmat opinionem noſtram Athanaſius; Λίβυες πρέσβατον, ὃ καλοῦσιν Ἄμμωνα, θεὸν ἔχεται.

gitur, ille immodicus exurgit, [3] arenasque quasi maria agens, siccis sævit fluctibus. Fons media nocte fervet, [4] mox & paulatim tepescens, fit luce frigidus: tunc ut sol surgit, ita frigidior subinde: per meridiem maximè riget. Sumit deinde tepores iterum, & prima

σι, καὶ τοῦτο πολλοῖς παρ' ἑτέρων εἰς θυσίαν σφάζεται. Aliter apud Arcadas formabatur Ammonis effigies, uti ex Pausania colligere est, verum hoc nihil ad Libyas. Græci ὀβελίαλα, ὀμβελίκια, & ὄβελα vocant istud Libycarum ovium genus, quamvis hæc vocabula, ut plurimum, pro omni spurio & insititio animalium genere accipiantur. Scaliger ad Varronem de L. L. ab hoc animali Ὀμβελικὸς δαίτας dictas existimabat apud Plutarchum Symposiacôn lib. 11. cap. x. Vide locum, & Ὀμηλικὸς veram esse lectionem fatebere. Recte vero umbris istis Plinius pro lana, villum tribuit caprinum. Duo enim in Africa, ac ei subjecta Æthiopia, sunt ovium genera, alterum lanigerum, alterum villosum. Priores, nostratibus similes, nisi quod tam vastas trahant caudas, ut ipsæ oves caudæ suæ appendices videri possint. Caudam arietinam quæ ad octoginta libras excrevisset vidit Leo Africanus; alii etiam librarum centum quinquaginta se vidisse prodiderunt. Alterum vero ovium genus simile est omnino imagini hujus numismatis. Pro lana villos habent caprinos. Cornua, quemadmodum hic, in anticam partem flexa: ut plurimum gemina, aliquando quaterna, nonnunquam etiam sena. Pedes longi & graciles admodum. Caro esui jucundissima, unde fit ut valde expetantur à Lusitanis & nostratibus.

3. *Harenasque quasi maria agens, sic sævit ut æquor fluctibus*] In libris manu exaratis legitur, *sic sævit ut fluentibus*, in aliis vero, *sic sævit fluctibus*. Lege, *siccis sævit fluctibus*.

4. *Mox & paulatim tepescens*] In quibusdam codicibus legitur, *mox perpaulatim tepescens*. Verum non probo adverbium istud. *Perpaulum* & *perparum* Latinum est, illud vero non item. Vulgata præterea scriptura extat in Vaticano, aliisque veteribus codicibus, unde adducor, ut credam ita scripsisse Pomponium, *mox (sed paulatim) tepescens*. In quibusdam codicibus deest particula conjunctiva. Ita sane Plinius de fonte Solis in Troglodytis; *mox paulatim tepescens*. Errat vero Plinius, quique illum sequuntur,

prima nocte calidus, atque ut illa procedit, ita calidior: [5] rursus cum est media, perfervet. In littore promuntoria sunt Zephyrion & Nau-

tur, cum fontem Solis, à fonte Ammonis diversum faciunt: idem namque est. Sed ut puto hæc erroris fuit causa, quod nonnulli perperam prodiderint, Ammonis oraculum vicinum esse Troglodytis.

5. *Rursus cum est media perfervet*] Non hoc tantum dicit Plinius, sed etiam addit noctu amarum esse, dulcem vero circa meridiem lib. II. cap. CIII. *Iovis Ammonis stagnum interdiu frigidum, noctibus fervet. In Troglodytis fons solis adpellatur dulcis, circa meridiem maxime frigidus; mox paulatim tepescens, ad noctis media fervore & amaritudine infestatur.* Ita legendus hic locus ex optimis schedis. Verum non in eo tantum à cæteris abit Plinius, quod distinguat stagnum Ammonis à fonte Solis, sed etiam in isto, quod amarum faciat hunc fontem. Refert Diodorus Siculus Alexandrum, antequam ad Ammonis templum perveniret, transiisse λίμνην ὕνα πικρόν, sed illa à septentrione Oraculi erat sita, nec quicquam commune habebat cum Troglodytis, quos ad meridiem Ammoni dat accolas Curtius lib. IV. *Accolæ sedis sunt ab oriente proximi Æthiopum: in meridiem versa, Arabes spectant; Troglodytis cognomen est; horum regio usque ad Rubrum mare excurrit. At qua vergit ad occidentem, alii Æthiopes colunt, quos Simos vocant.* Ita constituendus est hic locus. Valde autem varii sunt Græculi in miraculo hujus fontis describendo. Duos quoque fontes ad Ammonem ex Aristotele ponit Carystius Antigonus cap. CLIX. Priorem qui meridie & nocte media ferveat, mane vero & vesperi in glaciem concrescat: alterum vero qui oriente sole fluat, occidente vero eo immobilis stet. Sed verba ejus, ut vulgo leguntur, nullum continent sensum, sic vero sunt concipienda. Ἡ δ' ἄλλη δύσπ ἀναβαίνοντ' μὲν ἡλίου πηδνεῖ, ἐπὶ δυσμαὶς δ' ἰόντ' ἵστατ'. Plane certum est integra flumina hujus naturæ reperiri in Provincia Chilensi. Interdiu fluunt, noctu deficiunt. Verum hujus rei manifesta est causa, quia nempe sole liquantur nives & torrentes efficiunt, noctu vero congelantur. Mela unum tantum secutus est Herodotum hoc in loco. Πελαγίζει vero recte vertit *perfervet*. Maria enim fervere dicuntur, cum æstibus attolluntur. Πελαγίζειν Græci ita vocant; Πελαγίζουσης δὲ τῆς νυσὶ συμβῇ τὰς πλείους κατα-

[15] & Naustathmos, portus Parætonius. [6] Urbes Hesperis, Apollonia, Ptolemaïs, Arsinoë, atque (unde terris nomen est) ipsa Cyre-

πεδοῦνται. Male Suidas πλαγιζούσης interpretatur ἐς πέλαγος πλεούσης. Ita enim ut dixi accipiendus est iste locus.

6. *Urbes Hesperia, Apollonia*] In Vaticano & nostro manu exarato libro *Hesperi* legitur, non *Hesperides*. Omnino scribendum est *Hesperis*. Ita namque dicta fuit prius urbs, quam postea Berenicen dixere Græci. Nullum dubium est quin locus hic propter fertilitatem & fructuum copiam Hesperidum hortus adpellatus sit à Cyrenæis. Antiquissimi enim Geographi uti Scylax & alii Ἑσπερίδων πόλιν καὶ λιμένα καὶ κῆπον hic collocant. Errat vero interpres Solini cum dicit locum hunc ab opportuno situ ad hesperum, dictum esse Ἑσπερίαν & Ἑσπερίδας. Nemo enim Hesperiæ alicujus in hoc tractu meminit. Hausit id ex vitiosa Melæ lectione. Omnino verum est, tractum hunc primo fuisse adpellatum Ἑσπερίδων κῆπον vel etiam Ἑσπερίδας. Utrumque enim rectum. Inde vero vagantibus Græciæ fabulis, ut inquit Plinius, cum quidam alibi Hesperidum domum collocarent, hi quidem in Magnesia, isti ad fretum Herculis, illi ad Atlantem, quidam in Oceano; factum esse existimo ut istæ ad Syrtes Hesperides Εὐεσπερίδες adpellarentur, tanquam veræ Hesperides, cum tamen omnes æque sint fabulosæ, teste Apollodoro, apud Strabonem, aliisque. Auctor tamen ille qui de diis scripsit, quique Apollodori nomen vulgo præfert, ad Atlantem in Hyperboreis Hesperidas collocat. Sed scriptum illud plane indignum est tanto Grammatico. Pleraque ea quæ veteres citant ex Apollodoro de diis, aut non exstant in hoc libro, aut saltem longe aliter concipiuntur. Unde liquet scriptum istud vel titulum mentiri, vel alterius esse Apollodori. Ait autem ille hortos Hesperidum non fuisse ὡς πινες εἶπον ἐν Λιβύῃ, ἀλλ' ἐπὶ Ἀτλαντος ἐν Ὑπερβορέοις. Salmasius adfert hæc verba, ut ostendat hortos illos fuisse ad Oceanum Atlanticum. Sed quis rogo unquam Hyperboreos in Libya somniavit? Profecto auctor ille non de monte Atlante loquitur, sed de fluvio Atlante qui in Istrum influit, cujus meminit Herodotus lib. IV. ἐκ δὲ Ἀίμου τῶν πορυφέων, τρεῖς ἄλλοι μεγάλοι ῥέοντες πρὸς βορέην ἄνεμον ἐσβάλλουσι ἐς αὐτόν, Ἄτλας καὶ Ἄρης καὶ Τίβησις. Male itaque Salmasius

Cyrene. [7] Catabathmos vallis devexa in Ægyptum, finit Africam. Oræ sic habitantur, ad noſtrum maximè ritum moratis cultoribus, nisi quod quidam linguis differunt, & cultu Deorum, quos patrios ſervant, ac patrio more

masius utitur teſtimonio Apollodori, ut oſtendat (ſi bene mentem ejus percepi, valde enim varius eſt hoc loco) veros Heſperidum hortos fuiſſe ad fretum Herculeum. Et profecto velle oſtendere ſitum iſtius horti, hoc perinde fuerit, ac ſi quis indicare velit, ubi nam olim campi fuerint Elyſii, aut inſulæ beatorum, aut alia id genus fabuloſa. Nihil vero certius quam hic apud Melam legendum eſſe *Heſperis* non *Heſperia*. Stephanus; Ἑσπερὶς πόλις Λιβύης ἡ νῦν Βερενίκη. ὁ πολίτης Ἑσπερίτης. Heſperitas quoque vocat Strabo Heſperidum incolas lib. XIV. cum inquit Ληθαῖον flumen eſſe etiam ἐν Ἑσπερίταις Λίβυσι. Valde ſe in hoc loco torquet Caſaubonus, ac modo legendum putat Ἑσπερίταις Ἴβηρσι, modo vero interpretatur de Afris Atlantici maris accolis. Sed omnino fallitur. Ἑσπερίδες Λίβυες hic ſunt Heſperidum incolæ. Λήθῃ vero fluvius eſt, quem alii Λάθωνα vel Λήθωνα vocant, ita ab oblivione dictus. Lucanus lib. IX.

Quam juxta Lethon tacitus prælabitur amnis
Infernis, ut fama, trahens oblivia venis.

Ita legendum apud Lucanum ex optimo noſtro codice. Male vulgo *Lethes*. Perperam vero Lucanus Lethonem ponit juxta Tritonem amnem, tranſit enim Ἑσπερίδων πόλιν.

7. *Catabathmos vallis devexa in Ægyptum*] In veteri libro noſtro ſcribitur *Catabathmus vallis devexa in Africam, finis Ægypti.* Sed vulgata lectio verior eſt, eamque confirmant Vaticanus, & alii codices. Omnino enim exiſtimo pleraque nomina Græca, quæ in hoc Marmaricæ littore occurrunt, à Cyrenenſibus eſſe impoſita. Si vero in Africam fuiſſet devexa hæc vallis jam non Κατάβαθμὸν ſed ἀνάβαθμὸν vel ἀνάβασμὸν vocaſſent. Salluſtius vocat *declivem altitudinem*, verum non addit in quam partem vergat iſta declivitas. Inquit enim in Jugurthino Africam habere *ab ortu ſatis declivem altitudinem, quem locum Catabathmon incolæ appellant.* Perperam vulgo ſcribitur *latitudinem.* Κατάβασιν vocat Æſchylus in Prometheo,

more venerantur. [8] Proximis nullæ quidem urbes ſtant, tamen domicilia ſunt quæ mapalia appellantur. Victus aſper, & munditiis carens. Primores ſagis velantur, vulgus beſtiarum pecudumque pellibus: humi quies epulæque capiuntur. Vaſa ligno fiunt aut cortice. Potus eſt lac, ſuccuſque baccarum: cibus

theo, ridicule vero ponit ad fontes Nili. Sed ignoſcendum hoc Æſchylo, qui non major inter Græcos fuit Geographus, quam fuerunt apud Romanos vel Seneca, vel Lucanus. Non recte vero interpres Solini hunc Catabathmum, qui terminus fuit Cyrenaicæ, arenoſum fuiſſe colligit ex loco iſto Stephani; Κατάβαθμος τόπος ἐν Λιβύῃ, μεταξὺ τῆς Ἀμμωνος καὶ τῆς Παραιτονίας. Locum enim iſtum Stephani non poſſe accipi, niſi de Catabathmo parvo, nemo, ut opinor, negabit.

8. *Proximis nullæ quidem urbes ſtant*] Nemo eſt qui non adprobarit hactenus lectionem Pintiani; *Proximis nullæ quidem urbes; ſtata tamen domicilia ſunt, quæ mapalia appellantur.* Ego tamen veram eſſe puto lectionem vulgatam. Ita quoque Virgilius & alii loquuntur. Rufo quidem Feſto ita hæc locutio placuit, ut paſſim ea utatur.

——— *Stat. Cocytus alta,*
Stat Perge propter, ſtant ardua
tecta Phaſelis.

Item,

Adſtat Cyrene propter vetus;

Sic etiam alibi. Nihil itaque invitis omnibus manu exaratis codicibus in Pomponio mutandum. Huc accedit quod mapalia iſta non videntur ſtata & fixa fuiſſe. Plinius lib. V. cap. III. *Numidæ vero Nomades à permutandis pabulis mapalia ſua, hoc eſt domos, plauſtris circumferentes.* Sed & Livius quoque lib. XXIX. id ipſum teſtatur; *Familiæ aliquot cum mapalibus pecoribuſque ſuis (ea pecunia illis eſt) perſecuti ſunt Regem.* Nec olim tantum ſic fuit, ſed etiam nunc ſic fit apud Mauros interiores, ac illos præcipue, qui in Atlante vivunt. Habent caſas ſeu tuguria ex ſtoriis aut arborum ramis vieta. Hæc palis, aut arundinibus potius, ſuffulciunt. Ubi itaque pabulum gregibus deficit, mapalia iſtæc plauſtris impoſita alio transferunt, ac denuo ſtatuminant. Quod ſi locus placuerit, ac per aliquot ibi dies morari ſit animus, tegunt tuguria ſua aut terra aut alia materia, ac ſic & ſe, & greges ſuos, contra belluas & cœli injuriam muniunt. De mapalibus vero ſeu magalibus, nemo

cibus est caro, plurimum ferina. [9] Nam gregibus (quia id solum opimum est) quoad potest parcitur. Interiores etiam incultius, sequuntur vagi pecora: utque à pabulo ducta

mo melius Bocharto, quem consule.

9. *Nam gregibus (quia id solum opimum est) quoad potest parcitur*] Ita Vaticanus, aliique meliores libri, & ita scripsit Mela. Possint hæc accipi de regione σιλφιοφόρῳ. Quia enim valde silphium appetunt greges, ideo eas arcent, vel omnino non alunt. Usque adeo enim oves amare silphium prodit Arrianus, ut si vel è longo admodum spatio ejus odorem perceperint, cursu eo convolent. Itaque Cyrenenses quam longissime arcere pecus ab iis locis in quibus silphium gignitur. Quin etiam addit illos διαφθόσειν τὸν χῶρον, ἢν μηδ' εἰ πελάσειεν αὐτῷ τὰ βάλα, δυναταὶ γὰρ ἕλκος εἶσω παρελθεῖν. Hæc est causa quamobrem Mela videri possit dixisse Cyrenaicos valde abstinere ab alendis gregibus, quia longe illis majus lucrum è cultura silphii. Attamen malo hæc verba de tractu vicino ipsis Cyrenis intelligere, qui omni frugum fructuumque genere abundat, ut mox dicemus. Hactenus enim describit ea quæ propinqua sunt Cyrenarum urbi. Σιλφιοφόρος vero regio est interiori Cyrenaica. Valde autem θηριώδη esse totam Cyrenaicam produnt veteres, non hanc tantum mari propiorem de qua Mela hic agit, sed & interiorem σιλφιοφόρον, testantibus hoc Ptolemæo aliisque. Solini tamen interpres eos omnes errare putat, ait enim, falsos esse illos qui putant σιλφιοφόρον Cyrenaicæ desertam esse & θηριώδη. Verum nemo veterum dixit esse omnino desertam, sed tantum feris refartam esse inquiunt. Locum vero quem adfert ex Arriano unde hoc efficiat, nihil quidquam facit ad ejus institutum; Ita enim ille; Ἀλλ' ἡ Κυρηνὴ τῆς Λιβύης ἐν τοῖς ἐρημοτέροις πεπολισμένη, ποιώδης τέ ἐστι καὶ μαλθακὴ, καὶ ἔυυδρος, καὶ ἀλσέων, καὶ λειμώνων, καὶ καρπῶν παντοίων, καὶ κτηνέων πίμφορος, ἔς τε ἐπὶ τὸ σίλφιε τὰς ἀκφύσεις. Ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον, τὰ ἄνω αὐτῆς ἔρημα καὶ ψαμμώδεα. At vero quia hic aquarum copia, & crebri saltus, id ipsum ostendit tractum hunc feris esse habitabilem: neque enim illæ in siccis possunt vivere arenis, nisi forsan fera-

cta sunt, [10] ita se ac tuguria sua promovent:

ferarum nomine aliquis hic accipiat anguium aliquot genera, aut infecta quædam rore nocturno victitantia; quod valde sit absurdum. Talis tractus, qualem hic describit Arrianus, qui nullis habitatur aut vicis aut urbibus, sed tantum sparsis nomadum mapalibus, illum ubique terrarum feris obnoxium esse necesse est, nedum in Libya. Nemo autem veterum τὴν ψαμμώδη Libyam ferarum plenam esse dixit. Quotquot Africam describunt, ita eam distinguunt, ut ea quæ mari proxima sint, ab hominibus inhabitari inquiant. Quæ sequuntur loca feris plena esse ajunt. Deinceps vero tractum arenosum collocant. Verum & in hoc errat Salmasius quod Arrianum hic loqui putat de regione σιλφιοφόρῳ. Itaque putat silphium in culto solo nasci. Sed utrumque falsum esse apparebit ex his Diodori Siculi verbis, quæ subjiciam; Τῆς δὲ χώρας ἡ μὲν ὄμορος τῇ Κυρηνίᾳ, γεώδης ἐστὶ καὶ πολλὰς φέρουσα καρπούς. ἐ μόνον γὰρ ὑπάρχει σιτοφόρος, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἄμπελον ἔτι δ' ἐλαίαν ἔχει, καὶ τὴν ἀγρίαν ὕλην, καὶ ποικίλους ἐυχρηστίαν παρεχομένους. Ἡ δ' ὑπὲρ τὸ νότιον μέρος ὑποκειμένη, καθ' ὃν τὸν ὀπὸν φύεται συμβέβηκεν ἄπορο-

ρος ἔστι καὶ ναμάτων ἀφθονίαν, τὴν μὲν ὀψιν ἔχει πελάγει παρεμφερῆ, ἐδαφίαν δὲ παρέχομένη ποικιλίαν ἐρήμῳ γῇ πεελέχθη τὸ ὑποκειμένης ἐρήμου δυσεξίτητον ἔχουσης τὸ πέρας. Vulgo in hoc loco legitur καθ' ὃν τὸν νότιον φύεται συμβέβηκεν, quod viros doctos valde exercuit. Sed ut opinor, nemo nisi fungus de veritate emendationis nostræ dubitabit. Ὀπὸς pro ipso silphio passim accipitur. Manifeste vero ex hoc loco patet silphium non nasci in culto solo, quod proximum est Cyrenis, sed vero in magis sicco atque arido, & in tractu θηριώδη, qui inter cultam Cyrenaicam, & Libyam vastis obsitam arenis, est medius. Errat etiam vir summus, cum scribit in Cyrenaica nullos esse montes. Οὐέλπη ὄρη recenset Ptolemæus. Verum & Barcæi montes in ea sunt, ac præterea illi, è quibus Lathon fluvius profluit. Sed & in ipsa Pentapoli complures sunt montes. Et sane absque his inhabitabilis esset Cyrenaica. In Africa enim ubi nulli montes, ibi etiam nullæ aquæ, uti infra docebimus.

10. *Ita se ac tuguria sua promovent*] Manifeste hinc patet mobilia

atque ubi dies deficit, ibi noctem agunt. [11] Quamquam in familias paſſim & ſine lege diſperſi, nihil in commune conſultant: tamen quod ſingulis aliquot ſimul conjuges, & plures ob id liberi agnatique ſunt, nuſquam pauci. Ex his qui ultra deſerta eſſe memorantur, Atlantes [12] Solem execrantur, & dum oritur, & dum occidit, ut ipſis agriſque peſtiferum. Nomina ſinguli non habent: non veſcuntur animalibus: neque illis in quiete qualia cæteris mortalibus viſere datur. Troglodytæ, nullarum opum domini, ſtrident magis quam loquuntur, ſpecus ſubeunt, aluntur-que ſerpentibus. Apud Garamantes jam

bilia fuiſſe Numidarum tuguria, non ſtata, ac proinde nihil mutandum in Pomponio fuiſſe, ut ſuperius monuimus.

11. *Quamquam in familias paſſim, & ſine lege diſperſi nihil in commune conſultant*] Vulgatam lectionem reddidimus, quam Pintianus mutarat legendo; *& ſine lege diſperſis nihil in commune, conſultant tamen* &c. Quod tantum abeſt ut verum ſit, ut vix ſit Latinum. Altera vero lectio optima, & in quo nihil ſit, quod quemquam offendere poſſit. Sic & Tacitus lib. xx. *per Gallias edixere, ut miſſis legatis, in commune conſultarent.* Sed adeo tralativa hæc locutio, ut exemplis non ſit opus. Statim poſt, auctoritate omnium veterum codicum, delevimus τὸ *degunt*. Et ſane tuto abeſſe poteſt. Minuta hæc fateor, & quæ magiſtellis relinqui poterant. Sed quandoquidem huic auctori manum admovimus, etiam minimis quibuſque ulceribus mederi propoſuimus. Eſto itaque ut magni nihil præſtemus in his obſervatiunculis, ſed neque aliquid quod tale ſit promittimus.

12. *Solem execrantur & dum oritur & dum occidit*] Ita vertit verba Herodoti, ἔστι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλουσι κατερῶν). Euſtathius, qui hæc Herodoti verba citat, ad Dionyſium, legit ὑπερβαλόντως. Verum puto ita mutaſſe,

jam [13] armenta ſunt, eaque obliqua cervice paſcuntur, nam pronis directa in humum cor-

taſſe, quia alterum non intelligeret. Ὑπερβάλλοντι interpretantur Grammatici ὑπερβαίνοντι. Hoc ſenſu imprecantur ſoli quam diu ſuprà ipſos eſt: vel ut Mela vertit *dum oritur & occidit*. Damaſcenus pro ἡλίῳ ὑπερβάλλουσι hic habet ἡλίῳ ἀνίσχοντι, uti quoque Diodorus Siculus hæc accepiſſe videtur. Attamen non probo hanc interpretationem nec ſane ita veteres locuti ſunt. Omnino exiſtimo ἡλίῳ ὑπερβάλλουσι apud Herodotum vertendum eſſe, *ſole ſuperantiſſimo*. Ita apud Lucretium *ſuperantior ignis*, pro vehementiſſimo. Gellius lib. III. cap. II. inquit *ſole magno* quod idem eſt; *poſt mediam noctem auſpicantur, & poſt meridiem ſole magno*. Atlantes vero Herodoti, eſſe quos alii vocant Atarantas vel Apharantas corrupte, obſervatum jam à multis. In Plinio nihil mutandum. Recte enim ſeſe habent illa verba; *ſolem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipſis agriſque. Contuentur* id eſt προσιδῶσιν ut habet Strabo loquens de eadem gente libro poſtremo. Nempe Atarantes iſti multa mala imprecabantur ſoli orienti & occidenti, cum ſe adſpici patitur. Sole vero altius provecto, & ipſos agroſque eorum torrente, ad paludes confugiebant, ut inquit Strabo. Sallmaſius hoc loco non recte legit; *Solem orientem occidentemque dira imprecatione comitantur*. Hæc lectio multo deterior eſt vulgata. *Contueri* proprium eſſe mala imprecantum, nemo neſcit. *Contueri* vero *ſolem* habet ipſe Plinius lib. VII. de Gymnoſophiſtis, quos ait, *ab exortu ad occaſum perſtare, contuentes ſolem immobilibus oculis.*

13. *Armenta habent, quæ obliqua cervice paſcuntur*] Et hic quoque reducenda fuit vetus lectio, quam temere Pintianus profligarat. Ejus enim ſi ſequamur conjecturam, non tamen omnia cum Herodoto convenient. Sed vero multis locis oſtendemus, autorem hunc non unum Herodotum, verum multos quoque alios eſſe ſecutum. Quod autem Pintianus Troglodyticis bubus tribuit, ut ſint ὀπισθονόμοι, id plane ratione caret. Nam ſi Troglodytæ nullarum ſint opum domini, ut inquit Mela, quomodo armenta poſſident? Id ſane effecit Pintianus, dum Melam cum Herodoto & Plinio vult componere, ut neque cum hoc, neque cum illo, imo ne ſecum quidem conveniat Mela. At vero ſi illam quam dedimus, quamque vetera exemplaria ſervant lectionem, ſequamur, plana erunt omnia. Verba autem illa, *Apud Garamantes etiam armenta ſunt*, ex optimis codicibus ita ſunt refingen-

fingenda, *Apud Garamantes jam armenta sunt, eaque obliqua cervice pascuntur* &c. Dixit prius Troglodytas nullarum esse opum dominos. His subjungit Garamantas, apud quos jam armenta esse inquit, sed peculiari natura. Apud istos itaque solum κτηνοτρόφον esse incipit, cum quæ supra illos sunt, arida & arenis obducta sint. Diodorus Siculus lib. III. de Garamantum regione; Διόπερ ἐδ' ὄργεον ἰδεῖν ἐστι, ἐ πεζάποων ἐν αὐλῇ ζῶον, πλὴν ὀρνιθοδ καὶ βοός. Hæc veriora sunt iis quæ alii ad hunc locum annotarunt. Ælianus boves istos ὀπισθονόμους collocat, non in Garamantibus, sed in Libya Indis vicina. Λιβύων δὲ ὅσοι τ' ὑπερνιώντων Ἰνδοῖς ὀπισθονόμων βοῶν ἀγέλας εἶναί φασι, λέγω. Indos autem hic vocat Ælianus istos Æthiopas, qui orientalem Nili tenent ripam. Nam quia secundum quosdam Nilus terminus est Asiæ & Libyæ, ideo factum est, ut superiores istæ terræ, quæ Nilo ab ortu adjacent, quasque Asiæ partem esse putabant, Indis non Æthiopibus fuerint à nonnullis attributæ. Itaque ad fontes Nili Æthiopiæ finem statuebant, atque illinc terras continuo ambitu usque ad Indos pertinere existimabant. Hinc est quod ἀνατολικῆς κλίματος terminum Heliodorus ad fontes hujus fluminis statuat. Atque ita quidem accipienda sunt omnia illa veterum loca, ubi Indi ad meridiem collocantur. Aliter tamen accipienda Virgilii verba, cum Nili fontes in India ponit.

Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur sua rura phaselis:
Quaque pharetratæ vicinia Persidis urget,
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena,
Et diversa ruens septem discurrit in ora,
Usque coloratis amnis devexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio jacit arte salutem.

Locum integrum adscripsimus ut eum obiter illustremus. Quærunt hic viri docti, quid Persis commune cum Nilo, qui quam longissime à Perside abest. Indos autem hoc loco Scaliger interpretatur Æthiopas. Neutrum bene. Omnino hic Virgilius secutus eorum opinionem, qui putarunt Nilum iisdem quibus Indus & Acesines concipi fontibus, ac deinceps per multas vastasque fluere solitudines, donec Æthiopiam contingeret; atque illic demum Nilum vocari. Arrianus lib. VI. Καὶ ἀκούσας ὅτι ὁ Ἀκεσίνης ἐμβάλλει εἰς τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν, ἔδοξεν ἐξοδευκέναι τοῦ Νείλου τὰς ὁδοὺς, ὡς τὸν Νεῖλον ἐνθένδε πόθεν ἐξ Ἰνδῶν ἀνίσχοντα, καὶ δι' ἐρήμου πολλῆς χωροῦντα, καὶ οὕτω ἀποκλίνοντα τὸν Ἰνδὸν τὸ ὄνομα. Pausanias ipsum Euphratem Nilum postea fieri contendit; scribit enim in

in Corinthiacis, Εὐφράτην ὄντα εἰς ἅλα ἀφανίζεσθαι, καὶ ὕδατος ἀνιόντα ἐκεῖθεν Αἰθιοπίας, Νεῖλον γίνεσθαι. Nempe totum Erythræum & Indicum mare lacum esse crediderunt veterum nonnulli, quæ mira fuit imperitia. Sive autem Euphratem, sive Indum accipias unde profluit Nilus, jam recte Virgilius dixerit, eum vicinia Persidis urgere. Et hæc quidem est verissima interpretatio loci istius Virgiliani. In hac opinione etiam fuisse videntur plurimi Christianorum, inter quos Philostorgius, lib. III. cap. X. cum ait. Nilum in arctois regionibus oriri, & iisdem ex partibus fluere unde Hyphasis, Euphrates & Tigris. Sic quoque sensit Lucanus cum de Nilo canit;

Teque vident primi, quærunt tamen hi quoque Seres.

Ex horum quoque sententia locutus est Solinus, cum inquit cap. XXXVII. Euphratis & Nili fontes sub iisdem parallelis esse, & ad modulum ejusdem perpendiculi constitutos. Non adsecutus est mentem Solini doctissimus ejus interpres, quamvis longam admodum hoc loco exercitationem instituerit. Nihil enim certius hac nostra interpretatione. Ipse vero gravissime errat, cum acriter adeo Scaligerum carpit, cujus tamen verbis nihil planius & verius reperiri possit. Ait Scaliger ad Manilium; *Polos omnis horizontis esse puncta orientis & occidentis: polos mundi esse polos omnium meridianorum.* Hæc alter ne in puero quidem primis elementis imbuto fe-

renda esse existimat. Sed profecto nimis liberaliter judicat vir eximius de iis scientiis, quas modice adeo degustavit. Non meum est dicere, quantus in matheſi fuerit Scaliger; magnus tamen fuit, si cum altero conferatur. Hac vero in parte melius sensit, quam cæteri mathematici. Nam si meridianis & horizontibus ulli sunt attribuendi poli aut vertices, non possunt alii excogitari, quam quos Scaliger assignat. Non enim recte sphærarum concinnatores Meridiani polos vocant, puncta ortus & occasus æquinoctialis: polos vero horizontis vertici imminentia puncta. Non me fugit, polos circuli in sphæra vocari, puncta illa in superficie sphæræ, à quibus omnes rectæ lineæ ad circuli circumferentiam ductæ, sunt æquales; verum illud minime hic locum habere potest, neque enim horizon & meridianus in sphæra materiali dicuntur esse circuli in sphæra, sed extra sphæram. Absurdum præterea fuerit polum nominare ubi nulla est vertigo. Nulla autem vertigo nisi ad polos mundi. Istic itaque poli meridiani. Hoc manifestum, nec minus illud; *Puncta orientis & occidentis esse polos Horizontis*; circa hæc enim puncta, notata in Horizonte ligneo, omnes volvuntur horizontes, non tantum in sphæra recta, verum etiam obliqua; nec ullus dari potest horizon (nisi in sphæra quam vocant obliquissima) qui non transeat per puncta ortus & occasus æquinoctialis, hæcque sola duo puncta omnis horizon habet stabilia. Manifestus itaque error polos adpellare, ubi nulla

cornua officiunt. [14] Nulli certa uxor eſt, ex his qui tam confuſo parentum coitu paſſim incertique naſcuntur, [15] quos pro ſuis colant for-

eſt vertigo, nullus axis, nec rotatio ulla. Verum ad Pomponium noſtrum revertamur, à quo nimis longe ſumus digreſſi. Boum iſtorum ὀπισθονόμων, à quibus ſermo noſter hactenus deflexit, meminit Athenæus, circa finem lib. v. verum is fabuloſos eſſe exiſtimat, & merito.

14. *Apud Auſenſes nulli certa uxor eſt*] Duo priora vocabula addidit ex Herodoto Pintianus. Verum non hoc ſolo autore uſus eſt Pomponius noſter. Ita eum ſcripſiſſe adparet ex Plinio, cujus hæc ſunt verba; *Garamantes matrimoniorum exortes paſſim cum feminis degunt.*

15. *Quos pro ſuis colant, formæ ſimilitudine agnoſcunt*] Pintianus & alii legunt, *quos pro ſuis alant*. Malim ego *tolant* vel *tollant*. Nemini ut puto vel paululum eruditiori ignotum quid ſit *tollere infantem*. Statius Papinius epiced. in filium.

--- meus ille, meus. Tellure cadentem
Excepi, & vinctum genitali carmine fovi.

Patrum fuiſſe officium infantem, quem pro ſuo agnoſcebant, humo tollere, ſinuque condere, paſſim teſtantur auctores. Cic. lib. r. de Divinat.

Ibi ex oraclo voce divina edidit
Apollo, puerum primus Priamo qui foret
Poſt illa natus, temperaret tollere,
Eum eſſe exitium Trojæ, peſtem Pergamo.

Sic refingendi verſus illi ex optimo noſtro codice. Ariſtotelis lib. VII. Polit. ἀποτίθεσθαι ſimiliter accipitur, pro tollere & ſinu recondere infantem. Ἐὰν μὴ ἡ πόλις τῶν ἐξῶν κωλύῃ, μηδὲν ἀποτίθεσθαι τῶν γεννωμένων. Vulgo non recte accipitur iſte Ariſtotelis locus. In Mela vero nihil mutandum videtur. *Colere* liberos rectum eſt; ſæpè enim *colere* pro *excolere* ponitur, & contra. Ita quoque locutus eſt Hieronymus Epiſt. ad Oceanum. *Multos vidimus ob nimiam paupertatem, virorum ſarcinam declinare, & ancillas ſuas habere pro uxoribus, ſuſceptoſque ex his liberos colere ut proprios.* Huc accedit quod Auſenſes illi apud Herodotum non recens natos infantes, ut fieri olim ſolebat, humo tollerent; ſed jam adultos, quos pro ſuis educarent, acciperent. Ἐπεὰν δὲ γυναικὶ τὸ παιδίον ἀνδρὸν γένηται, συμφοιτέουσι ἐς τωὐτὸ οἱ ἄνδρες τρίτῳ μηνὸς, ᾧ ἂν ἴκηται τὸ ἀνδρῶν τὸ παιδίον, ἴστε παῖς

formæ ſimilitudine agnoſcunt. [16] Augilæ ma-
55 nes tantum Deos putant: per eos dejerant, eos ut oracula conſulunt: precatique quæ volunt, ubi tumulis incubuére, pro reſponſis ferunt ſomnia. Fœminis eorum ſolenne eſt, nocte qua nubunt, omnium ſtupro pa-
60 tére, qui cum munere advenerint: & tum cum plurimis concubuiſſe, maximum decus:

παῖς νομίζεται. Ità hoc loco recte legit Valla, ſed male interpretatus. Male vero legit Pintianus ᾧ ἂν ἥκῃ, ſed recte interpretatus eſt, *cui ſimilis exſtiterit.* Οἴκῃ enim eſt ab εἴκω, pro ἐοίκῃ uti ſolet Herodotus. Ab ἔοικα vero vel οἶκα, interpres Solinianus verbum facit ἐοίκω & οἴκω, more Æolum & Ionum, quibus πεπλήγω eſt à πέπληγα, ut inquit Euſtathius. Sed vero ineptum eſt vocabula fingere, ubi nulla exigit neceſſitas; neque enim niſi paucis hoc contingit vocabulis. Quod autem id Ionum proprium eſſe inquiat Euſtathius, de hoc quoque dubito. Alii Grammatici id Siculorum, Æolum, & Rheginorum tantum proprium eſſe affirmant, itaque illos à δέδοικα formare δεδοίκω, ab ὄλωλα ὀλώλω, à πεποίηκα πεποιήκω, & à λέλαθα λελάθω. Verum de his ad Dionyſium Thracem uberius agemus. Locus autem hic Melæ ita in optimo noſtro codice concipitur; *quos pro ſuis colant, formæ ſimilitudine agnoſcitur.*

16. *Augilæ manes tantum deos putant*] Et hic quoque lapſum putant Pomponium viri eruditi, quod Augilis attribuerit ea quæ Herodotus Naſamonibus. Sed ipſi errant. Augilæ ſunt Naſamones. Augila enim vel Ægila eſt oppidum Naſamonum. Satis hoc ex Herodoto ipſo colligitur. Jungit quoque eos Ptolemæus; Ἐν τοῖς Αὐγίλαις ᾗ Νασαμῶσι τὰ Αὔγιλα. Libri aliquot Ptolemæi legunt hoc loco Αἴγιλα, uti Herodotus. Ab Αἴγιλα vero ἐθνικὸν non tantum Αὐγίλαι, ſed & Αὐγιλίται ſi Stephano credendum. Verum ſæpe ex ingenio format ἐθνικὰ ſua iſte ἐθνικογράφος. Non autem in hoc tantum, quod Augilas cum Naſamonibus confundat, viris doctis vapulat Mela, verum etiam in illo, quod inquiat Augilas manes deos putare, cum

in reliquum pudicitia insignis est. Nudi sunt Gamphasantes, armorumque omnium ignari: nec vitare sciunt tela, nec jacere: ideoque obvios fugiunt, neque aliorum quam qui- 65
bus idem ingenii est, aut congressus, aut colloquia patiuntur. Blemmyis capita absunt: vultus in pectore est. Satyris, præter effigiem, nihil humani. 17 Ægipanum quæ celebratur, ea forma est. Hæc de Africa. 70

cum fortium virorum & parentum tantum animas coluerint. Nimis profecto hoc est argutum. Vapulat quoque illic Plinius, quique eum sequuntur, cum ait, *Augilæ inferos tantum colunt.* Perperam enim illum pro manibus substituisse inferos. Neque enim quemquam veterum inferos posuisse pro animabus defunctorum, sed manes accepisse pro loco inferorum, uti apud Virgilium, *manesque profundi.* Verum etiam lapides antiqui contrarium docere possint, in quibus *dii manes*, & *dii inferi* pro iisdem semper & passim accipiuntur. Innumera præterea veterum exstant loca, in quibus dii superi & inferi opponuntur. Et sane quis possit dubitare quin per inferos non tantum intelligatur locus ille qui continet manes, sed ipsi etiam manes, cum hoc ipsum quoque testetur vocabulum. Uti enim à supra, superi & superni; ab extra, exteri & externi; ab intra, interi & interni: ita quoque ab infra, vel infera, ut veteres scribebant, inferi & inferni. Sed vir ille eruditus errorem suum alio loco cognovisse videtur. Et sane mirarer, si adeo ineptus, & linguæ Latinæ imperitus fuisset Plinius, ut per deos manes intellexisset locum inferorum, non ipsos manes, vel ipsos deos inferos.

17. *Ægipanum, quæ celebratur, ea forma est*] Satyrorum Ægipanumque in Libya eodem modo, iisdemque pene verbis, meminere Plinius, Solinus, & Martianus Capella; nemo tamen addit, qualis fuerit forma Ægipanum. Posteriores duos ignorasse facile crediderim: an vero etiam Plinius ignorarit, non attinet quærere. Sane neque in forma hujus monstri conveniunt, si tamen monstris accensenda sunt ea, quæ sunt mera Græculorum commenta. Salmasius in notis ad Solinum ex Parallelis minoribus Plutarchi adstruere conatur Ægipana illum esse, quem Romani Silvanum vocant. Sed vero valde infirmo nititur tibicine; neque enim quidquam certius, quam libellum istum esse prorsus indignum Plutarcho, cum nugacissimus sit, ac ejusdem plane auctoris, atque sit ille de fluminibus, qui & ipse nomen Plutarchi ostentat. Vir doctus qui in istud scriptum notas concinnavit, ut ostendat tractatum de fluminibus esse Plutarchi, multas, nisi me fallit memoria, locutionum colligit formulas, omnes ex illis minoribus parallelis depromptas; unde contrarium plane adparet, quam quod ipse voluit adstruere, nempe utrumque istud scriptum esse quidem ejusdem auctoris, sed vero neutrum Plutarchi, aut saltem alterius Plutarchi, multo recentioris. Nec juvat quod in catalogo Lampriæ mentio fiat hujus scripti; vitio enim hoc factum esse, vel cœcus possit conspicere. Nam quo loco legitur; Διηγήσεις ὡδέκα λοι Ἑλληνικὴ καὶ Ῥωμαϊκὴ Ἐπικρείων σατυροποιῶν, legendum esse, Ἐπικρείων σατυροποιῶν cæteris extritis, docet numerorum ratio. Reliqua verba adjecta sunt ab aliquo qui putabat & hunc libellum esse Plutarchi. Sed si ea admittamus, tota numerorum series perturbabitur. Non est itaque, quod quis Plutarchi auctoritate Ægipana atque Silvanum eundem esse existimet. Et profecto tantum inter sese differunt Silvani & Ægipanes, ut difficilius aliquid reperias in quo conveniunt, quam in quo discrepant. Ægipanes enim non ut Silvani cum facie humana pingebantur, verum caprina prorsus; imo αὐτοχθόνῳ capri erant superne. Pingebantur præterea cum cauda piscis. Causa nominis hæc est. Ægipan Jovis filius ex capra Bœotia esse fingitur, quam etiam Oleniam vocavere. Alii Jovis collacteum faciunt, natumque ex Æga Panis conjuge. Hinc Ægipana dictum ajunt. Juvisse hic dicitur Jovem in bello contra Typhonem. Quia autem primus invenit conchain marinam, qua inflata terrorem Panicum injecit, ideo caudam piscis huic adfingi. Hujus imaginem in cœlo ajunt esse Capricornum. Theon ad Aratum; Ὁ δὲ Αἰγόκερως ὁμοιός ἐστι τῷ αἰγίπανι, κατεσχηματίσθη δὲ εἰς τιμὴν τοῦ Πανὸς, εἰς ὃν τοῦτον μεταβλήθη διωκόμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων θεῶν. Scholiastes Germanici; *Capricornus sane similitudinem habet Ægipanos: habet enim posteriorem partem piscis, priorem capri.* Ita quoque Hyginus, & alii, licet in cæteris hujus fabellæ partibus non conveniant. Causam vero quamobrem cum cauda pingitur hanc reddit idem Theo; Εὗρε δὲ ἑτοίμην τὴν κόχλακα σὺν τῇ θαλάσσῃ, διὸ καὶ δελφίνου ἐφὴν ἰχθύος ἔχει. Aliam causam reddit Hyginus, & Germanici Scholiastes, verum de eo nos ad ipsum Aratum. Ægipanum vero crebræ effigies occurrunt in antiquis Ægyptiorum monumentis, nempe Satyri αἰγοπρόσωποι οὐρὴν ἰχθύων ἔχοντες. Videamus nunc quænam fuerit Silvanorum forma. Uti Panum & Satyrorum variæ

sunt species, ita quoque Silvanorum. Sciendum vero illos aliquando à Satyris separari, aliquando vero confundi. Similiter Silvanus pater aliquando idem est atque Pan, aliquando vero longe diverso fingitur habitu. Nam & Silvano in veteribus monumentis sæpe tribuitur fistula, & syrinx, & corona pinea. Semper tamen humeris fert cupressum. Itaque Panibus accensendi sunt Silvani, quando cum tali habitu pinguntur aut finguntur. Cum autem non sunt αἰγοσκελεῖς Sylvani, uti in multis antiquis marmoribus videre est, jam non Panibus sed Silenis sunt annumerandi. Sciendum vero uti Silvanorum, ita quoque Silenorum duo esse genera, & quidquid fere de his dicitur, de illis quoque aut dici, aut dici posse. Silenos enim eosdem esse atque sunt Panes, nempe seniores Satyros, locuples testis est Pausanias in Atticis; Τοὺς δὲ ἡλικίᾳ τῶν Σατύρων πρεσβυτέρους ὀνομάζουσι Σειληνούς. Recte itaque in optimis Glossis Silvanus utroque modo accipitur; *Silvanus* Πὰν, Σιλενός. Et sane si verum sit Silenum dictum quasi Σιλοηνὸν non dubitandum quin hinc Silvani nomen sit. Æoles vocare videntur Σιλ-Fινὸν. Hesychius Σιλῆνοι, οἱ Σάτυροι. Nemini enim ut puto ignotum Hesychium passim digamma Æolicum mutasse in Gamma. Alii Silenos plane diversos faciunt à Satyris. Plato sane non permittit, ut iis annumerentur. Innumeri etiam hoc tempore Sileni marmorei reperiuntur, cætera similes hominibus, nisi quod cornua & acutas habeant aures quemadmodum asselli. Junioribus tamen Silenis absunt cornua, quemadmodum etiam junioribus Satyris. Mirum est id quod Pausanias prodit, ut ostendat Silenos aliquando fuisse homines, inquit, Silenorum sepulchra apud Hebræos reperiri. Sed credo hanc fabellam exinde ortam esse, quia Moses cum cornibus pingebatur. Quid mirum autem si homini cornuto, etiam auriculæ acutæ ab aliis fuerint additæ, quo plane esset Silenus? Verum non hic substitit Græculorum impudentia, in ipsos etiam Christianos derivata est hæc calumnia, quorum Deum, non tantum Sileni, uti Mosem, sed Satyri instar finxerunt, uti videre est apud Tertullianum, cum hac inscriptione; DEUS CHRISTIANORUM ONOCHOIRITES. Ita enim legendus locus ille qui omnes hactenus exercuit eruditos. Ὀνοχοιρίτης enim fingebatur tanquam ex asino & porco compositum monstrum. Epiphanius de Gnosticis; Φασὶ δὲ τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν ὄνου μορφὴν ἔχειν, οἱ δὲ χοίρου. Hinc *Asinarii* dicti Christiani. Martialis locus de Theodoro Judæo non minus est corruptus.

Ecce negas juraſque mihi per templa tonantis.
Non credo; jura verpe per Anchialum.

Sal-

Salmasius in libro de lingua Hellenistica legit, החיעלם & interpretatur, *per eum qui vivit in æternum.* Verum illud non est Hebræum. Prima enim litera redundat, duoque insuper voces sunt חי-עלם uti est apud Danielem cap. XI. Et sic jam olim Scaliger legebat hunc Martialis locum. Sed profecto nihil minus quam Hebraice doctus fuit Martialis. Optimus codex Thuaneus jam ante octingentos annos exaratus, qui excerpta continet Martialis epigrammata, legit hoc loco *anchalium.* Omnino legendum est.

Non credo; jura verpe per ancharium.

Ancharius vel ancarius est asinus. Ἀχθοφόρον Græci interpretantur Ἀγγάριον, accipiuntque istud vocabulum æque de jumento atque homine ἀχθοφόρῳ. Similiter sagmarius vel saumarius de utroque accipitur. Utitur hac voce Lucilius;

Hæc inquam rudet è rostris atque ejulitavit.
Concursans, veluti ancarius, clareque quiritans.

Hinc Ancharia familia, quemadmodum Asellia. Unice vero confirmat hanc conjecturam versiculus ille Petronii, ex quo liquet, Judæos olim male audiisse, quod crederentur per asinum jurare.

Judæus licet & porcinum numen adoret,
Et cilli summas advocet auriculas.

Inepti sunt qui de veritate hujus lectionis dubitant. Cillus est asinus, hinc hemicillus ἡμιόνου, & cillanus agaso Ciceroni. Julius Pollux vocat κιλλακτῆρα. Sic namque apud illum legendum lib. VII. cap. postremo; Σοφοκλῆς δ' ἔφη, ποππύζεται ζεύγλατείς. Ἀστραβηλάτας καὶ ὠθεῖ ἵππους Δωριστὶ ὀνοκίνδιοι καὶ κιλλακτῆρες. Ita ex optimo nostro codice locum hunc Pollucis emendavimus, qui vulgo est inquinatissimus. Verum revertamur ad Melam, à quo nimium quantum sumus digressi.

CAP.

CAP. IX.

Particularis Asiæ descriptio.

ÆGYPTUS.

ASiæ prima pars Ægyptus inter Catabathmon & Arabas, ab hoc littore penitus immissa, donec Æthiopiam dorso contingat, ad meridiem refugit. [1] Terra expers imbrium, mirè tamen fertilis, & hominum aliorumque animalium perfœcunda generatrix. Nilus efficit, amnium in nostrum mare permeantium maximus. Hic ex desertis Africæ missus, nec statim navigari faci-

1. *Terra expers imbrium*] Seculi nostri admiratores, & hoc quoque antiquorum simplicitati adscribunt. Una omnes voce contendunt, imbres in Ægypto non minus esse frequentes, atque alibi locorum. Alexandriæ enim, & in itinere Memphin versus, pluvias se expertos esse continentes, oculati & complures affirmant testes. Sed desinant rogo boni viri non veteribus, sed sibi illudere. In inferiore Ægypto, quæ mari vicina est, nonnunquam pluvias descendere non illos fugit; Proclus in Timæum lib. 1. εἰ καὶ χείμασιό ποτε ὄμβρος ἐπὶ τῶν Αἰγύπτου, ἀλλ' ὁ ἐπὶ πάσαις, ἀλλὰ ἐπὶ τῶν κάτω χίνεσθαι εἰώθασιν. Inferiorem vero Ægyptum, ne Ægypti quidem nomine, aut vix certe, dignati sunt Græci vetustiores. Sed in Superiore Ægypto nullæ cadunt pluviæ, in tractu nimirum qui est à Thebis Syenen usque. Hoc est illud quod veteres unanimiter adfirmant, Aristoteles inquam, Strabo, Plutarchus aliique. Quærit vero causam Aristobulus apud Strabonem lib. xv. quare cum in Syene imbres cadant, intermedia tantum loca pluvia omnino careant. Quæstio hæc ibi proponitur, sed non solvi-

10 facilis, nec statim Nilus est: [2] sed cum diu simplex sævusque descendit, [3] circa Meroën latè patentem insulam, in Æthiopiam diffunditur, alteraque ex parte Astaboras, [4] altera Astapes dictus est. Ubi rursus coit, ibi 15 nomen hoc capit. Indè partim asper, partim navi-

tur. Ratio tamen est manifesta, quia nempe illa Ægypti pars, ubi nullæ cadunt pluviæ, plana, humilis, sicca, arenosa ac calida est admodum, utpote torridæ zonæ vicina. Vapores itaque qui è terra arida egrediuntur cum rari admodum & tenues sint, aut noctu decidunt in rorem mutati, aut toti ab æstu consumuntur priusquam in pluviam abeant. At vero tractus Syeniticus, quia excelsus ac montosus est, necessario pluviis abundat. Ubi enim montes, ibi nivium & aquarum lapsus perpetui. Si plana esset universa Africa, esset inhabitabilis. In zona torrida enim si montes abessent, jam nulla quoque essent flumina, nec ulli imbres ad terram pervenirent. Verum hoc esse, experimento satis intelligunt, omnes torridæ zonæ incolæ, ac ii præcipue, qui Peruvianam habitant provinciam. Cum enim latera montium perpetuis illic humectentur & defluant pluviis, pluvias tamen ignorant plerique qui in planis vivunt. Ne litorum quidem accolæ pluviam unquam viderunt. Rorem tantum norunt, eumque tenuissimum, ac vix compescendo pulveri aptum.

2. *Et cum diu simplex sævusque descendit*] Salmasius legit; *& cum diu simplex suusque descendit.* At vero nihil hic mutandum nisi quod pro *&* reponendum sit *sed*, uti edi curavimus. Nulla autem ratio possit comminisci, quamobrem hic pro *sævus* reponamus *suus*, præsertim cum præcedat *simplex*, quod dixisse sufficit. Sævus vero est Nilus ubi simplex, fontibusque suis vicinus est. Deinde vero divisus & diffusus, fit lenis & navigabilis. Hoc ipse Mela, hoc Plinius, hoc omnes testantur, ipsaque hoc exigit ratio.

3. *Circa Meroën, late patentem insulam, in Æthiopiam effunditur*] Salmasius legit; *circa Meroën; late patentem insulam in Æthiopia diffinditur.* Sed vulgata lectio, quam omnia servant manu exarata exemplaria, multo verior meliorque est. Perquam fuerit ineptum velle eam aliquo interpretamento juvare.

4. *Altera Astapes dictus*] Ita legunt Vaticanus & Florentinus codices. In aliis *Astape.* Ἀστα-

πης

navigia patiens, [5] in immanem locum devenit: ex quo præcipiti impetu egressus, & Tachempso alteram insulam amplexus, [6] usque ad Elephantidem urbem Ægyptiam atrox adhuc fervensque decurrit. Tum demum placidior, & jam penè navigabilis, primum juxta Cercasorum oppidum triplex esse incipit. [7] Deinde iterum iterumque divisus, ad Deltæ acumen it per omnem Ægyptum vagus atque dispersus: septemque in ora se scindens, singulis tamen grandis, evolvitur. Non pererrat autem tantum eam, sed

πης est Pomponio qui Ἀσυσάπης aliis. Ab hoc Astape dicti possint videri Ἀσταπαῖοι Λιβύης ἔθνος. Sed insigniter errat Stephanus, quod Astapæos Libyæ gentem faciat, cum sint in Hispania. Meminit in Ibericis suis Appianus Astapæ urbis & Astapæorum, aitque eos Carthaginensibus paruisse. Hinc error Stephani.

5. *In immanem lacum devenit*] Frustra hic aliquis lacum quærat, nedum immanem. Scribe, *in immanem locum devenit*. Immanem locum vocat Catadupa seu Catarractas Nili. Nihil clarius.

6. *Usque ad Elephantidem urbem Ægyptiam*] Ita libri, ita quoque Hermolaus scribendum esse monuerat. Verum Pintianus hic illi adversatur & Elephantinen reponit, negans alterum uspiam reperiri, non contentus Vitruvii, aliorumque Latinorum auctoritate. Verum adscribam locum Stephani Byzantii, unde apparebit veram esse hanc lectionem; Ἐλεφαντίνη πόλις Αἰγύπτου. Παρθένιος δὲ Ἐλεφαντίδα αὐτὴν φησιν. Τὸ ἐθνικὸν τῆς μὲν πρώτης Ἐλεφαντίνος, τῆς δὲ Ἐλεφαντίδος Ἐλεφαντίτης. Ita concipienda sunt hæc verba, & separanda ab iis quæ præcedunt, nam Ἐλεφάντιοι nihil ad Elephantinen.

7. *Deinde iterum iterumque divisus ad Deltæ & admelin*] Hæc est Vaticani & omnium codicum, quos vidi, constans lectio. Variæ

sed æstivo sidere exundans etiam irrigat, adeo efficacibus aquis ad generandum alendumque, ut præter id quod scatet piscibus, quod Hippopotamos Crocodilosque, vastas belluas, gignit; glebis etiam infundat animas, ex ipsaque humo vitalia effingat. Hoc eo manifestum est, quod ubi sedavit diluvia, ac se sibi reddidit, per humentes campos quædam nondum perfecta animalia, [8] sed tum primum accipientia spiritum, & ex parte jam formata, ex parte adhuc terrea, visuntur. Crescit porrò, sive quod solutæ magnis

I 2 æsti-

riæ admodum sunt virorum eruditorum ad hunc locum conjecturæ. Sed omnino quæ facillima, illa quoque verissima est proculdubio. Legendum itaque *ad Deltæ acumen*. Τὸ ὀξὺ τῆς Δέλτα habet Herodotus. Salmasius ita in suis codicibus se scriptum reperisse inquit; *ad Deltam & à melim per omnem Ægyptum*. Inde ipse hanc excudere lectionem conatur; *A Deltæ meta it per omnem Ægyptum vagus atque dispersus*. Sed in nullo manu exarato codice ita hunc locum concipi puto, quemadmodum ipse inquit. Imo certus sum ita eum hæc verba citásse, quo magis verisimilem suam efficeret conjecturam. Probum tamen non est meta pro solo acumine metæ. Totum semper significat conum, aut quidquid cono est simile. Ita meta lactis pro tota massa, & *metas imitata cypressus* apud Ovidium, pro tota cypressi parte quæ κωνοειδὴς est. Et apud Martialem;

Præpendet meta nec tibi barba minor.

Pro tota barba. Sic lege, non *mento* ut vulgo. Quod si *metam Deltæ* hic acceperit ut *flumen Rheni*, pro tota Delta; ne hoc quidem rectum videtur. Nam quomodo Nilus à Delta it per omnem Ægyptum, cum post Delta nulla jam prorsus sit Ægyptus: excipit enim mare? Sed, ut opinor, pluribus non opus est, ad astruendum eam quam dedimus lectionem. Certe τὸ ὀξὺ τῆς Δέλτα non possit melius reddi, quam *acumen Deltæ*.

8. *Sed tum primum accipientia spiritum*] Quidam libri veteres *speciem*

ſpeciem legunt hoc loco, minus tamen recte. Porro quod hic de muribus dicit, id ipſum quoque multi è veteribus prodidere, & omnino veriſſimum eſt. Hodieque tale murium reperiturgenus, cum alibi, tum in ſeptentrionalibus præcipue regionibus. Communi vero vocabulo *Leem-mus* vel *Leemmer* dicuntur, quia in limo naſcuntur; *Leem* enim limum denotat. Scripſit nuper de his diatribam Olaus Wormius, qua oſtendere conatur mures hos in nubibus generari quandoque, & cum pluvia in terram deſcendere. Sed vero ex iis quæ adducit argumentis neſcio an iſtud effici poſſit. Nam ſi mulier parieti adſidens ſinu unum ex illis muribus exceperit, aut cymbæ non procul à litore inciderint, non inde ſtatim ſequitur, è nubibus cecidiſſe. Ex ipſo enim decidit pariete, aut ex impendente tecto terreo uti moris eſt in Norvagia. In cymbam vero delati ſunt forſan procella aliqua ab imminentibus ſcopulis. Ullum in nubibus generari animal, neque compertum hactenus, neque veriſimile. Si quis vel è modice edito loco murem in præceps agat, protinus animam cum ſanguine exſpuet. Sed vera ratio quamobrem animalia iſta cœlo cadere vulgo exiſtiment, hæc eſt, quod cum antea non compareant, poſt pluviam illico è cavernulis ſuis prodeant; vel quod illæ aqua implentur, ut exiſtimat Theophraſtus, vel quod genus hoc animalium pluvia maxime vegetetur. Eadem ratione ſæpè producuntur cochleæ, aliaque animalia & præcipue ranarum quoddam genus, diverſus ab eo quod in ſtagnis & paludibus vivit, quodque & ipſum è nubibus deferri exiſtimant. Γυείνες & γελίνες vocarunt Græci, vel etiam γέλινα & γύλινα. Paſſim terrarum, præſertim, in locis uliginoſis, ceſſante pluvia, repente in lucem prodeunt ἀδιάπλαστα γεννήματα iſta, ut loquitur Theon. Novam & inuſitatam ſobolem civium Rom. ita appellat Cicero ad Atticum lib. IV. Epiſt. XVII. ſimilitudine ſumta ab his ranunculis. *Quin tu huc advolas & inviſis illius noſtræ Reip.* γέλινα? *Gerina* enim in optimo codice, unde innumera loca feliciter emendavit Simeo Boſius, ſcriptum fuit; verum ipſe non recte *germina* repoſuit. Hinc adagium in ſtolidos apud Platonem Theæteto, εἰς φρόνησιν ἀδὲν βελτίων βατράχε γελίνε. Ipſe Cicero I. de Divinat. *Sed ineſt gerinis & raninculis quædam natura ſignificans aliquid.* Sic fere meliores codices. Verum ut ad propoſitum redeamus, ſcire velim, quomodo eum tot locis ranis pluiſſe ſcribant viri eruditi, nemo tamen unquam fuerit, qui eas labentes conſpexerit, ſed demum lapſas. Nec multorum valet auctoritas, quando deeſt experientia, & adverſatur ratio, quæ fieri non poſſe docet, ut animal ullum alte adeo decidat, & non protinus exanimetur. Locuſtas autem cum pluvia deſcendere certum eſt, ſed illæ nihil

40 æſtibus nives, [9] ex immanibus Æthiopiæ jugis, largius quam ripis accipi queant, defluunt:

hil huc faciunt. Cum enim non admodum alte ſupra terram ferantur, incidente imbre terræ alliduntur, quod & aliis nonnullis contingit inſectis. Delumbricis, erucis, araneis ſimilibuſque aliis, uti verum eſt terras nonnunquam his operiri, ita ineptum eſt credere eas de nubibus cadere. Alibi de hac re agimus. Ut autem ad mures iſtos, qui ex limo Nili oriuntur, revertamur, ſciendum illos diverſos eſſe à muribus Ægyptiis quos Νιποδας vocant. Quamvis enim etiam hi in Ægypto generarentur, ex Libya tamen advenisſe credebantur.

9. *Ex immanibus Æthiopiæ jugis.*] Ex Democriti ſententia, qui montes omnium quotquot in orbe ſunt maximos eſſe inquiebat, illos unde Nilus oritur, ut eſt apud Diodorum; nempe quia Nilus omnium fluviorum eſt maximus. Is tamen nullas in his montibus nives ſtatuebat, ſed nives Septentrionis æſtate ſolvi, atque inde nubes oriri arbitrabatur. Illas vero ab Eteſiis in Æthiopiam deferri atque inde imbres exiſtere. Anaxagoræ, Euripidis, & Æſchyli hæc fuit opinio, qui ex liquefactis in Æthiopia nivibus Nilum incrementa accipere putabant. Verſus quibus id ſignificat Euripides exſtant apud Diodorum Siculum, & auctiores aliquanto apud Anonymum de origine Nili. Verum poſtremi verſus ita legendi ſunt;

Ὃς ἂν μελαμβοήτοιο
πληροῖ ῥοὰς
Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν
ζακῇ χιὼν,
Τεθραππόυντος ἡλίου κατὰ χθόνα.

Non recte Henricus Stephanus, qui primus hoc fragmentum edidit, eo in loco repoſuit κατ' αἰθέρα, cum in illo apographo quo uſus eſt, quod penes me ſervo, ſcriptum ſit κατὰ χθόνα, ſubintelligitur enim Αἰθιοπίδα. Verum & Æſchyli verſus de eadem re emendatos hic adſcribam:

Γένυν μὲν αἰνεῖν οὐκ παιδὸς ἐπίσταμαι
Αἰθιοπίδος γῆς, ἔνθα Νεῖλος ἐπτάρης
Γαῖαν κυλίνδει ῥόμβοις ἀμφίτων
ἐπομβελαίοις.
Ἐν ᾗ πυρωπὸς ἥλιος σκιλάμψας φλογὶ
Τήκει πετραίαν χθόνα. πᾶσαι δ' ὑδραλὴς
Αἴγυπτος οἰγνῦσ' ἀκάματος πληρωθήσεται
Φερέσβιον δήμητρος ἀντόλλει σάκος.

Elegantiſſimos hos Æſchyli verſus non admodum elegantur emen-

fluunt: ſive quod [10] ſol hyeme terris propior, & ob id fontem ejus minuens, tunc altius abit, ſinitque integrum, & ut eſt pleniſſimus, ſurgere: ſive quod per ea tempora flantes Eteſiæ, aut actas a ſeptentrione in meridiem nubes ſuper principia ejus imbre præcipitant, aut [11] venienti obvii adverſo ſpiritu, curſum deſcendentis impediunt: aut arenis quas cum fluctibus littori applicant, oſtia

mendare conatus eſt in Solinianis ſuis doctiſſimus Salmaſius. Nam quod illic legit πυρωτὸν σμῆν & ὑλάμψαν φλογὸς, iſtud tantum abeſt ut elegans ſit, ut ne ſit Græcum quidem.

10. *Sol hyeme terris propior*] De Eccentrico ſolis circulo viri quidam docti intelligendum putant hunc Pomponii locum, nempe quia bruma ſol terris eſt propior, quam ſolſtitio. Sed ex Herodoto hæc accepit, cujus tempore necdum comperta erat eccentricitatis ratio. Sol hyeme terris propior, quia minor eſſe videtur altitudo ejus ſupra horizontem. Totus vero locus ita legendus eſt. *Sive quod ſol hyeme terris propior, & ob id fontem ejus minuens, tunc altius abit, ſinitque integrum & ut eſt pleniſſimus ſurgere.* Ita Vaticanus, & alii libri antiqui.

11. *Venienti obvii adverſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt*] Vaticanus legit; *Venienti obviæ adverſo impetu.* Sed legendum eſſe *obvii* obſervatum multis. Οἱ ἐτησίαι enim à Græcis venti iſti vocantur. Loquitur autem hic Mela ex Thaletis opinione, qui cauſam Nili ἐπιῤῥοῆς flatibus adverſis Eteſiarum tribuebat. Anonymus περὶ τῆς Νείλου ἀναβάσεως. Θαλῆς ὁ Μιλήσιος εἰς τὰ ἑπτὰ σοφῶν φησί λεχθῆναι τοὺς ἐτησίας γίνεσθαι τοῦ ἀναπληροῦσιν. πνεῖν γὰρ αὐτοὺς ἐναντίους τῷ ποταμῷ, καὶ τὰ στόματα κεῖσθαι κατὰ τοῦ πνοὴν αὐτῶν. τὸ μὲν οὖν ἄνεμον ἐξ ἐναντίας πνέοντος κωλύειν τοῦ ἐκρεῖν αὐτῶν. τὸ δὲ κῦμα προσπίπτον ἀντίον τοῖς στόμασι, καὶ ἕλιον ἐνανακόπτειν τὸ ποταμόν, καὶ ἀναπληροῦσιν οὕτω γίνεσθαι τοῦ Νείλου. Ita legenda ſunt hæc verba, ex veteribus libris, non ut vulgo concipiuntur. Locus vero Plinii de hac ipſa re, ita emendandus eſt; *Cauſas hujus incrementi variæ prodidere, ſed maxime probabiles, Eteſiarum eo tempore ex adverſo flantium repercuſſum intro in ora acto mari, aut imbres Æthiopiæ æſtivos* &c.

12. *Fitque major vel quod nihil ex ſemet amittit*] Hæc omnia verba delenda exiſtimat Pintianus, ſed valde errat. Ita omnes libri veteres, & ſane non video quid in illis verbis abſonum ſit aut inconcinnum. Pro *Antichthones* vero quidam codices legunt *antipodes*. Male. Superius oſtendimus antichthones eſſe qui auſtralem terram inhabitant. Antipodibus vero nullus hic locus eſt, utpote qui penitus ſub terram merſi ἡμῖν ἀφάνεστον nobis opponuntur.

13. *In illis terris ortum amnem*] Abeſt in veteribus libris τὸ *terris*. Recte niſi fallor. *In illis*, nempe Ἀνθίχθοσι.

14. *In quodam lacu Chemnis Inſula*] *Chemnis* legendum, uti eſt in omnibus quotquot vidi libris antiquis. Ita quoque Herodotus inſulam hanc adpellat. Hecatæus eam Chembin vocat, in loco Stephani ita legendo; Ἐν Βυσσοῖ περί τι ἱερὸν τῆς Λητοῦς ἐ-

oſtia obducunt: [12] fitque major, vel quod nihil ex ſemet amittit, vel quod plus quam ſolet accipit: vel quod minus quam debet emittit. Quod ſi eſt alter orbis, ſuntque oppoſiti nobis à meridie Antichthones, ne illud quidem à vero nimium abſceſſerit, [13] in illis ortum amnem, ubi ſubter maria cæco alveo penetraverit, in noſtris rurſus emergere, & hac re ſolſtitio accreſcere, quod tum hyems ſit unde oritur. Alia quoque in his terris mira ſunt. [14] In quodam lacu Chemmis inſula lucos ſylvaſque & Apollinis grande ſuſtinens templum, natat, & quocunque venti agunt, pellitur. Pyramides tricenûm pedum lapidibus extructæ: quarum maxima (tres

(tres namque ſunt) [15] quatuor fere ſoli jugera ſua ſede occupat: totidem in altitudinem erigitur. Mœris, aliquando campus, nunc lacus, [16] quingenta millia paſſuum in circui-

τι νῆσος Χέμβις ὄνομα ἱερὴ δ' Ἀπόλλωνος. ἔστι δ' ἡ νῆσος μεταρσία καὶ θεωλεῖ ἐπὶ δ' ὕδατος καὶ κινέεται. Ὁ νησιώτης Χεμμίτης καὶ Χέμμιος. Alia eſt Chemmis, quæ in Nomo Thebaico ſita erat, quamque Πανὸς πόλιν interpretatur Diodorus Siculus. Meminerunt hujus cum alii, tum ipſe quoque Herodotus. Plutarchus in libello de Iſide & Oſiride perperam Χέννιν vocat. Stephanus ex auctoritate Herodoti, & hanc quoque inſulam eſſe inquit; Ἔστι καὶ Χέμμις πόλις μεγάλη νόμου τοῦ Θηβαικοῦ, ἐγγὺς δὲ Νέας πόλεως. φησὶ δ' ὁ αὐτὸς καὶ νῆσον εἶναι Χέμμιν ἐν αὐτῇ. Sed nuſquam hoc Herodotus prodit. Itaque apud Stephanum legendum ἐν Βαῖῃ non ἐν αὐτῇ.

15. *Quatuor fere ſoli jugera ſua ſede occupat*] In hoc loco interpretando & corrigendo multum ſudant Pintianus & alii interpretes, & quidem infeliciter adhuc. Vaticanus legit; *Quatuor fere ſoli jugera quæ ſede occupat.* Noſter unus, *quæ cede occupat.* Alter vero optimus & antiquiſſimus qui olim fuit Latini Latinii; *quo cedat occupat.* Scripſit, ut puto, Mela; *Quatuor fere ſoli jugera quoque latere occupat.* Hoc pacto recte ſeſe habebit totus locus. Sciendum vero Melam hic non ſecutum eſſe Herodotum, qui octo plethra, quæ quatuor faciunt jugera, unumquodque hujus Pyramidis latus extendi ſcribit, ſed illos Græcos qui ſeptem tantum plethra unicuique lateri tribuunt, inter quos etiam eſt Diodorus Siculus. Itaque recte hic noſter auctor addidit *fere*. Plinius ſeptem jugera ſoli huic Pyramidi tribuit. Ita enim legendus ex optimis membranis locus ille; *Ampliſſima ſeptem jugera obtinet ſoli.* Verum hoc de laterum ſingulorum ſpatio, non vero de totius Pyramidis baſe eſt accipiendum. Illa enim juxta Herodoti calculum eſt jugerorum XXXII: juxta Diodorum vero & Melam, XXIV$\frac{1}{2}$. Notandum vero Plinium ſemper πλέθρον Græcorum jugerum vertiſſe, cum tamen jugerum ſit δίπλεθρον. Ejus rei rationem alibi reddimus.

16. *Viginti millia paſſuum in circuitu patens*] Herodotus & Diodorus Siculus ambitum Mœridis paludis faciunt ſtadiorum CIↃ CIↃ CIↃ IↃC. Itaque Pintianus hunc locum ſic refingebat; *quadringenta quinquaginta millia paſſuum.* Sed vero ita omnino ſcripſerat Mela, *quingenta millia paſſuum in circuitu patens.* Non octo ſed ſeptem ſtadia cum ſemiſſe etiam alibi cum mille paſſibus componit hic auctor noſter; ergo ter mille & ſexcenta ſtadia, conficiunt quadringenta & octoginta millia. Mela vero numero, ut dicitur, rotundo quingenta tribuit. Atque hic quidem eſt ambitus Mœridis paludis ſi Herodotum ſequamur, & illos qui Herodotum ſunt ſecuti. Sed profecto, quis non rideat potius, quam miretur, tantam magnitudinem, majorem Sicilia, & vix univerſa Peloponneſo minorem? Profecto verum eſt, id quod multis aliis exemplis poſſimus oſtendere, Herodotum omnia Ægyptiaca longe feciſſe ampliora, quam revera eſſent. Ita Ægypti longitudinem latitudinemque altero tanto majorem fecit, quam ſit. Si quis igitur verum hujus paludis ambitum cognoſcere velit, is dimidium hujus menſuræ auferat, ſic quarta tantum prioris magnitudinis pars ſupererit, quod facile poſſint computare illi, qui κυκλικῶ λόγῳ non ſunt prorſus imperiti. Tamen & ſic quoque miranda erit res & incredibilis pene, tam vaſtum terrarum tractum humano labore unquam effodi & excavari potuiſſe.

17. *Labyrinthus domos mille*] Legendum; *domos* III: *mille*, ut recte monuit Pintianus. Ter enim mille domos continebat Labyrinthus juxta Herodotum, quarum dimidia pars ſupra terram, reliquæ ſub terra erant. Multi quidem de hoc Ægyptio Labyrintho agunt, nemo tamen diligentius Plinio, qui illum *portentiſſimum humani impendii opus* appellat. Sed adeo apud illum pleraque depravata ſunt, ut ne ſenſum quidem ullum admittant.

cuitu patens, altior quam ad navigandum magnis onuſtiſque navibus ſatis eſt. Pſammetichi opus [17] Labyrinthus, domos ter mille & regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore extructus ac tectus, unum in ſeſe deſcenſum habet, intus penè innumerabiles vias, multis ambagibus huc & illuc remeantibus, ſed continuo an-

fractu, & sæpe revocatis porticibus ancipites: quibus subinde alium super alios orbem agentibus, & subinde tantum redeunte flexu quantum processerat, [18] magno & explicabili tamen errore perplexus est. Cultores regionum multo aliter à cæteris agunt. [19] Mortuos limo obliti plangunt. Nec cremare aut fodere fas putant: verum arte medicatos intra penetralia collocant. Suis literis perversè utuntur. Lutum inter manus, farinam calcibus subigunt. Forum ac negotia, fœminæ, viri pensa ac domos curant: onera illæ humeris, hi capitibus accipiunt. Parentes cum egent, illis necesse, his liberum est alere. Ci-

tant. Postquam cæteros Labyrinthos recensuit addit; *Ægyptius (quod miror equidem) introitu columnisque reliquis è molibus compositis, quas dissolvere ne secula quidem possint.* Quis non videt, ineptum esse & frigidum quod miratur Plinius? Lege ex vestigiis optimorum codicum; *Ægyptius (quod miror equidem) introitu lapidis è Paro columnis, reliquo Syenitæ molibus compositus, quas dissolvere ne secula quidem possint, adjuvantibus Heracleopolitis, qui id opus invisum mire infestavere.* Hoc profecto mirandum, introitum Labyrinthi columnas habuisse è lapide Pario, cum ipsa Ægyptus tot indigenis, & quidem præstantissimis abundet marmoribus.

18. *Magno & inexplicabili tamen errore perplexus est*] Scio quidem Virgilium Labyrintho tribuere *inextricabilem errorem*, & Catullum, *errorem inobservabilem*, sed hoc poëtis licet, Melam vero non ita scripsisse certum est, aut certe non addidisset adverbium *tamen*. Reddenda itaque vetus lectio, quam & Vaticanus & noster codices servant, atque ita scribendus est totus hic locus; *Quibus alium super alios orbem agentibus, & subinde tantum redeunte flexu, quantum processerat, magno & explicabili tamen errore perplexus est.*

19. *Mortuos fimo obliti plangunt*] Veteres libri *fumo*, sed vera lectio est *limo* ex Herodoto.

20. *Nec*

Cibos palàm & extra sua tecta capiunt: obscœna intimis ædium reddunt. Colunt effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia: sed alii alia: adeo ut quædam eorum, etiam per imprudentiam, interemisse, capitale sit: & ubi morbo aut fortè extincta sint, sepelire ac lugere solenne sit. Apis populorum omnium numen est: bos niger, certis maculis insignis, & cauda linguaque dissimilis aliorum. Rarò nascitur, [20] nec coitu pecoris (ut ajunt) sed divinitus & cælesti igne conceptus; diesque quo gignitur, genti maximè festus est. Ipsi vetustissimi (ut prædicant) hominum, [21] trecentos & triginta Reges ante Amasim, & supra tredecim mil-

 lium

20. *Nec coitu pecoris*] Placebit nonnullis magis lectio quorumdam codicum in quibus exaratum reperitur, *nec coitu pecudis.* Sed vero cum in optimo nostro libro à prima manu scriptum fuerit *pecoris*, omnino retinendam existimo vulgatam lectionem. Boves & equos passim pecora vocant cum alii, tum præcipue Columella.

21. *Trecentos & triginta reges ante Amasin*] Excidisse videtur denarius numerus; *Trecentos & quadraginta Reges ante Amasin, & supra undecim millium annorum ætates certis annalibus referunt.* Attamen cum Herodotus alibi, ubi de primo Ægyptiorum rege Mene agit, inducat sacerdotes ostendentes trecentos & triginta reges ex suis libris, fieri potest ut ad hunc Herodoti locum respexerit Mela. Imo hoc verissimum esse existimo. Undecim enim illi reges qui simul cum Psammetticho aliquamdiu regnarunt auferendos esse arbitror, alias non video quomodo possit Mela cum Herodoto, vel Herodotus secum componi, utpote cum hoc loco trecentos & triginta, alio vero loco trecentos & quadraginta unum Reges numeret. Sive autem reges istos annumeremus, sive non, idem annorum manet numerus, nempe undecim millium exacte. Tot enim annos numerabant

lium annorum ætates, certis annalibus referunt: mandatumque literis ſervant, dum Ægyptii ſunt, [22] quater curſus ſuos vertiſſe ſyderabant Ægyptii ab exceſſu Ori, uſque ad obitum Anyſis. Recte vero Mela addidit *ſupra undecim millia*, quia Amaſis plus integro ſeculo poſt Anyſin regnare cœpit. Herodotus tamen numerum iſtum extendit, & undecim iſtorum regum annos addit, tanquam ſi non ſimul, ſed ſucceſſivè regnaſſent. Prædictæ quippe ſummæ adjicit undecim γενεὰς, ſive annos trecentos ſexaginta ſex & menſes octo. Sed profecto valde eſt ineptus modus computandi annos, quem hic Ægyptiis tribuit Herodotus; non alienus tamen ab eorum moribus. Nam ſi quæ unquam gens parvam, vel potius nullam temporum habuerit cognitionem, certe illos Ægyptios fuiſſe exiſtimem. Ex ſingulis regulis, qui uno eodemque tempore in diverſis fuere Ægypti Nomis, unam faciunt ſeriem, & unicuique regulo ſeparatim aliquot tribuunt annos, & hoc pacto ἀπειρίντες iſtas γενεαλογίας & ſucceſſiones confinxerunt. Idem cum alibi, tum etiam in primorum Paparum ſucceſſione contigiſſe jam olim oſtendimus. Sederunt illi primum quatuor ſimul, deinde tres, mox bini; ab Euariſto demum ſimplex eſſe incœpit ordo epiſcoporum Romanæ Eccleſiæ. Primus, ex iis qui ſuperſunt ſcriptoribus, Irenæus ex omnibus iſtis Epiſcopis longam fecit ſeriem; annos vero ſingulis primus adtribuit Euſebius, verum admodum infeliciter. Sed vero longe abſurdior eſt Ægyptiorum Chronologia. Non enim tantum ſibi ipſi contraria, verum omnino monſtroſa eſt. Omnes Græci non tantum, verum & ipſi Ægyptii, cum de annis ſuis loquuntur, abeunt quam longiſſime à ſe invicem. Et tamen miror etiam hoc tempore non deeſſe quoſdam, qui iſtas Ægyptiacas antiquitates præ Moſaycis extollunt. Nempe nihil tam ſtultum eſt quod non libenter velint defendere quidam, dummodo principum auribus blandiantur.

22. *Quater curſus ſuos vertiſſe ſydera*] Atqui juxta opinionem Platonis & ipſorum etiam Ægyptiorum, ſidera non redeunt ad eundem ſitum, niſi quadraginta novem annorum millibus exactis. Neceſſe itaque fuiſſet ut jam tum temporis effluxiſſent centum & nonaginta ſex annorum millia, hoc enim eſt ſpatium quatuor annorum Platonicorum. Multo itaque majorem ſibi antiquitatem arrogare debuiſſent Ægyptii, vel ſaltem de tot annorum magnorum converſionibus tacere debuiſſent. Sed illam quam mox dedimus veriſſimam eſſe cauſam quod tantam ſibi attribuerint vetuſtatem Ægyptii, fuſius in ipſo Ægyptiorum Regum catalogo oſtendemus, quem aliquando ut ſpero, multo emendatiorem auctioremque in lucem dabo. Vel ex illo ipſo adparebit, quidquid AEgyptii eorumque admiratores jactent & contradicant, verum eſſe id quod Varro jam olim dixit; ab Iſide uſque ad ſua tempora, non niſi duo annorum millia effluxiſſe.

23. *Et Thebæ, uti quæ (ut Homero dictum eſt) centum portas*] Ita emendavimus. Thebas AEgyptias dicit eſſe clariſſimas, uti quæ teſte Homero &c. Nihil clarius.

24. *Dena armatorum millia effundere*] Primus Pintianus hunc locum ita conatus eſt corrigere *ducentos armatos milites effundere*, eamque emendationem valde probant viri eruditi. Nempe non recte intellexerunt verſus iſtos Homeri Iliad. IX.

ſydera, ac ſolem bis jam occidiſſe unde nunc oritur. Viginti millia urbium Amaſi regnante habitarunt, & nunc multas habitant. Earum clariſſimæ procul à mari, Sais, Memphis, Syene, Bubaſtis, Elephantis, [23] & Thebæ, uti quæ (ut Homero dictum eſt) centum portas, ſive (ut alii ajunt) centum aulas habent, totidem olim principum domos: ſolitaſque ſingulas, ubi negotium exegerat, [24] dena armatorum millia effundere. In littore Alexandria, Africæ contermina, Peτuſtatem Ægyptii, fuſius in ipſo Ægyptiorum Regum catalogo oſtendemus, quem aliquando ut ſpero, multo emendatiorem auctioremque in lucem dabo. Vel ex illo ipſo adparebit, quidquid AEgyptii eorumque admiratores jactent & contradicant, verum eſſe id quod Varro jam olim dixit; ab Iſide uſque ad ſua tempora, non niſi duo annorum millia effluxiſſe.

23. *Et Thebæ, uti quæ (ut Homero dictum eſt) centum portas*] Ita emendavimus. Thebas AEgyptias dicit eſſe clariſſimas, uti quæ teſte Homero &c. Nihil clarius.

24. *Dena armatorum millia effundere*] Primus Pintianus hunc locum ita conatus eſt corrigere *ducentos armatos milites effundere*, eamque emendationem valde probant viri eruditi. Nempe non recte intellexerunt verſus iſtos Homeri Iliad. IX.

-------- ἐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας ἔθι πολέεσσι δόμοις ἐν κτήματα κεῖται·
Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
Ἄνέρες ἐξοιχνοῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν.

Loquitur hic non de univerſa Thebanorum militia Homerus, ſed de ſolis aurigantibus & ἁρματοτρόφοις. Viginti enim curruum millia ex hac urbe ad bellum ſolita fuiſſe prodire affirmat Diodorus Siculus. Sed vero numerus militum is omnem videtur fidem ſuperare. Nam ſi ex una quaque porta dena armatorum millia ad bellum proficiſcerentur, jam oportet, ut numerus militum fuerit decies centonum millium. Recte tamen ſeſe habere locum hunc Melæ, adparebit ex illuſtri loco vetuſtiſſimi cujuſ-

cujuſdam auctoris, cujus verba nobis ſervavit Scholiaſtes quidam ad nonum Homeri librum, ante aliquot annos in Germania editus. Is itaque hoc pacto de Thebis loquitur; Ἐν ταύτῃ δὲ ἦν πρότερον πὰ βασίλεια τῆς Αἰγύπτου, εἰς ἃ πολλὰς ἔφερον φόρους Λίβυες, Αἰγύπτιοι, Αἰθίοπες. Νῦν δὲ Διόσπολις ὀνομάζεται. Εἶχε δὲ κώμας μὲν πρισμυριάδας τριςχιλίας τριακοντα. Τὸ δὲ ὅλον εἶχεν ἑπτάρρυτος, ΡΨ', καὶ πύλας ἑκατὸν, ἀνδρῶν δὲ μυριάδας ψ'. Ταύτην ἐπεῖχεν ὁ βασιλεὺς Ὄσιρις. Ἐξ ἑκάστης δὲ πύλης ἐξεράπευον ὁπλίτας μὲν μυρίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους, ἁρματηλάτας δὲ ἑξακοσίους. Hæc verba unice confirmant hanc quam reddimus Melæ lectionem. Sed quis non obſtupeſcat tam portentoſo numero, aut credat in una urbe vel mille millia armatorum, vel ſeptuagies centena hominum millia claudi potuiſſe & comprehendi? Docet tamen id ipſum etiam Strabo qui eos centum myriadum exercitus habuiſſe ſcribit. Aliquanto pauciores refert Tacitus, is namque lib. 11. Thebas olim habitaſſe inquit ſeptingenta millia ætatis militaris. Nonnulli viri eruditi & hanc ſummam nimiam eſſe exiſtimant, ideoque ſeptuaginta millia pro ſeptingentis reponunt. Verum illos errare, ſatis indicat is quem adduximus locus. Sunt tamen & in hoc nonnulla, de quibus aliquis merito poſſit inquirere. Qui enim fieri potuit, ut hic centum equitum millia alerentur, cum tantum centum illic numerarit equilia Diodorus Siculus, quorum unumquodque ducentos caperet equos? Poſſit tamen hoc ita excuſari, ut nempe centum iſta equilia dicantur deſtinata fuiſſe equis tantum curulibus. Strabo ſuo tempore, cum minimæ eſſent Thebæ, in longitudine occupaſſe inquit octoginta ſtadia. Sed vero antequam Cambyſes urbem eam vaſtaret, tum longe maximam fuiſſe certum eſt. Euſtathius ad Dionyſium inquit eam tum extenſam fuiſſe ad quadringenta & viginti ſtadia. Porphyrius in optimis ſcholiis ad Iliada Homeri, aliquando à nobis in lucem edendis, nec non Stephanus Grammaticus ſimilia ſupra memoratis ex Catone citant, ac quadringentorum ſtadiorum faciunt longitudinem. Sed quomodo tanta potuit eſſe longitudo Thebarum, ſi mille tantum & ſeptingentas πρόσοψις comprehenderit? Iſte enim ἀριθμὸν numerus, commode contineri poteſt ambitu ducentorum & ſexaginta quatuor ſtadiorum. Videtur autem hæc urbs in longum fuiſſe porrecta ad ripas Nili, ac non multum poſſediſſe latitudinis. Sed vero omnia prius credam quam tantam incolarum copiam in ulla unquam fuiſſe urbe. Unum adferam unde quam maxime abſurdum id eſſe adparebit. Tradunt Diodorus Siculus & alii, Ægyptum cum maxime

Peluſium Arabiæ, [25] ipſas oras ſecant. Canopicum, Bolbiticum, Sebennyticum, Pathmeticum, [26] Mendeſium, Taniticum, Peluſiacum, Nili oſtia.

xime populo abundaret, habuiſſe in univerſum ſeptuagies centena hominum millia. Atqui ſi totidem quoque Thebis fuiſſent, jam oporteret cæteras Ægypti urbes vacuas fuiſſe habitatoribus. Hinc adparet quæcunque de Thebanis Ægyptiis eorumque potentia dicuntur, accipienda eſſe de toto Ægypto. Verum id eſſe, & univerſam Ægyptum Thebas olim fuiſſe vocatam luculentiſſimus teſtis eſt Herodotus, cujus verba ſunt lib. 11. ubi de Delta agit, πάλαι αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέοντο. Sed & Ariſtoteles Metereolog. 1. Τὸ δέλτα ἡ Αἴγυπτος Θῆβαι ἐκαλέσθησαν.

25. *Ipſas oras ſecat*] Sic reſcripſerunt, cum prius legeretur *ſecant*. Sed non intellexerunt mentem Pomponii. Ut itaque omnia plana fiant, reddenda eſt vetus lectio; *In litore Alexandria, Africæ contermina, Peluſium Arabiæ, ipſas oras ſecant.* Oras Africæ & Aſiæ ſecant Alexandria & Peluſium. Nihil clarius. Paſſim ſic loquitur, cum totas continentes *oras* vocat. Ut autem alibi fere ſemper, ita etiam hic Herodotum ſequitur, cum Delta neque Aſiæ, neque Africæ partem eſſe ait, ſed aliquid intermedium. Quatuor enim mundi partes Herodotus conſtituit, Europam, Aſiam, Africam, & Delta.

26. *Mendeſium, Pathmiticum, Taniticum*] Et hic quoque peccarunt in ordine, contra fidem Veterum librorum in quibus Pathmeticum recte præcedit. Verum pro Taniticovel Tanico aliud ſubſtituendum videtur. Vaticanus & alii legunt *Captatiſcum*: optimus vero noſter codex habet *Caplatiſtum*. An κραβάτωλουν ſcripſit Mela? A facili appulſu poſſit videri dictum hoc oſtium. Interim nullum relinquitur dubium, quin idem fuerit, atque Taniticum, quamvis non ignorem etiam alia fuiſſe Nili oſtia, præterilla, quæ vulgo à Geographis referuntur. Duo aut tria aliis ignota oſtendimus in notis ad Ptolemæum; verum, neque illæ nunc ſunt ad manum, neque iſta unde tunc ea depromſimus. Salmaſius ad Solinum ubi de Nilo agit aliquod etiam recenſet Nili oſtium, quod μεγάλου πόρμου ipſe vocat. Quin etiam Ptolemæum hujus nominis auctorem citat. Ego tamen neque in Ptolemæo, neque in ulla Grammatica reperiri puto hoc vocabulum. Μεγάλαι πόταμοὶ & μεγάλων ποταμῶν meminit Ptolemæus. Sed vero alterum iſtud ignotum & inauditum & Ptolemæo & omnibus qui Græce norunt. Et tamen ſæpius illic occurrit πόρμος iſte

μεσ-

μεγάλῳ, ne quis typographorum vitio factum esse existimet. Paulo post de iisdem loquens Nili ostiis, ut ostendat quare & illa, & aliorum fluminum ostia, crines ab AEthico vocentur, ait, crines non significare capillos proprie, sed capillorum nodos, quas *tressas* vel *treccias* vulgo vocant. Itaque apud Festum legi, *matronas sex crinibus ornari solitas*, quod ipse interpretatur, *de sex crinium plectis*. Sed valde fallitur. Apud Festum legitur *senis crinibus*. Jam vero quis dubitare possit, quin ita scribendus sit locus ille; *Sine crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetustissimus fuit. Quidam quod ita Vestales virgines ornentur.* Quod de Vestalibus addit, id ipsum ostendit locum non posse aliter concipi. Nam quis nescit Vestales tonderi solitas, aut cui ignota lotos capillata ad quam earum capilli deferebantur cum à Pontifice consecrarentur, uti est apud Plinium lib. XVI. cap. XLIV. Jam vero etiam alias virgines pridie quam nuberent, capillos suos consecrasse, licet obvia passim sint exempla, sufficiet vel hic solus Hesychii locus. Γάμων ἔθη, τὰ περὶ τελεια, καὶ ἀπαρχαὶ, καὶ τριχῶν ἀφαιρέσεις τῇ θεῷ περὶ μιᾶς τῶν γάμων ἡ παρθένος. Verum & aliunde interpretationem istam adstruere conatur, nempe isto Martialis versiculo ex lib. XII. epigr. XXXII.

Portabat uxor rusa crinibus septem.

Sed vero si quis totum istud legat epigramma, fatebitur nihil posse magis alienum à mente Martialis excogitari. Describit in hoc loco Vacerræ mendici familiam, aitque se visa conjuge, matre, & sorore illius, furias esse putasse, *nocte ditis emersas*. Aliquisne hic ornatui locus esse possit? Sed sane quid verbis opus, nihil certius quam simpliciter esse accipienda hæc Martialis verba. Ipse similiter alio loco de Vetustina;

Cum tibi trecenti consules Vetustina,
Et tres capilli, quatuorque sint dentes.

Verum hæc obiter. Redeamus ad Melam, & relicta AEgypto, videamus ecquid observatione dignum in sequentibus occurrat.

CAP.

CAP. X.

ARABIA.

ARabia hinc ad Rubrum mare pertinet, sed illic magis læta & ditior, thure atque odoribus abundat: hîc, [1] nisi quà Casio monte attollitur, plana & sterilis. [2] Portum admittit Azotum suarum mercium emporium: quà in altum abit, adeo edita, ut ex summo vertice à quarta vigilia ortum solis ostendat.

L CAP.

[1] *Nisi qua Casio monte attollitur plana & sterilis*] Nihil in his verbis quod male sese habeat, aut quod obscurum sit. Arabia felix, quæ ad mare Rubrum pertinet, thure & odoribus abundat; hæc vero Petræa, quæ pertinet ad mare internum, sterilis & plana utpote arenis obducta, præcipue ubi Ægyptum contingit, & solo monte Casio attollitur. Verum istud potissimum doctis viris displicuit, quod Ægyptio Casio vel Arabico tribuerit, id quod alii tribuunt Antiocheno. Itaque Pintianus verba sequentia ad caput XII. rejicienda esse censebat. Verum non recte, cum alios autores secutus sit Pomponius, qui hoc idem de isto prodiderint Casio. Sane Lucanus de Ægyptio loquitur, cum ait lib. X.

Lucifer à Casia prospexit rupe, diemque
Misit in Ægyptum primo quoque sole calentem.

Idem tamen Lucanus lib. VIII. miraculum hoc Antiocheno videtur tribuere Casio;

Nec tenuit Casium nocturno lumine montem.

Multi è veteribus videntur duos hos montes confudisse. Utrumque templo Jovis illustrem fuisse scribunt. Verum is, de quo nunc agimus, non admodum sublimis fuisse videtur. Strabo vocat λόφον ἠνιόδη. Nolim tamen exinde argumentum duci, cum maximos etiam montes λόφους aliquando vocent Græci. Illustrationem vero solis à quarta vigilia aliis quoque montibus in hac ipsa Arabia tribuunt nonnulli. Vide quæ inferius hac de re dicemus.

[2] *Por-*

2. *Portum admittit Azotum*] Ordo litorum requirebat ut Gaza & Aſcalon præcederent. Verum quia Azotus aliquamdiu Arabum fuit emporium, ideo eam hic nominat.

CAP. XI.

SYRIA.

SYria latè littora tenet, terraſque etiam latius introrſus, aliis aliiſque nuncupata nominibus. Nam & Cœle dicitur, & Meſopotamia, & Damaſcene, & Adiabene, & [1] Babylonia, & Judæa, & Sophene. Hinc Palæſtina eſt, quà tangit Arabas: [2] tum Phœnice, & ubi ſe Ciliciæ committit, Antiochia. Olim, ac diu potens: ſed cum eam regno Semiramis tenuit, longè potentiſſima. Operibus certè ejus, inſignia multa ſunt: duo

1 *Babylonia, & Judæa, & Sophene*] Omnes veteres libri legunt *Colophone*, non Sophene. *Cholobetene* locum hic videtur habere non poſſe, nam & Plinius qui Melam ſecutus eſt, inter provincias Syriæ Sophenen quoque recenſet. Manuſcripti tamen Pliniani legunt illic *Sophoene*; ut exiſtimem & apud hunc noſtrum, & apud Plinium reponendum eſſe *Sophonene*. Σωφηνὴ & Σωφανίνη & Σοφονίνη eadem eſt, docente id Stephano Grammatico, & Procopio multis locis.

2. *Tum Phœnice, & ubi ſe Ciliciæ committit Antiochia*] Syria Antiochia rectè dicitur pro Antiochena. In ſequenti capite denuo hujus meminit, ubi eam extendit uſque ad Ciliciam, uti quoque facit Strabo, qui Pagras Antiochenæ ſive τὴν Ἀντιοχίδα oppidum eſſe ſcribit. Locum vero iſtum, & Strabo, & Ptolemæus ad

duo maximè excellunt: conſtituta urbs miræ magnitudinis Babylon, ac ſiccis olim regionibus Euphrates & Tigris immiſſi. Cæterum in Palæſtina eſt ingens & munita admodum Gaza (ſic Perſæ ærarium vocant) & inde nomen eſt, quod cum Cambyſes armis Ægyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam intulerat. Eſt non minor Aſcalo. [3] Eſt Ioppe, ante diluvium (ut ferunt) condita: ubi

ad portas Amanidas collocant. Plinio vero in vulgatis libris hæc Syria non Antiochia, ſed Antiochena nominatur. Verum aliter libri veteres, in quibus paſſim *Antiochia Syria* appellatur, etiam libro primo. Hæc cum ita ſint, tamen doctiſſimus Salmaſius in commentariis ſuis ad Solinum, in quibus ſæpe locum hunc retractat, tandem concludit immenſum hunc eſſe Melæ errorem, quod cum legiſſet Ἀντιόχειαν Συρίαν, quæ Antiochia eſt cognomento Syria, ille contra putarit Syriæ partem quandam cognominatam fuiſſe Antiochiam. Sed profecto ipſe graviſſime erat, non Mela vel Plinius. Quam enim abſurdum fuerit, ut ab illis quatuor urbibus quas in hac Syria condidit Seleucus Nicator, dictæ ſint regiones, Apamena, Seleucis, & Laodicena, ſola vero Antiochia, quæ erat metropolis omnium, nullam ſibi habuerit ſubditam regionem. Argumenta vero quæ adfert Salmaſius ut hoc evincat, plane contra ipſum faciunt. Nam quod inquit hanc Antiochiam Syriam eſſe cognominatam ad diſtinctionem aliarum, id plane ab omni ratione eſt alienum, cum in Syria plures ſint Antiochiæ. Jam vero quare utitur exemplo Καισαρείας Καππαδοκίας quando pro urbe accipitur, & non potius Μαζακηνίας Καισαρείας quando pro regione accipitur? Imo vel ipſa Καππαδοκία Καισάρεια aliquando accipitur pro altera Cappadociæ parte. Sed profecto quid verbis opus eſt, cum Strabo Ἀντιοχίδος regionis non ſemel meminerit, urbeſque in ea ſitas commemoret.

3. *Eſt Iope ante diluvium, ut ferunt, condita*] Ita libri veteres. Utrumque enim rectum Ἰόπη & Ἰόππη. Hinc toparchia Iopica apud Plinium. Putabant quippe Græci nomen accepiſſe id oppidum ab Iope Æoli filia. Quod

Cephea regnasse eo signo accolæ affirmant, quod titulum ejus, fratrisque Phinei, veteres quædam aræ cum religione plurima retinent. Quinetiam rei celebratæ carminibus ac fabulis, servatæque à Perseo Andromedæ, clarum vestigium, belluæ marinæ ossa immania ostentant.

Quod autem hic inquit Mela ostentari in ea ossa marinæ belluæ cui objecta fuit Andromeda, in eo secutus est Græcos, qui id ipsum scripserant, antequam ea Romam transferrentur à M. Scauro. Ita passim solet Mela, dum auctores suos nimium diligenter sequitur, sæpe de rebus quæ olim fuere, tanquam etiamnum præsentibus loquitur. De veteribus autem aris nemo quod sciam alius, tantum vinculorum Andromedæ vestigia reperiri ait Plinius; *Insidet collem præjacente saxo, in quo vinculorum Andromedæ vestigia ostendit.* Attamen idem Plinius eodem libro cap. XXXI. Andromedam objectam inquit fuisse huic belluæ in insula Paria, quæ ante Ioppen sita sit. Sed vero Josephus affirmat in ipso littore signa catenarum Andromedæ ostendi, non in opposita insula. Vide quæ infra de Paria sumus dicturi. Ab hoc autem ceto *Dea Ceto* Plinio, quæ eadem est atque ἡ Σιτὼ Philonis Herennii. Dagon nempe Syrorum numen & à pisce, & à frumento nomen traxisse possit videri. Eadem est ergo ἡ Κητὼ & ἡ Σιτὼ. Attamen existimo Bybliensem hunc Grammaticum non recte vertisse locum istum Sanchuniathonis, cum prior interpretatio longe sit verior, utpote quam alii etiam confirment auctores.

CAP.

CAP. XII.

PHOENICIA.

PHœnicen illustravêre Phœnices, solers hominum genus, & ad belli pacisque munia eximium. [1] Literas & literarum operas, aliasque etiam artes, maria navibus adire, classe confligere, imperitare gentibus, reg-

[1] *Literas & literarum operas*] Et hunc quoque locum mutare conatus est Pintianus, sed profecto errat. Literas enim hic vocat Arithmeticam, & scientias mathematicas quæ numerorum beneficio indigent. Sic quoque Cicero lib. II. de Divinatione; *Eadem in literis ratio est, reliquisque rebus, quarum est disciplina.* Manifeste hic literæ ponuntur pro numeris. Sic etiam hoc vocabulum accipiendum apud Terentium Eunucho; *Fac periculum in literis, fac in palæstra, in musicis.* Sed & Capitolinus de Pertinace; *Puer literis elementariis & calculo imbutus.* Male hæc interpretantur viri docti de Grammatistica, nam quid opus fuisset monere Pertinacem didicisse legere. Per literas omnino intellige hoc loco elementa matheseos, quæ στοιχεῖα vocant Græci. Epigramma vetus;

Indoctus teneram suscepit calculo pubem,
Quam cogat primas discere literulas.

Manifeste literæ hic pro numeris accipiuntur, quemadmodum sæpe quoque alias. Notum enim apud omnes gentes ante quam cifræ quas vocamus essent repertæ, literas pro numeris in usu fuisse. Nec tamen adeo recens est cifrarum usus, atque plerique existimant. Illæ ipsæ notæ quibus nunc utimur, exstant quoque in notis Senecæ & Tyronis, multo vero clarius apud Boethium in elementis Geometricis, ubi Pythagoricis inventionem earum tribuit. Verum ut id non sit, neutiquam tamen dubitandum, quin antiquissimis etiam Græcis & Romanis cognitæ fuerint, ac ab iis præcipue usurpatæ, qui compendiarum scribendi genus sectabantur. Hinc adparet toto cœlo errare illos, qui ab Indis aut Arabibus notulas has fluxisse existimant. Nullum Arabum monumentum literarium

regnum præliumque commenti. In ea eſt [2] Tyros, aliquando inſula, nunc annexa terris deficit. Ab impugnante quondam Alexandro jacta opera. [3] Vici tenent ulteriora: & adhuc opulenta Sidon, antequam à Perſis capere-

rium exſtat, quod vel Boethii ætatem æquet, ne dicam Senecæ & Tyronis. Manifeſtum eſt itaque Arabes ſigna iſta numeralia à Græcis hauſiſſe, Indos vero ab Arabibus. Huc accedit quod forma cifrarum in libris Arabum & Indorum plane conveniat, cum illa, quæ in antiquiſſimis Græcorum Latinorumque monumentis comparet. Verum hæc obiter, plura dicturi in diſſertatione de literis & vera pronuntiatione linguæ Græcæ. Ut vero ad Melam redeamus, recte illorum commentum eſſe dicit literas ſive numeros. Phœnicum enim inventum eſſe Arithmeticam & Aſtronomiam teſtantur cum innumeri alii, tum præcipue Strabo, & hanc quidem ex Logiſtica, alteram vero ἐκ τῶν νυκτοφυλοίων initium ſuum habuiſſe ait. Vide illum lib. XVI. Statim poſtea idem Pintianus delenda cenſet iſta verba, *regnum prælumque commenti*. Abſque iis tamen manca eſt oratio. Sane minus laborandum eſt in emendando hoc auctore, abſtergendiſque iis maculis, quas veteres induxere librarii, quam in indicandis & expurgandis pravis lectionibus, quas eruditi hujus ſeculi obtrudere voluerunt.

2. *Tyros aliquando inſula*] In antiquiſſimo codice ita hic locus concipitur, *Tyros aliquando inſula, nunc annexa terris deficit. Quondam ab impugnante quondam Alexandro jacta opera.* Si repetitum iſtud auferas adverbium, habebis veram lectionem. Recte vero addit *deficit*, quia poſtquam ab Alexandro hæc urbs continenti juncta fuit, prorſus fatiſcere & deficere cœpit, & ſola tantum floruit purpuræ tinctura. Itaque Plinius de hac ait; *nunc omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura conſtat*. Mirum tamen quod Strabo dicit libro poſtremo, urbem hanc, licet tam graviter ab Alexandro afflicta fuerit, tamen ſeſe recollegiſſe, melioremque factam eſſe hac calamitate. Idem quoque videtur innuere Seneca Natural. quæſtionum VI. *Tyros aliquando infamis ruinis fuit*, Aliter itaque accipiendus eſt forſan hic locus Pomponii, *nunc annexa terris deficit*. Sic nempe, ut ſubintelligatur, *deficit eſſe inſula*. Priorem tamen interpretationem veriorem eſſe exiſtimo.

3. *Vici tenent ulteriora, & adhuc opulenta Sidon*] Tyros deficit, ſed adhuc opulenta eſt, inquit, Sidon. Vici vero & oppidula multa

caperetur, maritimarum urbium maxima. [4] Ab ea ad promuntorium Euproſopon duo ſunt oppida, Byblos & Botrys. Ultra tria fuerunt ſingulis inter ſe ſtadiis diſtantia; locus ex numero Tripolis dicitur. Tum Simyra caſtellum, & urbs non obſcura Marathos. Inde jam non obliqua pelago, [5] ſed adverſa adjacens Aſia, grandem ſinum inflexo tractu littoris accipit. Populi dites circumſident; ſitus efficit: quia regio fertilis, crebris & navigabilibus alveis fluminum pervia, diverſas opes maris atque terrarum facili commercio permutat ac miſcet. In eo prima eſt reliqua pars Syriæ, cui Antiochiæ cognomen additur. Et in ora ejus urbes, Seleucia, Paltos,

multa interjecta ſunt inter Tyron & Sidonem, quæ recenſent Scylax Caryandenſis & Plinius. Male itaque hæc verba delenda eſſe cenſet Pintianus.

4. *Ab ea ad Promuntorium Euproſopon*] Ita forſan vocavit Mela promuntorium quod Scylax, Strabo & Ptolemæus Θεοῦ πρόσωπον appellant. Εὐπρόσωπον ſane eſt in omnibus veteribus libris quos vidi. Videtur autem à forma ei id nominis fuiſſe impoſitum. Offendit hæc appellatio aures Chriſtianorum ſequioris ævi, itaque non Θεοπρόσωπον ſed Λιθοπρόσωπον illud appellant. Arabes vocant *Anf-alhagiar*, quod naſum lapideum interpretantur. Sed Arabes omnia promuntoria vocant *naſos*. Anno XXIV. Juſtiniani Imperatoris promuntorium hoc terræmotu avulſum in mare decidit. Caſus tamen hic profuit Botryenis. Quippe mons is adeo feliciter cecidit, ut portum illis lapſu ſuo formarit, quo antea carebant. Narrant id cum alii, tum Theophanes, in Chronico ad prædictum Juſtiniani annum, quamvis apud illum Botryi inepte in Boſtram mutarint.

5. *Sed adverſa adjacens à terra grandem ſinum* &c] Quicunque

tos, [6] Berytos, Laodicea, [7] Rhoſos; amneſque inter eas eunt [8] Lycos & Paltos, & Orontes. Tum mons Amanus, & ab eo ſtatim, Myriandros & Cilices.

que fuit architectus hujus lectionis, peſſime ille de Pomponio meritus eſt. Omnes libri legunt, *ſed adverſa adjacens Aſia, grandem ſinum inflexo tractu litoris accipit*. Nihil verius & manifeſtius hac lectione.

6. *Berytus, Laodicea, Arados*] Jam ſupra ante Byblum & Botryn recenſere Beryton debuerat. Scio quidem Pomponium non ordinem ſemper ſitus obſervare, ſed opulentiores urbes ſæpe ſolere præmittere, verum id hic locum non habet. Si enim Syriæ Antiochenæ initium ſtatuamus Paltum oppidum, uti Pomponius, ſive Eleutherum amnem uti alii, jam Berytus non poteſt accenſeri urbibus Antiochenæ Syriæ. Tamen vix mihi perſuadere poſſum erraſſe hic Melam, aut ſaltem erraſſe ſine auctore. Non librariorum vitio vocabulum id additum eſſe ex eo adparet, quod Lycum quoque amnem huic Syriæ tribuat, qui à Beryto non longe admodum abeſt. Quapropter arbitror Berytum Antiochidi fuiſſe attributam, licet extra Antiochidem eſſet ſita. Neque id magis mirum videri debet, quam quod Ptolemæus Seleuciam collocet extra Seleucidem.

7. *Arados*] Fruſtra hic Arados recenſetur, cum eam infra deſcribat, & inter inſulas maris mediterranei nominet. Libri veteres legunt, *Laodicea, Aroſos*. Omnino ſcribendum eſt *Rhoſos*.

8. *Lycos & Labotas & Orontes*] Ita Pintianus repoſuit cum prius legeretur *Hypatos*. Meminit quidem Strabo libro poſtremo Arceuthi & Labotæ amnium qui fluunt ſupra Antiochiam, ſed non videntur iſti amnes in hunc Iſſicum ſinum exire, ſed vel in ipſum fluere Orontem, vel, quod magis arbitror, in Euphratem. Aliud itaque quærendum. Veteres libri legunt, *Hipatos*. Verum & paulo ſuperius ubi *Paltos* legitur, *Hipatos* ſimiliter habent omnes manu exarati codices. Dico utrobique legendum eſſe *Paltos*, & fuiſſe fluvium urbi cognominem. Meminit hujus fluminis Simonides apud Strabonem lib. xv. in loco ita legendo; Ταφῆναι δὲ λέγεται Μέμνων ἐπὶ Πάλτου τοῦ Συρίας ὑπὸ Βάλδου πόλεως, ἃς ἔτευξε Σιμωνίδης ἐν Μέμνονι διθυραμβῳ τῶν Δαλιακῶν. Non audiendi ſunt qui locum hunc Strabonis corrigere conantur. Πάλτος & Βάλδος utrumque rectum eſt. Neque id tantum habet locum in fluminis, verum etiam in ipſius urbis appellatione. Stephanus; Βάλδος πόλις Φοινίκης. ὁ πολίτης Βαλδαῖος.

CAP.

CAP. XIII.

CILICIA.

AT in receſſu intimo locus eſt magni aliquando diſcriminis, fuſorum ab Alexandro Perſarum fugientiſque Darii ſpectator ac teſtis. [1] Nunc ne minimè quidem, tunc ingenti urbe celebris Iſſo fuit, & hac re ſinus Iſſicus dicitur. [2] Procul inde Ammodes promuntorium inter Pyramum Cyd-

M

1 *Nunc ne minima quidem, tunc ingenti urbe celebris*] Πολίχνιον vocat Strabo. Extitiſſe quoque Ciceronis ſeculo apparet ex ejus epiſtolis; ait enim in illis alicubi; *Imperator vocatus ſum apud Iſſum*. Legunt itaque viri docti, *nunc minima quidem* &c. Sed hoc pacto ſermo erit vitioſus. Vera eſt lectio veterum exemplarium; *Nunc ne minime quidem; tunc ingenti urbe celebris Iſſo fuit*.

2. *Procul inde Amanoides promuntorium*] Hæc eſt Hermolai Barbari conjectura, cum prius legeretur *Aminodes*. Multis tamen de cauſis non poſſum hanc lectionem probare, cum nulla prorſus ratio fingi poſſit quamobrem promuntorium aliquod Amano magis ſimile eſſe dicatur, quam alteri monti. Præterea mons iſte non eſt Amano ſimilis, ſed Amanus ipſe. Amanus enim vocatur ea etiam Tauri pars, quæ Ciliciam à Cataonia dirimit. Duobus vero diverſis jugis in mare excurrit, totumque ſinum Iſſicum amplectitur, ut inquit Strabo. Altero quidem jugo Syrias & Amanidas portas efficit, alio vero Ciliciasportas, & hoc, cujus hic Mela meminit, promuntorium. Sed uſus obtinuit ut ſolæ illæ portæ quæ Syriis portis vicinæ ſunt & Iſſo urbi, dicantur Amanides, cum tamen quatuor Amani portas veteres recenſeant. Itaque non Amanoides, ſed vel Amani, vel Amanidum iſtud promuntorium appellaſſet Mela. Sed profecto, id quod ſemper fere, id ipſum quoque hic locum habere puto, ut lectio veterum librorum, aut ſaltem quæ ei proxima eſt, eadem quoque ſit veriſſima. Legen-

Cydnumque fluvios jacet. [3] Pyramus Isso prior Mallon præterfluit. Cydnus ultra per Tarsum exit. Deinde urbs est [4] olim à Rhodiis Argivisque, [5] post piratis Pompeio assignante possessa: nunc Pompeiopolis, tunc Solœ. Juxta in parvo tumulo [6] Arati poëtæ mo-

gendum enim *Ammodes*. Ἄκρον Ἀμμώδες Græci vocarunt, cujus nominis promuntoria etiam alibi terrarum occurrunt.

3. *Pyramus Isso propior Mallon præterfluit*] Ita quidem Pintianus & alii cum vulgo *prior* legeretur non *propior*; nihil tamen mutandum erat. Isso enim euntibus Pyramus fluvius prior occurrit, deinceps Cydnus. *Prior* vero pro *propiore*, & *primus* pro *proximo*, sæpe apud præcipuos etiam linguæ Latinæ auctores. Exempla multa congessere eruditi.

4. *Olim à Rhodiis Argivisque*] Putant viri eruditi *Achivisque* legendum esse non *Argivisque*. Ita enim Strabo, μετὰ δὲ Λάτμον Σόλοι πόλις ἀξιόλογος τῆς ἄλλης Κιλικίας ὄρχατος ἐπὶ τῷ Ἰσσῷ, Ἀχαιῶν καὶ Ῥοδίων κλίσμα τῶν ἐκ Λίνδου. Stephanus quoque Cilices prius Achæos dictos fuisse ait ex Herodoto; verum aliter ipse Herodotus, cujus verba hæc sunt lib. VII. Οὗτοι μὲν τὸ παλαιὸν Ὑπαχαιοὶ ἐκαλέοντο. ἐπὶ δὲ Κίλικος τοῦ Ἀγήνορος ἐὼν ἀνδρὸς Φοινίκου ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην. Stephanus non recte Ὑπαχαιὲς in Ἀχαιὲς mutavit. Quo enim modo Ὑποχαλκὶς & Ὑποθῆβαι, eodem etiam Ὑπαχαιοὶ vocantur. Sed vero in Mela nihil mutandum esse, vel unus hic testabitur Livii locus libro XXXVII. *Pro his cum gratias egissent Rhodii, de Solis urbe, quæ in Cilicia est, egerunt. Argis & illos, sicut sese, oriundos esse: ab ea germanitate fraternam sibi cum iis caritatem esse.* Nec tamen diversa est horum inter sese opinio, nam & Argivi aliquando Ἀχαιοὶ vocantur. Hinc Homero Ἀργεῖ Ἀχαιΐνῃ.

5. *Post piratis Pompejo adsignante possessa*] Ita alii reposuerunt, cum tamen in omnibus quæ comparent exemplaribus antiquis, scriptum sit *pro piratis*. Videtur legendum; *porro piratis Pompejo adsignante possessa. Porro* hic est adverbium temporis uti sæpe alias.

6. *Arati poëtæ monumentum*] Hoc miraculum nemo quod sciam

monumentum, ideo referendum, quia ignotum, quam ob causam jacta in id saxa dissiliunt. Non longè hinc Corycos oppidum, portu saloque incingitur, angusto tergore continenti adnexum. [7] Supra specus est, no-

am alius prodidit. In vita tamen Arati inedita Solis sepultus esse traditur. Hinc forsan factum, ut Solensis creditus sit, nisi potius hoc contingit quia Solis habitarit. Asclepiades sane Myrleanus in vita Arati, negat illum fuisse Solensem, sed Tarsensem fuisse dicit. Solenses certe videntur ipsum sibi vindicasse. Quippe qui apud Goltzium exstant Pompejopolitarum nummi, illi de Solensibus sunt accipiendi, & proculdubio est Arati hujus effigies, quæ in illis comparet, nisi potius Chrysippi Philosophi esse existimemus. Callimachus quoque ipsum Solensem vocat in epigrammate, quod hic emendatum adscribam.

Ἡσιόδε τί δ' ἄεισμα κατὰ σοῦ τρόπον ἕστω ἀοιδῆ
Ἐχθρὸν, ἀλλ' ἄχα σοὶ μὴ τὸ μελιχρόαον
Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμόξαθε. χαίρετε λεπταὶ
Ῥῆσιες Ἀρήτου σύγγονοι ἀγρυπνίης.

Carmen illud scriptum est non in Aratum, sed in Hesiodum, cujus αἰσχρὴ βίβλος hic laudatur. Dicit vero Callimachus, difficilia illa, minimeque florida, quæ Hesiodus omisisset, Aratum perfecisse, ideoque jubet valere tetricas istas & injucundas vigilias. Proxime vero accedit hæc nostra correctio ad vulgatam lectionem, verissimumque & elegantissimum exhibet sensum. Sed vero illa Salmasii in commentariis ad Solinum, neque elegans est, neque intellectu facilis. Græcum præterea non est μελιχρόαον. Errat etiam cum Ἀρήτου scribendum esse dicit versus gratia, non Ἀρήτου. Leonidas Tarentinus in epigrammate & ipse quoque syllabam istam producit, Γεώμμα τό δ' Ἀρήϊον δεμνιογρᾶφον.

7. *Supra specus est nomine Corycius*] *Supra* quomodo passim à Mela & aliis Geographis accipiatur, jam alibi ostendimus. Pulchra vero & facilis ac luce meridiana clarior est hæc Corycii antri descriptio; meram tamen huic noctem suffundere conatus est vir doctus prolixa admodum digressione ad Solinum. Nam dum efficere cupit ut Strabo & Mela idem

idem dixerint, id facit, ut quam longissime à se invicem recedant. Ait Melam ex Strabone vertisse hanc descriptionem. Sed vero si non aliunde quam ex Strabone eam hauserit Mela, magnum eum impostorem fuisse oportet, cum tot de suo adtexuerit. Absit ut ita de diligentissimo auctore sentiamus, quo nemo Latinorum accuratius de geographia scripsit. Strabonis libros eum non legisse, & forsan ne vidisse quidem, multis satis conjecturis ostendi posse arbitror. Jam quod ait, Melam confundere specum Corycium cum monte Coryco, quis hoc credat? Si specus iste non sit in ipso Coryco, in quo ergo est monte? Quod autem Strabo inquit antrum illud abesse à mari viginti stadiis, id tantum abest ut contrarium sit Melæ, ut potius mirifice sententiam ejus confirmet. Ait namque Mela montem illum habere ad mare clivum decem stadiorum satis arduum. Ab altero vero latere, qua terras spectat, descensum mille & quingentorum passuum. Habes hic viginti duo stadia ad mediam vallem. Quomodo igitur fieri potest quod doctissimus Solini interpres passim repetit, specum istum longe ultra montem & magis in mediterraneis situm fuisse? Altera ratio quam mox subdit multo etiamnum est infirmior. Nam quid clarius sequentibus istis Melæ verbis, cum dicit, in secundo specu amnem oriri, qui tantummodo se ostendit, & ubi magnum impetum brevi alveo traxit, iterum demersum abscondi. Ipsum nempe montem subit amnis hic occulto cuniculo, ut inquit Strabo, & hoc pacto in mare egeritur. Adhæc autem alter; *Hoc non posse fieri è monte in mare prominente. Nam Corycum montem esse, ἄκρον esse, promuntorium scilicet vel prominentiam mari incumbentem.* Verum & ex hoc, & ex innumeris aliis locis satis aliquis possit colligere, non recte eum accipere vocem promuntorii. Putat quippe omnia promuntoria esse montes mari incumbentes. Atqui hoc longe aliter sese habet. Multa enim passim sunt promuntoria, ubi tamen nulli sunt montes, nedum qui mari incumbant: multi vero montes mari incumbunt, ubi tamen nulla sunt promuntoria. Litorum enim, non montium prominentiæ efficiunt promuntoria. Verum & sequens illum fallit ratio, cum putat ὀφρυῶ πεταῳώδη ἰσωνῶς ὑψηλὲι, ut est apud Strabonem, ita reddidisse Melam, *decem stadiorum clivo satis arduum.* Mela enim loquitur de clivo montis adsito mari: Strabo vero de ipsius antri lateribus, quibus in opposita montis parte specus ille utrinque præcingitur. Sed & illud quis mihi expedire possit, hunc montem Corycum juxta calculum Melæ, qui ei decem stadiorum clivum ab una parte, & ab altera duodecim stadiorum descensum tribuit, altiorem esse monte Pelio, cui tantum mille ducentorum & quinquaginta passuum sive decem stadiorum perpendiculum tribuit Dicæarchus? Juxta hunc doctissimi Salmasii calculum perpendiculum

mine Corycius, singulari ingenio, [8] ac supra
20 quam describi facile sit eximius. Grandi namque hiatu patens, montem littori appositum, [9] & decem stadiorum clivo satis arduum ex summo statim vertice aperit. Tunc altè demissus, & quantum demittitur amplior,
25 [10] viret lucis pendentibus undique, & totum se nemoroso laterum orbe complectitur: adeo mirificus ac pulcher, ut mentes accedentium primo aspectu consternat: [11] ubi con-

culum quarumdam Alpium erit quinquaginta fere millium passuum, quia tanto spatio clivi earum adsurgunt. Non video etiam quid sibi velit, cum inquit; *Clivum cum in rectum surgit, parum abesse à ratione perpendiculi.* An clivus potest vocari aliquid quod in rectum surgit? Sed & hoc miror, quod dicit, maximos esse montes qui clivum bis mille & quingentorum habent passuum. Inter majores certe Alpes (ut de aliis taceam) nullæ sunt quæ non decies, imo vicies aliquando, mensuram hanc impleant. Et sane nullus potest clivus dari qui ascensum patiatur, quin plus quam duplam habeat perpendiculi mensuram. Minus si obtineat, jam non recto tramite, sed per ambages & anfractus superatur, nec tamen ideo brevior est clivi adscensus. In loco quoque Dioscoridis emendando graviter impingit. Sed hunc errorem ipse postmodum agnoscit. Verum utinam totam hanc retractaret exercitationem vir doctissimus, neque enim aliquid in ea est, quod commodam admittat interpretationem.

8. *Ac supra quam ut describi facile possit eximius*] Meliores libri ita legunt; *Ac supra quam describi facile sit eximius*; atque ita procul dubio scripserat Mela.

9. *Et decem stadiorum clivo satis arduum*] Salmasius putat verisimile esse Melam ita scripsisse; *& viginti stadiorum clivo satis arduum.* Sed verissimam esse vulgatam lectionem, satis jam, ut opinor, superius ostendimus.

10. *Viret lucis pubentibus undique*] Meliores omnes codices legunt, *pendentibus*, non *pubentibus.* Sic quoque Solinus, & omnino ea est vera lectio.

11. *Ubi contemplati duravere, non satiet*] Hæc est lectio vulgata, quam confirmant Vaticanus, aliique optimi codices. Salmasius hoc loco scribendum esse existimat; *ubi contemplari duravere,*

non

templati duravêre, non ſatiet. Unus in eum deſcenſus eſt, anguſtus, aſper, [12] quingentorum & mille paſſuum, per amœnas umbras [13] & opaca ſylvæ quiddam agreſte reſonantis, rivis hinc atque illinc fluitantibus. Ubi ad ima perventum eſt, rurſus ſpecus alter aperitur ob alia dicendus. Terret ingredientes ſonitu cymbalorum divinitus & magno fragore crepitantium. Deinde aliquamdiu perſpicuus, mox & quò magis ſubitur obſcurior, [14] ducit auſos penitus, altèque quaſi cuniculo admittit. Ibi ingens amnis ingenti fron-

non *contemplati*. Addit etiam hanc Latinam & probam eſſe phraſin. Verum iſtud ego ne jurante quidem Priſciano crediderim. Illa vero quam reddidimus lectio Latina & proba. *Contemplati* enim pro *contemplantes*, ut infra *venerati* pro *venerantes*. Paſſim apud optimos auctores ſimiles occurrunt locutiones, quas colligere tædioſum.

12. *Quingentorum & mille paſſuum*] Solinus hoc loco legit, *quingentorum & bis mille paſſuum*; niſi forſan de ſuo addiderit mille iſtos paſſus, quo molliorem faceret deſcenſum.

13. *Et opaca ſylvæ quiddam agreſte reſonantis*] Hæc ex illis Strabonis verſa eſſe putat Salmaſius; Μεσὸν δὲ τῆς δρυμώδους ὕλης, αὐσηλεῖς τε καὶ ἠμέρους. Melam vero hic legiſſe ait, καὶ ἀνημέρους, quia vertit, *agreſte quiddam reſonantis*. Sed quid fructibus commune cum ſono? Strabo ait ſpecum Corycium plantis perpetuo virentibus, & mitibus refertum eſſe fructibus. Mela vero dicit, ſylvas aſperum & agreſtem edere ſonum; utpote quæ auris aquarum allabentium ſemper adſtrentur & horreſcant. Nulla ergo comparatio poteſt inſtitui vel hic, vel in ſequentibus verborum Strabonis & Melæ, cum diverſa de hoc ſpecu prodiderint uterque, non tamen contraria. Omnia fere quæ de ſpecu hoc narrat Strabo, habet etiam Mela; hic autem multa habet, quæ non leguntur apud Strabonem.

14. *Ducit auſos penitus*] Minuti quidam critici legunt hic *penitius*, quaſi vero & alterum non ſit rectum. Paulo poſt, legunt omnes antiquiores libri; *Ibi ingens amnis ingenti fronte ſe extollens*. Quod non mutandum videtur. *Ingenti fronte*, id eſt, lato ore, lata facie. Paſſim ſic loquitur auctor noſter.

fronte ſe extollens, tantummodo ſe oſtendit, & ubi magnum impetum brevi alveo traxit, iterum demerſus abſconditur. Intra ſpatium eſt, magis quam ut progredi quiſpiam auſit horribile, & ideo incognitum. Totus autem auguſtus & verè ſacer, habitarique à diis & dignus & creditus. Nihil non venerabile & quaſi cum aliquo numine ſe oſtentat. Alius ultra eſt, quem Typhoneum vocant, ore anguſto, & multum (ut experti tradidêre) preſſus, & ob id aſſidua nocte ſuffuſus, neque unquam perſpici facilis: ſed quia aliquando cubile Typhonis fuit, & quia nunc demiſſa in ſe confeſtim exanimat, natura fabuloque memorandus. Duo deinde promuntoria ſunt, Sarpedon, finis aliquando regni Sarpedonis: & quod Ciliciam à Pamphylia diſtinguit, Anemurium. Interque ea Celendris & Nagidos, Samiorum coloniæ: ſed Celendris Sarpedoni propior.

CAP.

CAP. XIV.

PAMPHYLIA.

IN Pamphylia eſt Melas, navigabilis fluvius, oppidum Sida, & alter fluvius Eurymedon. Magna apud eum Cimonis Athenienſium ducis adverſus Phœnicas & Perſas navalis pugna atque victoria fuit. Mare, quo pugnatum eſt, [1] ex edito admodum colle proſpectat Aſpendos: quam Argivi condiderant,

1 *EX edito admodum colle proſpectat Aſpendos*] Ita quoque Arrianus lib. 1. qui ait ἐν ὀχυρῷ καὶ ἀποτόμῳ ἄκρᾳ ſitam eſſe Aſpendum. Mire autem confuſa eſt apud Ptolemæum deſcriptio Pamphyliæ; is quippe Aſpendum collocat ad Cataracten fluvium & plus quadringentis à mari remotam ſtadiis, cum tamen ad Eurymedontem ſita fuerit, ad ſexageſimum à mari ſtadium. Sed locus iſte Ptolemæi valde luxatus eſt, quippe non hoc tantum oppidum, ſed & Eurymedon fluvius, & Ceſtros, & Cataractes; multa inſuper oppida à vero ſuo ſitu deturbata ſunt. Nos omnia ea integritati ſuæ reſtituimus ope veterum codicum, uti fuſe ad ipſum oſtendemus Ptolemæum. Fallitur Cl. Salmaſius, quum exiſtimat, Ruſum Feſtum Avienum in verſione Dionyſii omiſiſſe Aſpendum & ſubſtituiſſe Sidam, quia hanc ad Eurymedontem collocat Ptolemæus, alteram vero ad Cataracten flumen. Nam neque verum eſt, ut diximus, Ptolemæum collocaſſe Aſpendum ad Cataracten, vel Siden ad Eurymedontem. Sed neque iſtud verum Ruſum Feſtum meminiſſe Sides; ita enim ſupplendus & legendus eſt ejus locus ex veteri libro;

---- *Prope celſam ſurgit in arcem*
Piſcoſi Aſpendum flumen ſecus Eurymedontis.
Sus ubi deformis calidis adoletur in aris
Sæpe Dioneæ Veneri.

Ex duobus interjacentibus verſibus librarii unum fecerant hoc modo,

Pri-

rant, poſſedere finitimi. Deinde alii [2] duo validiſſimi fluvii, Ceſtros & Cataractes. [10] Ceſtros navigari facilis: hîc quia ſe præcipitat, ita dictus. Inter eos Perga eſt oppidum, [3] & Dianæ, quam ab oppido Pergæam vocant,

N cant,

Priſcas ideæ fomes calidis adoletur in aris.

2. *Duo validiſſimi fluvii, Ceſtros & Cataractes*] Ceſtrum dictum eſſe putant quia ſe præcipitat. Movit hoc nonnullos ut hic Oeſtrum pro Ceſtro reponerent, prorſus ineptè. Κέστρον plerique hunc amnem vocant. Fugit vero illos hoc vocabulum etiam ſagittam & jaculum ſignificare; Potuiſſent hoc illos docere Grammatici, qui Κέστρον interpretantur, ἀκόντισμα. Hinc κεστροφενδόνη apud Livium & tacticos, & ξύλον κεστρωτὸν, proſude præuſta, quam πυρίκαυστον aliter appellant. Heſychius; Κεστρωτὸν ξύλον, βαρὺ ἔχον τὸ κέντρον, οὐκ ἔχει δὲ σίδηρον ἐπὶ ἀκμωνῆ. Εἰώθασι δὲ οἱ βοτῆρες πυρῶν τὰ ἄκρα τῶν ὠῶν ξύλων. ἔνεκα δ' ἁπαλῶς, πυρίκαυστον. Ita legendus iſte locus. Perperam illum emendare conatur vir magnus in Solinianis. At vero longe aliter accipiendus hic Pomponii locus. Cum enim dicit; *hic quia ſe præcipitat, ita dictus*, id non de Ceſtro, ſed de Catarracte intelligi debet. Quid ſit καταφέρεσθαι notum eſt. Non ad aquarum tantum lapſum tranſlatum hoc vocabulum, verum etiam ad lari quoddam genus, quem itidem catarracten appellant. Cauſam nominis reddit Dionyſius Characenus in Ixeuticis, aliquando à nobis in lucem producendis. Is itaque ſic de hac ave; περὶς ὑψοῦ ἑαυτὸν αἴρει, καὶ τὰ πτερὰ πάντα συνείλας εἰς τὸν πόδα, οἷα πίπτων οἴεται, διαπερῶν τὸν ἀέρα πάντας ἂν ἐπὶ πολὺ βέλους ὀξύτερον, καὶ καταδύεται μέχρι ὀργυιᾶς ἢ καὶ πλέον, ἐνθ' ὅταν συλλαβὼν τὸν ἰχθὺν ἀναστᾷ, καὶ ἀνιπτάμενος ἐπὶ πολὺ καταθεῖ.

3. *Et Dianæ, quam ab oppido Pergæam vocant, templum*] In optimis libris ſcriptum reperi *Pergaſeam*, non *Pergæam*; quamvis & hanc lectionem nonnulli exhibeant libri. Verum quo minus alteram abjiciendam eſſe exiſtimem facit Stephani locus. Πέργη πόλις Παμφυλίας. τὸ ἐθνι-

cant, templum. Trans eoſdem [4] mons Sardemiſos, & [5] Phaſelis à Mopſo condita, finis Pamphyliæ.

ἐθνικὸν Περγαῖος, τὸ ἡλικὸν Περγαῖα, καὶ Περγασία Ἄρτεμις. A Perga tamen vix poteſt deduci Περγασία, aut Περγηΐα. Latinorum is potius typus eſt, quam Græcorum. Deorum tamen dearumque cognomina, quæ ab urbibus locisque imponuntur, aliter ſæpe inflectuntur, quam hominum. A Perga itaque non tantum eſt γενὴ Περγαία, ſed & Περγάς. Inde Περγασία & Περγασσία. Recte itaque apud Melam *Pergaſea Diana*, quæ eadem eſt atque Pergæa.

4. *Mons Sardemiſos*] Ita quoque Plinius. Oppidum hic recenſet Stephanus Σάρδησσον, in quo Sardeſſius Jupiter colebatur. Proculdubio ejuſdem id oppidum nominis fuit atque mons. Sed ſæpius iſtiuſmodi vocabula contrahuntur. Ita ex Paropamiſo fecere Parniſum. Σαρδησσίων quoque mentio eſt in nummis Veſpaſiani.

5. *Phaſelis à Mopſo condita finis Pamphyliæ*] Phaſelin alii Pamphyliæ, alii Lyciæ, alii Cilicum urbem eſſe dixerunt. Hoc mirantur, viri eruditi, neque minus iſtud, quod cum Strabo hanc vocet πόλιν ἀξιόλογον, tribuſque inſtructam portibus; Lucanus tanquam oppidulum deſcribat; ait namque lib. VIII.

---- Te primum parva Phaſeli
Magnus adit. Nam te metui vetat incola rarus,
Exhauſtæque domus populis, majorque carina
Quam tua turba fuit.

Verum ita ſeſe res habet. Phaſelis à Lyciis olim fuit habitata, Lyciæque attributa fuit primitus. Pamphyliis vero late oram maritimam tenentibus, Pamphyliæ annumerata fuit urbibus, licet incolæ eſſent Lycii. Poſtmodum opportunitate ſitus allecti, & invitati à Cilicibus, ipſi quoque piraticæ ſe applicuerunt, aut ſaltem piratis receptaculo fuere, deſerta communi Lyciorum ſocietate vel ſua ſponte, vel ejecti ab illis. Tum Cilicum dicta fuit urbs Phaſelis. Deinceps Publius Servilius eam evertit. Propter incolarum itaque paucitatem parvam eam vocat Lucanus. Nam ſi aliter intellexerit, & exiguum oppidulum fuiſſe exiſtimarit Phaſelida, valde erravit. Aſconius Pedianus, Corycum, Olympum & Phaſelida tres magnas Cilicum appellat urbes.

CAP.

CAP. XV.

LYCIA.

LYcia continuo, cognominata à Lyco rege, Pandionis filio, atque (ut ferunt) infeſtata olim Chimæræ ignibus, [1] Sidæ portu & Tauri promuntorio grandem [5] ſinum claudit. Taurus ipſe ab Eois littoribus exurgens, vaſtè ſatis attollitur. Deindè dextro latere ad ſeptentrionem, ſiniſtro ad meridiem

N 2

[1] *Side portu & Tauri promuntorio grandem ſinum claudit*] Quærunt hic viri docti, quomodo Lycia ſinum claudat promuntorio Tauri & Side oppido, cum Siden jam ſuperius retulerit in ea Pamphyliæ parte quæ Ciliciæ eſt proxima? Pintianus hac de cauſa locum corruptum eſſe arbitrabatur, & legendum eſſe *Lyde*, non *Side*. Sed decepit eum vitioſa Ptolemæi lectio, Χύδῃ enim apud illum non Λύδῃ ſcribendum. Plinius & ipſe quoque mentionem facit hujus ſinus, ſed unius tantum termini, Tauri nempe, meminit. Verba ejus ſunt; *Iunctum ei mare Lycium eſt, gens Lycia, unde vaſtus ſinus; Taurus mons ab Eois veniens litoribus Chelidonio promuntorio diſterminat.* Locum hunc Plinii valde vexat magnus Solini interpres; vaſtam enim admodum de hoc exercitationem contexuit. Ac primo quidem videtur exiſtimare pro *diſterminat*, reponendum eſſe *ciſterminat*. Verum hoc vocabulum ne ipſe quidem intellexiſſet Plinius. Quod autem pro Chelidonio promuntorio reponit *Chelidoniôn*, & in hoc quoque fallitur. Ipſæ enim inſulæ Chelidoniæ vocantur Tauri promuntorium, ut mox oſtendemus. Nihil itaque mutandum in verbis Plinii quæ plana ſunt & facilia. Ait namque, Phaſelidi junctum eſſe mare Lycium, gentem Lyciam, & ſinum vaſtum ab ea denominatum. Omnia autem hæc à Pamphylia, & mari Pamphylico, diſterminare Chelidonium promuntorium. Idem de hoc promuntorio inquit Lucianus in navigio; Μετ' ἐκεῖνο γὰρ δὴ συμβαίνει μεταξὺ τὸ Παμφυ-

ridiem versus, it in occidentem rectus & perpetuo jugo; magnarumque gentium, quà dor-

Παμφύλιον ἀπὸ τῆς Λυκιακῆς θαλάσσης. Juxta Salmasii emendationem sequeretur sinum hunc situm esse in Caria, quod quam à mente Plinii sit alienum, quivis facile videre potest. Ut autem ad Melam redeamus, & significemus, quare Sidam oppidum, quam mox Pamphyliæ tribuit, & quidem illæ quæ à Lycia est remotissima, nunc adscribat Lyciæ; id maxime hac de causa factum esse existimo. Pamphylii olim non ad mare habitabant, verum prorsus erant mediterranei. Sive autem à Troja, sive aliunde venerint, constat illos incoluisse longum terrarum tractum à Phœnice Lyciam usque. Verum illic Cilicibus permixti agebant: Pamphyliam vero obtinebant integram, excepto tantum litorali tractu, quem tenebant Lycii, aliique Græci qui Lyciorum communitati nomen dederant. Lycia itaque primo Ciliciæ fuit contigua. Hac de causa statim post Ciliciam nominat auctor noster superius cap. 11. deinceps vero Pamphyliam. Eadem est ratio quod Stephanus Lyciam conterminam faciat Ciliciæ, ut jam superius ostendimus. Recte itaque Mela ad Lyciam ponit vastum illum sinum quem Side oppidum, & Tauri promuntorium claudit. Postquam vero hanc Cumæorum coloniam, Sidam nempe, tenuerunt Pamphylii, piraticæque una cum Cilicibus incumbere cœperunt, multæ quoque aliæ Lyciorum urbes se illis adjunxerunt. Ævo tamen Scylacis Caryandensis, non admodum magnus fuit Pamphyliorum ad mare tractus. Lyciæ quippe tribuit pleraſque fere eas urbes, quæ postea Pamphyliæ sunt adtributæ. Atque hæc equidem veteribus historiis, & veritati ipsi consentanea esse existimo. Quod autem modo dixi, ipsas insulas Chelidonias vocari promuntorium Tauri, id verissimum est. Taurus enim mons exit in mare jugo admodum celso ac æternis tecto nivibus; vocabatur illud olim Ἱερὸν ἄκρον. Ad pedem hujus tres, vel juxta alios, quinque sunt Chelidoniæ insulæ, vel scopuli potius, sex tantum stadiorum freto divisi, qui eminus è mari prospicientibus, tanquam fimbria pedem istius montis præcingere videntur. Quamvis itaque Ἱερὸν ἄκρον Tauri montis promuntorium vocetur, attamen quia ulterius in mare prominent insulæ istæ Chelidoniæ, ideo in illis promuntorium Tauri statuerunt nonnulli; nam, ut jam alibi diximus, non montium, sed litorum prominentiæ efficiunt promuntoria. Jam vero, insulas continenti vicinas, & extra reliquum litus in mare pro-

dorsum agit, terminus. [2] Ubi terras diremit, exit in pelagus. Idem autem & totus, ut dictus est, dicitur, etiam quà spectat orientem. Deinde Emodes, & Caucasus, & Paropamisus. Tum Caspiæ pylæ, Niphates, & Armeniæ pylæ: & ubi jam nostra maria contingit, Taurus iterum. Post ejus promuntorium flumen est Limyra, & eodem nomine civitas: atque ut multa oppida sic [3] præter Patara non illustria. Illam nobilem

procurrentes, vocari promuntoria, neminem ut puto paulo eruditiorem latere potest. Atque hæc quidem ad interpretationem loci Pomponiani & Pliniani dicta sufficiant. Multus autem est vir magnus in explicatione horum locorum, verum nihil omnino istic adfert, quod non ipse mox destruat, aut quod sua sponte non corruat.

2. *Ubi terras dirimit, exit in pelagus*] *Diremit* legunt libri aliquot manu exarati, & editio Vineti; sic quoque Salmasius; verum non recte aut emendat, aut interpretatur totum hunc Pomponii locum de Tauro. Reducenda est vetus lectio, quam omnia constanter exhibent vetera exemplaria, quæque melior, planior, & veritati convenientior est omnibus omnium conjecturis. *Idem autem & totus, ut dictus est, dicitur, etiam quæ spectat Orientem. Deinde Emodes, & Caucasus, & Paropanisus.* Taurum montem, inquit, continuo jugo totam dirimere Asiam, & incipere quidem ab Eois litoribus, desinere vero in Lycia. Quamvis autem in diversis gentibus, diversa quoque habeat nomina, tamen totum sub uno Tauri venire nomine, etiam qua spectat orientem, nempe ad Tabin, nam & illic Taurum appellari. Deinceps vero alia aliaque sibi adsciscere nomina, ac primo quidem Emodem, deinceps Caucasum, postea Paropanisum dici, ac tandem iterum Taurum. Quærit Salmasius, *quomodo Taurus iterum Taurus vocari potuerit ubi maria Romana contingit, cum tamen antea non meminerit ita dici.* Sed errat. Meminit lib. III. cap. VI. cum Taurum ait attolli longe à Tabi promuntorio. Sed & ex hoc loco satis id ipsum adparet, ait enim Mela, *Taurus iterum.*

3. *Præter Patara non illustria*] Alio ordine Plinius hæc oppida recen-

facit delubrum Apollinis, quondam opibus & ora-

tecenſet atque Mela; ille quippe prius Xanthum, deinceps Patara nominat. Recte tamen utergue; Limyra enim proficiſcentibus Xanthos oppidum vicinius erit Pataris. Verum Xanthi oſtia remotiora & ultra Patara erant ſita. Xanthos enim mediterranea urbs eſt, Patara vero ſita erant ad ipſum mare. Nam quod Scylax ait, ad Patara adverſo amne Xantho navigari, id falſum eſt, & omnino verum eſt vel erraſſe Scylacem, vel ita ſcripſiſſe; Ξάνθος δὲ ἐς ἀνάπλους εἰς πόλιν. Πάταρα πόλις ἡ κὴ λιμδύα ἔχ. Valde autem erat Salmaſius, quum exiſtimat hanc eſſe urbem, quam Dionyſius Alexandrinus vocat Παταρηΐδα ἄκρην. Verſus illius aliter quam ipſe facit ſunt corrigendi, hoc nempe modo;

---- Τὼς κεῖνος ἑλίσσεται εἰν ἁλὶ κόλπος
Νήχυ ἔνθα κὴ ἔνθα βαρυνόμενος ῥεθόλῃσι.
Τῷ μὲν ἐπὶ πρηχῆ Παμφύλιοι ἀμφινέμονται,
Ὅσσον ἐπιπροβέβηκε Χελιδονίων ἐπὶ μυχάν.
Σῆμα δ' ἔχ ζεφύρου Παταρηΐδα τηλόθεν ἄκρην.

Patara urbs nullum efficit promuntorium, portu enim præcingitur. Licet vero exigua aliqua litoris hic eſſet prominentia quæ tamen nulla eſt, non tamen μεγάλην ἄκρην appellaſſet, ut alibi facit;

Τὼ δὲ μετ' ἀντολίην Χελιδόνιαν μεγάαται
Τρεῖς νῆσοι μεγάλης Παταρηΐδος ἔνδοθεν ἄκρης.

Illud vero plane à ratione alienum, quod oſtendere conatur idem vir doctiſſimus, Dionyſium hic per magnum Patareidis promuntorium intelligere portum Patarenſem. Nam quis unquam portus & promuntoria confundit? Inſulæ litoribus vicinæ & peninſulæ extantes ſæpe promuntoria vocantur, ejus enim rei naturalis eſt ratio; ſed vero ut portus promuntoria appellentur, & extare dicantur litora cum recedunt, id neque ratione, neque ullo exemplo poteſt firmari. Quamvis multa abſurda hanc interpretationem conſequantur, tum illud præcipue, quod juxta hunc calculum Chelidoniæ Petræ ſitæ erunt in intimo Patararum portu. Aliud agebat vir inſignis cum hæc ſcriberet; & tamen vaſto verborum tractu hoc adſtruere conatur. Sed longe diverſa profecto fuit mens Dionyſio. Παταρηΐδα ἄκρην vocavit ille totum Lyciæ promuntorium ſive peninſulam. Sciendum enim Lyciæ oram, quæ à Chelidoniis uſque ad Telmeſſum extenditur, valde in mare prominere, & peninſulam efficere. Ideo alio loco inquit Dionyſius;

Πρὸς δ' ἄλα κεκλιμδύῃ Λύκιοι χθόνα ναιετάουσι.

At vero in tabulis Ptolemaicis tantum abeſt ut Lycia in mare excurrat, ut potius immenſum quantum intus recedat. Verum id non tam errore factum eſt Ptolemæi, quam librariorum eorum qui tabulas confecerunt, ut ad Ptolemæum ipſum oſtendemus. Taurus quippe mons à Piſidicis deſcendens jugis multis in hoc mare exit promuntoriis. Ab alia parte mons Cragus & ipſe quoque ſatis longe in mare evehitur. Hi duo montes efficiunt magnum iſtud Lyciæ promuntorium, quod, ut mox dixi, multa alia continet promuntoria, multos quoque portus, & non paucas urbes. A Pataris vero præcipua hujus promuntorii ſeu peninſulæ urbe, Παταρηΐς, πόλις κὴ ὄρος Λυκίας. Pindarus Olympiorum Ode VII. ἔμβολον vocat hanc litorum prominentiam;

Ἀσίας εὐρυχώρου
Τείπολιν νᾶσον πέλας
Ἔμβόλῳ ναίοντας.

Notat ad hunc locum Scholiaſtes, ἔμβολος δὲ Ἀσίας ἡ Λυκία. Διὰ τὸ ὕστω πεπᾶχθαι τὴν γλῶ ἀστὶ πόλεως ἔμβολον ἢ τρίηρες. Cauſam nominis hanc poſtea reddit. Ἐν Λυκίᾳ δέ ἐστι πόλις Ἀρύκανδα καλουμένη, ἣ πλησίον ἱερόν ἐ χωρίον, ὃ πρότερον μὲν ἔμβολος ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ θέσιν ἔ χωρίου, ὃν πολλῶν κὴ πλατέων τῶν περικειμένων πετρῶν εἰς ὀξὺ λήγῃ μέρος ἡ χώρα. Νῦν δὲ προσονομάζεται τρίηρης, ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας, ἐπεὶ πλοίῳ προσέοικεν ἡ θέσις τὸ χωρίου. Hinc puto eſt, quod in nummis Chelidoniatarum Ἔμβολος ſive roſtrum navis adpareat, cum hac inſcriptione ΧΕΛΙΔΟΝΕΑΙΩΝ. Stephanus Λυκίων χερρόνησον vocat, quod non de Patarenſi portu ſed de tota peninſula accipiendum eſt. Addit idem nominis originem, nempe dictam eſſe ἀπὸ παιπέρεως, quod κίσηυ & κίβωτον interpretatur. Ἀλέξανδρος Σαλακίαν κώμην φησὶ φέρειν ἱερὸν τῷ Ἀπόλλωνι οὐ παιπέρεα. ἔστι δὲ ζῶντα πέμματα λύρωμί τε κὴ ὄξα κὴ βέλη οἷς παίζειν νηπίους ὄντας. Salmaſius in Solinianis inquit legendum eſſe παιμματα. Ita enim Æoles & Lycios dixiſſe non παίγματα. Detur Æoles ita dixiſſe, quod tamen figmentum eſt, verum unde cognoſcere potuit Lycios ita locutos? Euſtathium autem

tem qui & ipſe habet πέμματα δίνας ἐν χήμαῖς λύρας καὶ ζέξις καὶ βελῶν, ait nugari, & forſan Stephanum ipſum. Sed profecto neuter nugatur, ſed ipſe Salmaſius. Sacrificia enim illa quæ olim Apollini offerebant pueri & puellæ, appendentes ea aut lauri aut olivæ ramo, quam εἰρεσιώνην vocabant, revera erant πέμματα, placentulæ quippe erant in formam arcus, lyræ, aliaſque figuras confictæ. Πλακωντικὰς καλύβας vocat Ariſtophanis ſcholiaſtes, qui ſuo etiamnum ſeculo morem iſtum obtinuiſſe ſcribit. Πέμμασι quoque ea vocat Heſychius, cum Δελφίνιον interpretatur πέμμασι ἐξαπτόμενα τῆς εἰρεσιώνης. Sed & Suidas; Ἀθηναῖοι τῷ Ἀπόλλωνι τῷ καλεμβύλῳ εἰρεσιώνην ὅταν ποιῶσι, πλάττοντες λύρην τε καὶ καλάθους καὶ ἄλλα τὰ κυκλοτερῆ πέμματα, τούτοις κοσμοῦσι Δελφίνιον. Et poſtea; Ἀμυκλαίας Δελφίνια τὰ κατὰ τὴν εἰρεσιώνην τῷ Ἀπόλλωνι πολυστόμους πέμματα. Sed & ipſi verſus quos accinebant pueri hoc teſtantur. Exſtant illi apud Plutarchum in Theſeo, Clementem Alexandrinum, Scholiaſten Ariſtophanis, & auctorem Etymologici, ſed ubique corrupte. Ita enim ſunt emendandi.

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἄμ' ὀψήσεσθαι,
Καὶ κύλικ' οἰνίζειν, ὡς ἂν μεθύσας καθεύδῃ.

Quod autem hæc παίγνια *jocula* à Cicerone vocari inquiat in eo quoque inſigniter errat. Locus Ciceronis exſtat in Paradoxis Stoicorum capite v. *Nonne igitur ſunt illa feſtiva? Sunt: nam nos quoque oculos eruditos habemus. Sed obſecro te, ita venuſta habeantur iſtâ, ut non vincla virorum ſint, ſed ut oblectamenta puerorum.* Ita habet vulgata lectio, ita omnes libri antiqui. Et ſane quid clarius & manifeſtius excogitari poſſit his verbis? Jubet ut tabulæ & ſigna artificum ſint oblectamenta noſtra, non vero vincula, quæ totos nos teneant ac poſſideant. *Vincla* tamen hic non patitur Salmaſius, & *jocula* reponit. Quod tantum abeſt ut ſit elegans, aut ſenſui Ciceronis conveniens, ut ne Latinum quidem ſit. Adeo tamen placuit ipſi hoc vocabulum, ut & Vitruvio inſerere non dubitarit. Verum in loco Vitruvii nihil eſt mutandum. Quotaquæque enim eſt puella, quæ non poculis & vaſculis delectetur? Monilia vero ac annulos quis credat à nutrice in aperto & ſub dio collocata fuiſſe unica tantum tecta tegula? Vide hiſtoriam & fatebere nihil magis alienum à mente Vitruvii poſſe excogitari. Sed profecto nimis longe excurrimus dum vagi philologi legimus veſtigia. Illum

& oraculi fide, Delphico ſimile. [4] Ultra Xanthus flumen, & Xanthus oppidum, [5] mons Cragus, & quæ Lyciam finit urbs Telmeſſos.

lum namque ſi ſequeremur, adcunda nobis eſſet Arabia: nam & hanc quoque locupletare conatus eſt tam inſigni vocabulo. *Aljohar* enim, quomodo margaritam vocant Hiſpani, dicit eſſe ab eadem origine, ſed decepit eum pronuntiatio Hiſpanica. Arabes dicunt جَوْهَرٌ Sic Perſæ, ſic totus oriens, à præſtantia nitoris eum adpellant, à radice جَهَرَ Sed redeamus ad auctorem noſtrum.

4. *Ultra Xanthus flumen, & Xanthus oppidum*] Non emendant, ſed corrumpunt Melam qui legunt, *Xanthus flumen & oppidum.* Scio quidem rectum eſſe & iſtud, ſed tamen qui diſtinctius loquuntur, addere ſolent, *& ejuſdem nominis.* Nihil itaque expungendum in verbis Melæ. Sic ipſe infra; *Minturnus amnis, Minturnum oppidum.* Quæ locutio licet ſimplex, non ideo tamen eſt inelegans.

5. *Mons Cragus, & quæ Lyciam finit, urbs Telmeſſos*] Omnes quoque alii Cragum nominant, inter Xanthum oppidum & Telmeſſum. Uno namque & altero jugo in mare exit. Salmaſius putat Strabonem & Ptolemæum Cragum montem totum in mediterraneis Lyciæ collocare, cum tamen contrarium dicant. Sed decepere illum vulgares Ptolemæi tabulæ in quibus medium Cragi punctum tantum exprimitur, cum tamen Ptolemæus ipſe enumeret novem urbes ſupra Cragum ſitas. Verum ut hæc paulo accuratius tradamus, ſciendum eſt Lyciam univerſam eſſe montoſam, celſiſque admodum jugis ubique adſurgere. Maſicytus mons ab ortu, ab occaſu Cragus. Horum montium juga ſeparat Xanthus fluvius. Quæcumque vero oppida ſunt ultra Xanthum, ea in Maſicyto ſita ſunt: reliqua vero Lyciæ oppida ſunt ſupra Cragum. Mons vero Cragus ex octo aliis conſtat montibus. Iſtis octo montibus adſitæ ſunt juxta Ptolemæum civitates novem mediterraneæ. Duobus autem jugis in mare excurrit, Dædalis nempe & Telmeſſo. Hic mons Telmeſſus eſt is, quem alii promuntorium Cragi vocant, alii ἄκρον Τελμεσσίδα vel Τελμεσσιάδα, ab urbe Telmeſſo ſita ad radicem montis. Surgere autem incipit ab urbe Xanthiorum, & in mare deſcendit ad Telmeſſum urbem. Supra hunc montem alius eſt Chimæra nempe. In medio horum eſt ignivomus terræ hiatus & convallis Chimæræ, quæ uſque ad mare pertingit. Atque hæc nunc breviter dicta ſufficiant, ut videant & cognoſcant rerum geographicarum curioſi, quam confuſa & inepta eruditi quidam de hac ipſa re ſcripſerint. Plura de his alias dicemus.

CAP. XVI.

CARIA.

CAria ſequitur. [1] Habitator incertæ originis. Alii indigenas, ſunt qui Pelaſgos, quidam Cretas exiſtimant. Genus uſque eo quondam armorum pugnæque amans, ut aliena etiam bella mercede ageret. Hic caſtella aliquot ſunt, deinde promuntoria duo, [2] Pedalion & Crya: & [3] ſecundum Calbin amnem Caunus oppidum, valetudine habitantium infame. Inde ad Halicarnaſſon hæc adjacent, Rhodiorum ali-

1 *Habitant incertæ origines*] Hæc eſt Vaticani & optimorum codicum lectio. Rara admodum locutio *incertæ origines*, pro hominibus incertæ originis. Quia tamen libri nonnulli legunt; *habitatur incertæ originis*, verior forſan eſt lectio, quam dedimus.

2. *Pedalion & Crya*] Pintianus Cryaſſum hic reponit, quod Crya in Lycia ſit juxta Ptolemæum & Stephanum. Sed hoc locum habere non poteſt in Mela, qui Cariam à Telmiſſo auſpicatur, uti quoque faciunt Græci plerique antiquiores, quos fere ſolos ſequitur Mela. Crya itaque eſt in Caria, nam tota Rhodiorum continens in Caria eſt ſita. Sed vero Ptolemæus partem Rhodiæ continentis Lyciæ adtribuit.

3. *Secundum Calbin amnem Caunus oppidum*] Libri veteres vocant *Galbiam*, non *Calbin*. Græcis eſt Κάλβις, & Κάλβιος, ac forſan etiam Καλβίας. Stephanus & Καλαυνὸν fuiſſe dictum prodit. Κάλβιος κρήνη Λυκίας ἣν ᾗ Καλαυνόν φασι. Nihil in his verbis eſt mutandum, nam Καλαυνὼ mater erat Tragaſiæ ex qua natus Caunus & Byblis. Colligere id eſt ex verſibus iſtis qui apud Parthenium exſtant, quos emendatos adſcribam;

Αἴπαρ

aliquot coloniæ; portus duo, [4] Gelos, & cui ex urbe quam amplectitur, [5] Tiſanuſa cog-

O 2

Αἴπαρ ὄγε σφετέρωσε κιὼν Οἰκήσιον ἄστυ
Κῶσσατο. Τραγασίῃ δὲ Καλαυνὼ εἵλετο παιδὶ
Ἣ οἱ Καυῶον ἔπικτεν ἀεὶ φιλέοντα γεμίσας.
Γείνατο δὲ ῥαδαλῆσ' εὐαλίγκιον ὄρκοδύῃσι
Βυβλίδα, τῆς ἥβι αἴσχεα ἠράσσατο Καυνῶ.
Βῆ δ' ἐπ' ἔρην Δίας φοβέων ὀφιώδεα Κύπρον
Καὶ Κερύγῳ ὑλιβυὲς κὴν Κάρεια ἱερὰ λοετρά
Ἔνθ' ἤτοι πτολίεθρον ἐδείματο πρῶτος Ἰώνων.

Diæ hujus quæ ad Miletum ſita eſt, meminit Stephanus. Ut autem ad Calbin fluvium, revertamur, is & aliud habet cognomen. Indum quippe vocat Plinius, additque eum ortum in Cyburatis, ſexaginta alios recipere fluvios, & plus quam centum torrentes. Nomen huic amni dedit Indus quidam ab Elephanto excuſſus, ut ex Livio conſtat. Verum & alio olim nomine notum fuiſſe fluvium hunc exiſtimo, Mauſoli nempe. Hoc non aliunde conjicio quam ex nugatore illo qui ſub nomine Plutarchi libellum de fluminibus compoſuit, qui Indum fluvium, illum nempe qui eſt in India, prius Mauſolum dictum fuiſſe tradit. Legerat proculdubio iſtud de hoc Cariæ Indo. Nulli autem mirum videri debet Mauſolum flumen eſſe in Caria, cum etiam univerſi olim Cares Mauſoli dicti fuerint.

4. *Gelos*] Puto ſcribendum *Helos* vel *Helûs*. Ita quoque apud Plinium legendum non *Eleus*, quod nonnulli in Elæam, alii in Eleuſin deformarunt. Græcis Ἑλᾶς & Ἑλόεις locus hic dicebatur. Inſula huic oppido adſita, Ἑλόεσσα dicitur Straboni, vel Ἑλᾶσσα. Ita namque apud illum reſcribendum non Ἑλεῖσσα ut vulgo, quod perperam in Ἑλαῖσσαν mutant viri docti. Apud Plinium *Lepſia* vocatur hæc inſula; ſed legunt illic codices manu exarati *Leoſia*, manifeſto errore pro *Heoſia*.

5. *Thyſſamiſa cognomen eſt*] *Tiſſamiſa* vel *Tiſſanuſa* legunt meliores libri. *Tiſanuſa* quoque vocatur in ſcriptis Plinii exemplaribus. Pintianus putat eſſe Τυρνιοσσὸν Stephani, & ita reponi jubet. Sed falli eum exiſtimo. Verum multo plus fallitur, cum ſtatim poſtea pro *Larumna* legit *Hylarymna*, ex Stephano. Ex ipſo enim Stephano liquet Hylarima meſſe mediterraneam civitatem ſupra Stratoniceam

cognomen est. Inter eos oppidum Larymna, & [6] Pandion collis in mare emissus. Tum tres ex ordine sinus, Thymnias, Schœnus, [7] Bubessius. Thymniæ promuntorium Aphrodisium est: [8] Schœnus ambit Hylam, [9] Bu-

niceam, ita enim legenda ejus verba; Ὑλάεμα πολίχνιον Καείας, ὕπερθε Στρατονικίας, ὅθεν ἦν Ἱερακλῆς ὁ ἀπὸ ἀθλήσεων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀχθείς. Quidam errorem Stephani esse putant & Ὑλάεμα legisse pro ἡ Λάεμνα. Sed ipsi errant. Mentio hujus urbis exstat etiam in notitia Episcopatuum Cariæ, ubi Ὑλάεμος vocatur. Car itaque fuit Hierocles Philosophus, non Alexandrinus, verum propter studium ita dictus, quemadmodum multi etiam alii. Nihil autem in Pomponio mutandum, Larymnan enim hoc loco agnoscit etiam Plinius, & à Lorymis distinguit.

6. *Pandion collis in mare emissus*] Ita omnes codices. Videtur Plinio esse *Paridon*, licet non addat esse collem. *Tisanusa*, *Paridon*, *Larimna*. Ita habent libri manu exarati. Nescio an Plinius ex Mela, an vero hic ex illo sit emendandus.

7. *Bubessius*] Ita libri, & recte: oppidum enim unde hic Sinus dictus est Βυβησσὸν Iones vocabant, non Βυβασσὸν. Herodotus tamen Dorice id vocabulum extulit lib. 1. Ἀργιλῶνις δ' ἐκ τῆς Χερσονήσου τῆς Βυβασσίης, ἐούσης τε πάσης τῆς Κνιδίης πολλὴν ὀλίγης θερμόν. Ita legendum non Βυβλεσίης. Neque enim ulla usquam est Byblesia chersonesus. Sed Βυβασσήχερρόνησος est illa, quam Plinius vocat *Bubassum regionem*. Urbs enim est & regio, & sinus & peninsula. Non recte quoque hic *Aphrodisias* repositæ, cum prius legeretur *Aphrodisium*. Utroque enim modo Græci, Ἀφροδίσιον ἄκρον & Ἀφροδίσιας ἄκρας.

8. *Scœnus ambit Hylam*] Qui *Hydrelam* hic legunt, valde errant. Hydrelitanum enim agrum ad Phrygium tendere testatur Livius. Sed neque Lyda mons locum habet, cum sit extra Cnidiam hanc peninsulam. Vulgata lectio proba est, nam quo loco apud Plinium *Hyda* scribitur, ita legendum est ex veteribus libris; *Promuntorium Aphrodisias*

[9] Bubessius Acanthum: Gnidus in cornu peninsulæ: interque eam & Ceramicum sinum in recessu posita Euthane. Halicarnassos Argivorum colonia est: & cur memoranda sit, præter conditores, Mausoleum efficit, regis Mausoli monumentum, unum de miraculis septem, Artemisiæ opus. Trans Halicarnasson illa sunt, littus Leuca: [10] urbes; Myn-

disias, *oppidum Hylas*, *sinus Schœnus*.

9. *Bubessius Cynotum*] Hæc corruptissima sunt. Libri veteres legunt; *Bubesius Crinonton*, alii *Cirritotum*. Viri docti leviculæ aliqua literarum similitudine adducti ignotæ positionis oppida ex Stephano & aliis hic substituerunt. Sed vero ex Plinio qui locum hunc Melæ descripsit, ipso sole manifestius est, legendum hic esse, *Bubesius Acanthon*. Bubesius sinus ambit Acanthum oppidum. Ergo Acanthus est peninsula, & eadem ut omnino existimo, atque Bubessia chersonesus, cujus paulo superius ex Herodoto meminimus. Præter vero Plinium etiam Stephanus meminit Acanthi, qui eam collocat ἐν χερρονήσῳ πρὸς τῷ Κνιδίων. Idem Stephans Bubassi urbis quoque meminit. Ejusdem itaque oppidi nomina sunt, Bubassius, Acanthus, & Dulopolis.

10. *Urbes Myndus*, *Arianda*, *Neapolis*] Eodem, quo Melæ ordine, & cæteri fere Geographi hæc oppida recensent. Solus Scylax Cariandensis patriæ suæ situm non recte describit cum eam collocat in ipsa peninsula. Sed fieri potest, ut pro Κρυίνδα apud illum legendum sit non Καρυάνδα, sed Καλύνδα. Et sane si ita scripsit, non erravit. Sed vero jam mirum erit, non meminisse Scylacem urbis in qua natus fuit. Verum certissimis argumentis evinci potest Periplum istum qui Scylacis Caryandensis nomen præfert, quemque adolescens admodum recudendum curavi, cujusvis esse potius quam Scylacis. In omnibus fere abit à Scylace quam longissime, ut in secundis curis clarius docebimus. Sic nempe solebant Græculi sequioris ævi, ut anonymis scriptis, notos sæpe adfingerent auctores, quo merces suas vendibiliores facerent. Verum ut ad Melam nostrum redeamus; reddidimus illi veram

dus, Caryanda, Neapolis, ſinus Iaſius & Baſilicus. In Iaſio eſt Bargylos.

veram lectionem, reſcripſimuſque *Caryanda*, non *Aryanda*; licet ſic quoque in quibuſdam Plinii exemplaribus exaratum ſit. Paſſim videre eſt librarios & eruditulos quoſdam Melam ex Plinio emendaſſe & contra. Sed nulla uſquam terrarum eſt Aryanda. Viri tamen docti non pauci tuentur hanc lectionem, quia apud Pollucem mentio fit νομὸς Ἀργυανδικῆς. Sed inſigniter halluçinantur. Argentum enim Aryandicum non dicitur ab Aryanda, quæ nuſquam fuit, nec ab ulla alia urbe, ſed ab Aryande Ægypti præfecto, illic à Cambyſe conſtituto, qui primus Aryandicos ex argento puriſſimo percuſſit, uti notum eſt ex Herodoto.

CAP. XVII.

IONIA.

POſt Baſilicum Ionia aliquot ſe ambagibus ſinuat: & primum à Poſideo promuntorio flexum inchoans, cingit oraculum Apollinis,[1] dictum olim Branchidæ, nunc Didymei: Miletum, urbem,[2] quondam Ioniæ totius belli paciſque artibus prin-

1 *Dictum olim Branchidæ, nunc Didymi*] Ita quoque veteres aliquot libri Pliniani non *Didymæi*. Sed vero optimus Sereniſſimæ Reginæ codex legit hoc loco *Didymei*, atque ſic omnino legendum eſt. Apollo enim iſte à Didymis, non Διδυμεῦς tantum, ſed & Διδυμάδης vocabatur. Auctor peripli in præfatione ad Nicomedem;

Τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Διδυμῆ λέγω
Τὸν καὶ θεμιστόνυπα καὶ μαντηλέτην.

Ita ſcripſit auctor hic; Διδυμῆα enim per apocopen Διδυμῆ, uti ſæpe Poëtæ. Ineptæ ſunt aliorum conjecturæ. *Branchidæ* vero rectum hic eſt. A Brancho enim Ἀπόλλων Βραγχίδης & Βραγχιάδης. Errant itaque qui hic Pomponium corrigunt.

2. *Merito inclytam, utcunque Ioniam vocant*] Pintianus mirifice hæc deformat, adeo ut nullam fere literam integram relinquat. Sed reducenda eſt vetus lectio *ubicunque* non *utcumque*. Ita omnes fere codices. Dicit, ubicunque Ionum nomen & fama exſtat, illic quoque notos eſſe Mileſios.

3. *Urbem Hippin*] Lege *Hippum*, uti eſt in manu exaratis codicibus. Aliquot autem hujus nominis loca ſunt in hac ipſa ora Aſiatica, quæ Ἵππου vel Ἵπποι vocantur. Stephanus, Ἵππου, νῆσος Ἐρυθρησίας. Sic ſcribendum. Strabo quatuor inſulas Erythris vicinas Ἵππους ait vocari. Sed illæ nihil huc faciunt, uti neque Hipponeſus Cariæ urbs. Videri poſſit Hippum Pomponii eundem eſſe locum, quem Valerius Maximus *Equi ſaxum* adpellat, unde Daphitas Grammaticus deturbatus fuit. Strabo montem, ubi hoc contigit, Thoracem vocat. Sed cum Valerio faciunt Suidas & Heſychius Illuſtrius. Et forte pars aliqua Thoracis montis fuit iſtud Equi ſaxum, cui & oppidum Ἵππος adſitum fuit. Sed tamen Thoracem Epheſo vicinum fuiſſe teſtatur Strabo; hæc vero inter Miletum & Mæandri oſtia erat ſita. Omnino verum eſt Hippum Pomponii, eſſe oppidum illud quod vulgo appellatur *Gippo*; imminens Mæandrioſtio, quem hodie Madrum appellant. Situs certe ita accurate convenit, ut melius non poſſit. Hipponeſus Stephani, locum hic habere poſſet, nam-

principem, patriam Thaletis aſtrologi, & Timothei muſici, & Anaximandri phyſici, aliorumque civium inclytis ingeniis[2] merito inclytam, ubicunque Ioniam vocant:[3] urbem Hippum: amnis Mæandri exitum: Latmum montem, Endymionis à Luna (ut ferunt) adamati fabula nobilem. Deinde rurſus

ſus inflexa cingit urbem Prienen, [4] & Gæſi fluminis oſtium: moxque ut majore circuitu, ita plura complectitur. Ibi eſt Panionium ſacra regio, & ob id eo nomine appellata quod eam communiter Iones colunt. Ibi à fugitivis, ut ajunt, condita (nomen famæ annuit) Phygela. Ibi Epheſus, & Dianæ clariſſimum templum, [5] quod Amazones Aſia potentes ſacraſſe traduntur. Ibi Cayſtros amnis: ibi Lebedos, Clariique Apollinis fanum, quod Manto, Tireſiæ filia, fugiens victores Thebanorum Epigonos: & Colo-

namque hæc Ioniæ pars Cariæ quoque attribuitur, ſed niſi me fallit memoria, alibi legi eam fuiſſe inſulam in ſinu Ceramico ſitam. De hoc ipſo ſaxo accipi debent verba iſta, Λοιπὸν ἀφ' Ἵππων εἰς θάλασσαν ἅλατο, quæ ſibi invicem accinebant puellæ in ludo χελιχελώνης. Mileſiorum enim erat ludus.

4. *Et Geſſi fluminis oſtium*] Repoſuimus *Gæſi*. Sic quoque apud Plinium legendum, qui flumen hoc ex Mela ſumpſit. Græci tamen Herodotus & Athenæus Γάισωνα appellant. Hinc Γαισωνὶς lacus vocatur, quem efficit antequam in mare effluit. Verum & ipſum lacum Γάισωνα vocat Archeſtratus apud Athenæum. Accurate vero, ut alibi fere ſemper, ita quoque hic ordinem ſitumque locorum obſervavit Mela. Quod eo magis dico, quia ſi quis hæc cum ordine Ptolemæi componere velit, is fruſtra erit. Magnum enim hoc loco errorem commiſit Ptolemæus, quum Mæandri oſtium collocavit non inter Heracleam & Prienen, ſed vero inter Epheſum & Pyrrham, unde quam longiſſime abeſt. Aliquot quoque urbes loco ſuo movit. Multi viri docti, imprudenter Ptolemæum ſecuti, & ipſi inſigniter errarunt, ut alio dicemus loco.

5. *Quod Amazones Aſia potita conſecraſſe traduntur*] Ita pleraque alia exemplaria. Meus tamen optimæ notæ codex legit; *Aſia potenſe oraſſe traduntur*. Exiſtimo ita prius fuiſſe, *Quod Amazones Aſia potentes ſacraſſe traduntur*. Quod autem dicit non ipſam Epheſum, ſed ſaltem templum

Colophon, quam Mopſus ejuſdem Mantûs filius ſtatuit ad promuntorium quo ſinus clauditur, quod altera parte alium, quem Smyrnæum vocant, efficit, anguſtiſque cervicibus reliqua extendit. [6] Inde latius abit in peninſulæ faciem. Super anguſtias, hinc Teos, illinc Clazomenæ. Quà terga agunt, confinio adnexæ muri, diverſis frontibus diver-

P ſa

plum exſtruxiſſe Amazones, in eo non abit ab aliis. Ita quoque Dionyſius;

Παῤῥαλίην Ἔφεσον, μεγάλῳ πόλιν Ἰοχεαίρης,
Ἔνθα θεῇ ποτε βωμὸν
Ἀμαζονίδες τεύκηντο
Πρέμνῳ ἔνι πτελέης, περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα.

Callimachus Amazones ſtatuam hic Dianæ conſecraſſe dicit, verum ſub fago, non ſub ulmo eam erectam fuiſſe canit,

Ἔν ποτε παῤῥαλίῃ Ἔφεσος βρέτας ἱδρύσαντο,
Φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ.

Porro non rectè hunc Dionyſii locum interpretatur & emendat Scaliger in notis ad Euſebium. Βωμὸν enim habent pleraque exemplaria, non νηὸν uti ipſe citat. Recte vero hic Mela Epheſo ſubjungit Cayſtrum fluvium. Is enim Epheſo eſt vicinus non Mæander, cujus oſtium quam longiſſime hinc abeſt, ut paulo ſuperius monuimus. Hinc Ortygium vocat Cayſtrum Propertius;

Et ſi qua Ortygii viſenda eſt ora Cayſtri.

Ita legendus ille verſus, qui ſummos hactenus viros exercuit. Ortygius enim vocatur, quia Epheſus prius Ortygia fuit dicta.

6. *Inde latius abit*] Manifeſto errore in omnibus veteribus ſcribitur, *in latius abit*. In cæteris ſecuti ſumus omnium, quotquot vidimus, veterum exemplarium auctoritatem. Non recte hunc locum emendat Salmaſius. Namque quo loco inquit Pomponius, Teon & Clazomenas diverſis frontibus diverſa maria proſpectare, ille legendum putat, *adverſis frontibus diverſa maria proſpectant*. Sed vero inſigniter errat. Nam ſi adverſas haberent frontes urbes iſtæ, jam non mare, ſed ſe mutuo adſpicerent. Manifeſte hic tergum pro fronte, & frontem pro tergo accepit vir doctiſſimus. Sed & in hoc errat, cum legit, *confinio adnexæ maris*.

Ubi

ſa maria proſpectant. 7 In ipſa peninſula eſt Coryna. In ſinu Smyrnæo eſt 8 Hermus amnis, & urbs Leuca. Extra Phocæa Ioniæ ultima.

Ubi enim terga agunt ibi nullum eſt mare, ſed à fronte tantum. Libri ſcripti legunt. *Qua terga agunt confinio adnexa mari.* Quis non videat legendum hic eſſe *muri*, non *mari?* Teos & Clazomenæ ſitæ ſunt in iſthmo peninſulæ, ſed vero urbes illas, qua terga agunt, jungit murus, qui anguſtias peninſulæ claudit & à reliqua dirimit continente. Incepti vero ſunt qui hic legunt, *terga jungunt.* Rectum enim eſt & Latinum, *tergum agere, dorſum agere*, & ita paſſim loquitur Mela. Neminem vero movere debet quod Ptolemæus ad anguſtias Ionicæ hujus peninſulæ collocet Smyrnam & Lebedum, non Teon & Clazomenas uti Mela; iſtius enim erroris cauſam dedimus in Commentario noſtro.

7. *In ipſa peninſula eſt Coryna. In Sinu Smyrnæo eſt Hermus amnis*] Ita plerique manu exarati codices, & omnino hæc eſt vera lectio. Pro Coryna Pintianum male ſubſtituiſſe Smyrnam, monuit jam Andreas Schottus, quem recte ſecutus eſt doctiſſimus Salmaſius. Verum in eo non recte ſecutus eſt Schottum, quod putet legendum eſſe apud Melam; *In ſinu Smyrne & Hermus amnis.* Nempe offendit illos nullam hic Smyrnæ fieri mentionem, cum tamen ſinus Smyrnæi meminerit. Sed vero Mela recenſet quoque Ceramicum, Jaſſium, Olbianum, Thermaicum, Bubeſſium, Cypariſſium, & alios ſinus, nulla tamen urbium, unde dicti ſunt, facta mentione. Quod autem addunt, non veriſimile eſſe prætermiſſam fuiſſe à Mela notam adeo & celebrem urbem hoc eos non juvat. Meminit namque Mela Antiochenæ & Damaſcenæ, nuſquam tamen apud illum vel Damaſcus, vel Antiochia exſtat. Præterea verum eſt, id quod aliquoties monui, Melam antiquiores tantum ſequi Græcos. Smyrna vero poſtquam à Lydis fuit everſa, ignobilis admodum fuit locus, & tantum κωμηδὸν habitatus, idque per annos quadringentos, ut teſtatur Strabo, donec ab Antigono inſtauraretur.

8. *Hermus amnis & urbs Leuca*] Prius recenſere debuerat Leucam. Hermus enim ad Phocæam in mare exit. Smyrnam vero alluit Meles fluviolus. Sed tamen etiam Hermus Smyrnenſium paſſim amnis vocatur, quoniam in Smyrnæorum ditione fluit. Strabo; Αὐτὴ πως τῶν ὀρεινῶν ὑπερκειμένην τῆς τε Κυμαίας καὶ τῆς Φωκαίων καὶ Σμυρναίων γῆς, παρ' ἣν Ἕρμος ῥεῖ. Hermus antequam in mare exeat rigat iſtos Cumanos, Phocaicos, & Smyrnenſium agros. Atqui hi ſunt proprie campi qui Hermei vocabantur, qui jam ab ipſa incipiebant Smyrna. Hinc Plinius; *A Smyrna Hermus campos facit, & nomini ſuo adoptat.* Non recte Salmaſius in Solinianis verba hæc Strabonis interpretatur, ita enim, ut diximus, ſunt intelligenda. Male quoque Hermeum campum de uno aliquo agello Cumis vicino accipit. Peſſime vero locum Plinii emendat, quia nempe in vitioſo aliquo Plinii codice ſcriptum reperit, *A Syrne Hermus campos facit.* Sed vero Syrne, teſte ipſo Stephano, ſita eſt in cherſoneſo Carica, quæ ducentis fere ab Hermo diſtat millibus.

CAP. XVIII.

ÆOLIS.

PRoxima regio, 1 ex quo ab Æoliis incoli cœpit, Æolis facta, ante Myſia, & quà Helleſpontum attingit Trojanis poſſidentibus Troas fuit. Primam urbium à Myrino conditore Myrinam vocant: ſequentem Pelops ſtatuit, victo Oenomao reverſus ex Græcia. Cymen nominavit, pulſis qui habitarant, dux Amazonum Cyme. Supra, Caicus inter Elæam decurrit, & Pita-

1. *Ex quo ab Æoliis incoli cœpit, Æolis facta*] Ita veteres libri, & recte. Æoles paſſim à Latinis Æolii vocantur. *Æolis facta* & hoc rectum. Sic ipſe Mela infra de Danubio; *Deinde*

Pitanen, illam quæ Arceſilam tulit, nihil affirmantis Academiæ clariſſimum antiſtitem. Tum in promuntorio eſt Cana oppidum: quod prætervectos, [2] ſinus excipit, non pronus, ſed longè ac molliter flexus, retrahenſque paulatim oras uſque ad ima montis Idæ. [3] Is primò parvis urbibus aſperſus eſt, quarum clariſſima eſt Ciſthena. Gremio interiore [4] campus Thebe nomine; Adramyttion, Aſtyram, Chryſam, oppida, eodem quo dicta ſunt ordine adjacentia, continet. In altero latere, Antandrum. Duplex cauſa nominis jactatur. Alii Aſcanium Æneæ filium, cum ibi regnaret captum à Pelaſgis, ea

inde aliter adpellantibus accolis, ſit Iſter. Paulo poſt ex iiſdem veteribus libris legendum, *Primam urbium à Myrino conditore Myrinam vocant.*

2. *Sinus excipit non parvus, ſed longe ac molliter flexus*] Inepta lectio. In veteribus libris eſt *parvos*, non *parvus*. In uno tantum codice, verum illo optimo, licet non admodum antiquo, veram inveni lectionem, quæ hæc eſt; *Sinus excipit non pronus ac longe, ſed molliter flexus.* Hoc vocabulum iſto loco non intellectum, cauſam mutandi dedit librariis. Dicit, prætervectos Canas promuntorium, excipere ſinum, qui non prono & præcipiti influxu terras cavat, ſed vero molli flexu litora abigit. *Proni* vocabulum ita accipi etiam apud principes linguæ Latinæ auctores, norunt quotquot non nimium in illis ſunt hoſpites.

3. *Is mox parvis urbibus adſperſus eſt*] In quibuſdam libris legebatur *Iſthmos*, unde Pintianus faciebat *Is mons.* Male, neque enim in monte Ida urbes iſtæ ſunt, ſed in priore ſinus hujus latere, quod uſque ad ima montis Idæ extendi ait. Vera eſt itaque veterum codicum lectio; *Is primo parvis urbibus adſperſus eſt.*

4. *Campus Thebe nomine*] Xenophonti, Polybio in excerptis, Livio & aliis, eſt *campus Thebes*; & ſic viri docti legendum hic eſſe exiſtimant. Verum errare eos docet

ea ſe redemiſſe commemorant: [5] alii ab iis putant conditam, quos ex Andro inſula vis & ſeditio exegerat. [6] Hi Antandrum, quaſi pro Andro, illi quaſi pro viro accipi volunt. [7] Sequens

P 3 quens

docet Strabo lib. XVIII. cum ſcribit Θήβης πεδίον vocari etiam Theben, quemadmodum Adraſtea & Mygdonia, dicuntur quoque Adraſteus campus & Mygdonius campus. Addit Livius lib. XXXVII. campum hunc carmine Homeri nobilitatum, ac ob id ipſum reprehenditur, quia, inquiunt, nuſquam Homerus campi hujus mentionem fecit. Verum nec hoc bene. Cum enim Homerus Iliad. Z Eetionem habitaſſe dicit in ὑποπλάκῳ ὑλήεσσῃ, quis non videt celebrari ab eo campum Thebes?

5. *Alii ab iis putant conditam, quos ex Andro inſula vis & ſeditio exegerat*] Plinius; *In litore Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cimmeris.* Verum ſi ab Andriis condita & dicta ſit Antandrus, quomodo prius Cimmeris, & Edonis potuit adpellari? Omnino & hic, & alibi *condere* Melæ eſt coloniam deducere. Sic ſæpe alii auctores Latini utuntur iſto vocabulo. Verum & κτίζειν & οἰκίζειν paſſim pro eodem uſurpant Græci. Porro quod hoc oppidum Edonis & Cimmeris prius dictum fuerit, autor eſt Ariſtoteles apud Stephanum; Ἀριστοτέλης φησὶ πάντῃ ὠνομάσθαι Ἠδωνίδα, ἀφ' οὗ Θρᾷκες Ἠδωνὲς ὄντες οἴκησαν, καὶ Κιμμερίδα Κιμμερίων οἰκησάντων ἐπ' αὐτὸν ἔτη. Τὰ ἐθνικὰ τῆς μὲν Ἠδωνίδος, Ἠδωνοί, τῆς δὲ Κιμμερίδος Κιμμέριοι. Ita ſupplendus & refingendus eſt iſte Stephani locus ex codicibus ſcriptis.

6. *Hi Antandrum quaſi pro Andro; illi quaſi pro viro*] Ἀνδρών proprie is quem Latini *ſuccedaneum* vocant. Utitur hoc vocabulo in illa ſignificatione alicubi Plutarchus. Varias vero de Antandri origine opiniones vide apud Servium.

7. *Sequens tractus tangit Gargara*] In quibuſdam libris *cingit* non *tangit*. Pro *Æolum* vero plerique codices habent *Ætolorum*. Scribendum; *Sequens tractibus cingit Gargara & Aſſon Æoliorum colonias.* Sequens litoris tractus cingit iſta duo oppida, quia in promuntorio erant ſita. Gargara oppidum ignobile, Aſſiorum colonia. Aſſos vero ſatis nota vel ſolo Aſſio lapide, qui aliter Sarcophagus appellatur. Plinius; *In Aſſo Troadis Sarcophagus lapis fiſſili vena gignitur.* Sic vetuſtiſſimi Plinii codices.

Aſ-

quens tractus tangit Gargara, & Assos, Æoliorum colonias. Tum sinus alter, Ἀχαιῶν λιμήν, non longè ab Ilio littora incurvat; urbe, bello excidioque clarissima. Hîc Sigeum fuit oppidum: hîc Achivorum fuit bellantium statio. Huc ab Idæo monte demissus Scamander exit, & Simois, famâ quam naturâ majora flumina. Ipse

Assia Salmasii ineptum est. Verum is neque Dioscoridis locum recte emendavit, lib. v. cap. CXLII. Καὶ σοφὸν σαρκοφάγοι γίνονται, ἰχναίνουσι τὰ πολίσαρκα καὶ παχέα σώματα καὶ παστόμωμα ἀντὶ νίτρου ἐν βαλανείῳ. Mirifice hunc locum vexat, cum tamen facile restitui possit, absque ulla violenta medicina. Legendum enim; σκύροι σαρκοφάγοι non σοφοί. Σκύρος vel σκίρος idem est, varieque à Græcis accipitur, tum pro pulvere illo quem marmora & lapides cum secantur efficiunt, tum etiam pro retrimento & flore non metallorum tantum, sed & lapidum, omniumque aliarum rerum, idemque prorsus quod λατύπη, uti recte vocabulum id exponit Hesychius, & ante illum Pollux lib. x. cap. VII. ubi genus illud ludi, quod Græci ἐπίσκυρον, Florentini vulgo *gioco di calcio* appellant, describit; Παίζειν δὲ καὶ πολλοὶ ἀφαιρούντων ἴσων ἀπὸ ἴσους ἢ τοι μίσλῳ γραμμὴν λατύπῃ ἐλκυσάντων ἢν σκύρον καλοῦσιν. Inepte vulgo legitur; γραμμὴν ἄτυπον ἑλκυσάντων. Locum hunc Dioscoridis vertit Marcellus Empiricus, ac conjecturam nostram confirmat. Porro pulvis iste σαρκοφάγος similis erat pollini qui parietibus pistrinorum adhærebat. Aëtius; ἐπιτρέφειν δέ τι αὐτῷ παραπλήσιον ἀλδύρῳ λεπτοπάτῳ ἀφιζάνοντι τοῖς τοίχοις τῶν μύλωσι ἀφοπομένων ἀλδύρων. Quamvis vero & ipse lapis vim habeat carnivoram, multo tamen efficacior est pulvis iste, ut testantur Galenus, Aëtius, Actuarius aliique. Mirum est id quod dicit auctor de simplicibus medicamentis, qui Galeno accedit, Assium lapidem in sola reperiri Alexandria. Sed ut opinor id intellexit de Alexandria Troadis, aliter enim si fecit, valde erravit. Videntur vero lapides isti Assii dicti, non tantum

Ipse mons vetere Divarum certamine, & judicio Paridis memoratus, orientem solem aliter quam in aliis terris solet aspici, ostentat. Namque ex summo vertice ejus speculantibus, [8] penè à media nocte spargi ignes passimque micare, &, ut lux appropinquat, ita

tum in ipsa Asso, sed etiam in vicinis litoribus & urbibus prostitisse, Cyali nempe, & in illa quam diximus Alexandria, & alibi. De Cyalo testis est Theophrastus libello de igne, licet vulgo Assus ibi legatur, cum vetus noster codex habeat κύκλῳ, unde non dubitavimus facere Κυάλῳ. Verum præstat integrum Theophrasti locum adscribere, vulgo insigniter corruptum. Καὶ πάλιν ἀφὶ τὰ τῶν μὲν ἐν πυρὶ καιομένων νεκρῶν ξηρὸν γίνεται τὸ λείψανον, ὁ δὲ ἐν Κυάλῳ λίθος, ἐξ οὗ καὶ τοὺς σορεὺς ποιοῦσι, καὶ ἐπ' ἄλλοι δέ τινες, ἀφανίζει πάντα, καὶ ἔνια αὐτῶν τέφραν ποιεῖ. ἀλλὰ φθείρει καὶ σὺν ταῖς ὀστέοις ἡ θερμότης. Cyalus est Lydiæ urbs maritima, quæ & Κύβαλος ab Æolibus, & postea Κυβέλεια dicta est, ut alibi ostendimus. Erant vero admodum sibi invicem vicinæ, Alexandria, Assus, & Cyalus, unde adparet toto hoc litore petras Assias & pulverem istum sarcophagum proveniisse. In litore Veraguæ similem vim inesse arenis observarunt Hispani, ut testatur Herrera lib. VIII. decadis I. Nam octavo die invenerunt cadavera suorum in hoc litore sepulta ita consumta, ac si a quinquaginta annis terræ commissa fuissent. Verum & ipsis terris, licet procul à mari sitis, vim talem inesse, ut intra paucos dies carnes comedant, satis ut puto docent busta pauperum Lutetiæ, Romæ, aliisque in locis. Sed licet & arenis multis & lapidibus similis vis consumendi corpora insit, attamen lapis iste Assius non videtur in aliis proveniisse urbibus, atque tribus istis supradictis, sibique invicem valde vicinis, Asso, Alexandria, & Cyalo. Cum vero Plinius ait, *ejus generis & in Lycia saxa sunt, & in Oriente, quæ viventibus quoque adalligata, erodunt corpora*, puto scribendum, *Lydia*. Verum non recte illum distinguit ab Assio, cum idem prorsus sit; Troas enim, urbesque memoratæ, Lydiæ olim pars erant.

8. *Pene à media nocte sparsi ignes passim micare*] Alii libri aliter

ita coire ac se conjungere videntur, donec magis magisque collecti, pauciores subinde & una ad postremum flamma ardeant. Ea cum diu clara & incendio similis effulsit, cogit

ter habent. Sed vera est optimi codicis lectio; *Pene à media nocte spargi ignes, passimque micare.* Totum autem hunc locum de Idæ ignibus nocturnis ad verbum pene descripsit ex Diodori Siculi lib. XVII. aut saltem ex eodem auctore, unde ille habet. In hoc tamen discrepant, quod Diodorus ignes istos non à media nocte, sed vero ἐλὰ τῆς νυκτὸς, hoc est anteqnam nox præteriit, videri scribat. Perperam vero istud miraculum Idæ Cretensi tribuit Solinus, ait enim; *Præter cæteros Ida est, qui ante solis ortum solem videt.* Stulte quoque Idæ soli adscribit, id quod in omnibus fere excelsis contingit montibus, ut solem orientem prius videant. Quod autem Diodorus prodit necdum peracta nocte flammas istas comparere, in eo nullum est miraculum, cum ex editioribus jugis ignes auroræ conspiciantur, tribus fere antequam sol oriatur horis. Rectius itaque Mela, cum dicit à media pene nocte ignes istos spargi. Quod si verum sit, uti omnino existimo, jam merito miraculis accensendum est, id quod hic prodit autor noster. Nam si ordinarium sequamur computandi modum, nullæ nubes lumine solari perfusæ conspici possunt ex monte Ida (licet celsitudo ejus multo major statuatur, quam revera sit) ante horam secundam nocturnam, horis nempe duabus cum dimidia, antequam sol oriatur. Sed vero multo majus est miraculum, quod superius Mela de Casio Ægyptio, alii vero de Antiocheno scribunt, illum à quarta vigilia solem ostendere. Sed omnino fieri hoc non posse videtur. Licet enim detur verum esse, id quod Plinius affirmat, montem illum Antiochenum habere per directum altitudinem quatuor millium, non tamen hæc altitudo possit efficere, ut sol vel unius horæ sextante citius surgere videatur. Et profecto nullus usquam terrarum adeo editus est vertex, ut ex illo sol conspici possit, si plus quatuor gradibus horizonte inferior sit. Hoc ita colligi potest. Ex nullo monte, qui quidem hactenus notus sit, longius patet prospectus quam ad leucas Germanicas sexaginta. Jam vero, illi qui quatuor gradibus, sive sexaginta Germ. leucis absunt, idem omnino adspicient cœli punctum, quod isti, qui in cacumine montis consistunt. Eadem namque linea summitatem montis, & prædictum terræ cœlique punctum ferit. Itaque manifestum est, ex summo totius orbis monte, solem non esse conspicuum, si plus quatuor gradibus depressus sit infra horizontem illum, quem qui in plano stant, adspiciunt. Verum in sphæra admodum obliqua vel è modicis montibus solem videri etiam multis ante quam oriatur horis, vel pueri colligere possint. Verum quid faciamus illis qui tot horis antequam oriretur solem conspectum fuisse produnt ex Casio, ex Ida, ex Caucaso & aliis montibus? Mentitusne præterea fuit Strabo, si credendum ejus epitomatori, cum Solem tribus horis prius orini dixit illis qui in summo agunt Atho? Quid denique de Aristotele sentiendum, cum ait Caucasi verticem illustrari mane & vespere, usque ad tertiam noctis partem? Verba ejus meteorolog. I. hæc sunt. Ἡλίεται τῆς νυκτὸς ὡστε τὰ ἄκρα μέχει ἓ τρίτης μέρους ἀπὸ τῆς ἕω, καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας. Non bene quidam hæc Aristotelis verba ita accipiunt, ac si de tertia parte montis loqueretur. Recte ad hunc locum Aphrodisiensis ait, utra harum interpretationum sit vera, ex historia judicandum esse. Sed vero historiis & experimentis certis constat, nullius montis verticem, in tali inclinatione sphæræ, media nocte illustrari, quod tamen sequeretur. E pluribus autem montibus solem conspici etiam ubi tertia pars noctis præteriit, constat. Vera est igitur prior interpretatio. Valeant ergo longæ & ineptæ aliorum ad hunc locum commentationes. Verum quia non desunt hoc sæculo quamplurimi, qui recentiorum auctoritate magis delectantur, quam veterum, unum etiamnum alterumque subjiciam exemplum, quo etiam his, si possim, satisfaciam. In provintia Tazatay montem esse testatur Vincentius Albus Massiliensis in nupero itinerario, è cujus vertice Indi omnes adfirmabant solem conspici posse duabus, vel etiam tribus horis, antequam oriatur. Ipse ad hoc miraculum examinandum profectus, stulta socii sui ἀπιστία revocatus fuit, licet maxima jam itineris parte confecta. In Provintia Xantung mons est altissimus Tai dictus à Seribus. Affirmant illi, teste Martinio Jesuita, viro certissimæ fidei, ex ejus vertice solem videri posse ad primum galli cantum. Sed profecto nimii erimus si plura congeramus exempla, rei notissimæ Alpinis & montanis gentibus, iis nempe qui summitates Alpium incolunt in Rhætia & alibi. Solstitiali tempore est illic aurora perpetua, vixque tunc ad breve tempus sol occidit. Hæc nec intelligunt, nec credunt, qui in planis vivunt, ac regulis geometriæ adversari existimant. Verum quam illi fallantur, operæ pretium hic fuerit ostendere, præsertim cum res consideratione, dignissima non sit extra propositum nostrum. Si itaque aliquanto

diutius immoratifuerimus, non tamen ut ſpero erimus faſtidio. Quo autem hæc facilius accipiantur, examinabimus prius crepuſculorum cauſam & menſuram. Eadem quippe eſt ratio, & auroræ & tam matutinæ adparitionis ſolis in montibus, cum eadem ſit altitudo nubium, quæ auroræ lumine illuſtrantur; ac ſit montium, è quibus ſol etiam noctu videri poſſit. Qui geometricæ tantum hæc conſiderarunt, nulla Phyſicæ habita ratione, aëris iſtius illuſtrati altitudinem; ac item montium excelſitatem ad immenſum pene extulerunt ſpatium. Quantum vero in hoc poſtremo decepti ſint, inferius oſtendemus, ubi de montium agemus altitudine. Nunc aëris, quem haurimus, profunditatem dicamus. Modus quem in eo menſurando vulgo tenent hic eſt. Sit A B horizon. Vapor vel nubes illæ, quæ à ſole C illuſtrantur ſint in B, & videantur ab oculo in D. Ponatur ſol eſſe 19 Gr. ſub horizonte. Sit itaque angulus D F E graduum 19. & dimidium ejus D F B gr. $9\frac{1}{2}$ Si ſemidiameter D F ſtatuatur leucarum Germanicarum 854. jam hypotenuſa B F erit leucarum $865\frac{87914}{100000}$ Hinc demas ſemidiametrum & ſupererit G B vaporum altitudo leucarum Germ. $11\frac{87914}{100000}$ Quod ſi ponatur ſol 20 Gr. ſub horizonte eſſe depreſſus, tum aëris profunditas in G B ultra 13 Germanicas leucas habere invenietur. Juxta hunc igitur calculum vapor & aër ille qui à ſole illuſtratur aberit ab oculis noſtris 150 leucis Germanicis, tanta ſiquidem eſt diſtantia à D ad B. Atque hic quidem eſt modus, quem in crepuſculis inquirendis inſtitere Alhazen, Nonius, aliique innumeri, & è veteribus Poſidonius, cum ſtatuit ſupremos è terra vapores ad quadringenta ſupra nos exire ſtadia: & profecto niſi oculi fallerent, eſſet omnino certiſſimus. At vero aërem iſtum, qui à ſole illuſtratur, quemque in B collocant, nec tam altum eſſe quam exiſtimant, ſed inferiorem nubibus, ac proinde etiam qua remotiſſimus eſt, non tamen ultra 25 leucas Germanicas ab oculis noſtris abeſſe (tantum ſiquidem à nobis in plano ſtantibus diſtare puto nubes viſum terminantes) ex iis quæ ſumus dicturi, ſatis manifeſte patebit. Verum in hoc erraſſe viros etiam maximos minus mirum, cum de nulla re difficilius judicent oculi quam de intervallis; illud mirari ſatis nequeo, tantam vel nubibus vel vaporibus terreſtribus altitudinem tribuiſſe, cum quotidianis exemplis & experimentis contrarium cognoſcere potuerint. Tot montium juga etiam in hoc noſtro orbe ſupra nubes exſtantia, docere eos debuerant obſervationem hanc eſſe vitioſam, & ne vel nebulas quidem comparere ullas in verticibus, ad quindecim ſtadia editis. Sane in tractu illo montoſo, qui Peruvianum & Chilenſem provincias

Pag. 122





ejas ab ortu præcingit, juga quædam vel integri diei itinere ſupra nubes exſtare certum eſt. Hiſpani aliique qui montes illos tranſierunt unanimiter affirmant, ne tenuiſſimas quidem nubeculas ſeſe unquam illic deprehendiſſe, ſed aërem purum & ſerenum, adeo vero ſubtilem, ut plurimi vel reſpirationis inopia, vitam iſtic cum morte repente permutarint, tanquam piſces in aliud tranſlati elementum. Nec tamen negaverim, vapores ultra nubium ſyſtema ſubvehi, cum id ipſum manifeſtum ſit ex nivibus, quibus conteguntur paſſim montium ſupra nubes extantium vertices. Verum ut hujus rei cauſam paucis abſolvamus, ſic arbitramur. Nives grandineſque non in nubibus generari, utpote in quibus ſemper aliquid ſit teporis, ſed vero ſupra earum ſtationem in aëre illo frigidiſſimo, qui neque opacus eſt veluti nubes, neque ita craſſus & denſus veluti hic noſter. Hic eſt ille aër qui obſtat ne nubes in immenſum creſcant, perpetuiſque hanc terram involvent tenebris. Quotquot enim vapores ſol radiis & calore ſuo ſuſcitat, dilatat, ac ſurſum evehit; totidem ille ſemper diſſolvit, conſtringit & deorſum remittit, cogens illos frigore ſuo vel in aquas & imbres, vel in nives & grandines. Humiliores quidem vapores, qui non ultra nubium convexitatem attolluntur, in pluvias abeunt: at vero ſubtiliores qui ſublimius ſurgunt, & ad frigidiſſimum illum evehuntur aëris tractum, qui & homines & jumenta frigore ſuo conficit, in nivem grandineſque conſtringuntur. Hinc fit ut in altiſſimis montium jugis etiam in Zona torrida ſæpiſſime ningat, nunquam vero pluat, idque æſtate æque atque hyeme; imo vero magis, quoniam tunc major eſt attractio ſolis, ut vel in grandinibus adparet, quæ ſemper cadunt ſole ardentiſſimo, hyeme vero ac noctu rariſſime, idque fortuito. Nives, ne & ipſæ æſtate ad terram ferantur obſtat partium è quibus conſtant exilitas, itaque facile ante lapſum diſſolvuntur. Atque hæc quidem hac de re dicta ſunto, ne quis exiſtimet, nives aut iſtas, aut ullas alias naſci in nubibus, quas ego omnino ſteriles eſſe exiſtimo, & ad nihil aliud natas, quam ut ſint vehicula humorum. Prorſus vero ſunt ridiculæ nubes iſtæ Carteſii, in quibus nix, grando, lapides, animalia, moles denique vaſtiſſimæ è ſolida conflatæ glacie, eæque pendulæ, nec unquam deorſum labentes, proveniunt. Profecto vir iſte, quantumvis plurimos hoc ſeculo admiratores invenerit, indoctos præſertim; multum tamen à vero aberravit in natura meteororum explicanda. Propriis deſtitutus experimentis, aliena non conſuluit, aut ſaltem iis non fidit. Verum hæc ſunt alius loci & temporis. Nunc dixiſſe ſufficiat, nubium ſupremam convexitatem, illam tamen valde inæqualem, raro æquare mille paſſus. Si qui vapores aut nubeculæ magis dilatentur, hoc eſt rarefiant, ac proinde altius ſubire conentur, illi protinus conſtrin-

guntur ac in nivem abeunt, eoque, unde venere, redeunt. Nec tamen in sublimibus nimium collocandæ sunt nivium ac grandinum origines, certum quippe est nuda esse montium excelsiora juga, cujusmodi sunt Caucasi, Tenariffæ, Andium Peruvianorum, aliorumque quorum tamen latera perpetuis vestiuntur nivibus. Jam vero cum nullus toto orbe hactenus repertus sit mons, qui ad tria passuum millia in directum adsurgat, summi vero è terra vapores hanc mensuram non superent, imo ne exæquent quidem, vide quantum peccarint illi, qui tam vastum illis attribuerunt spatium, & ad XLVIII, vel etiam LII. pass. millia supra terram elevarunt. Quo magis autem cognoscatur hujus opinionis absurditas, ponantur vapores aliqui ad istam altitudinem evehi, nemo ut puto poterit negare illos esse tenuissimos & subtilissimos. Quod si sit, quomodo possunt iis inhærere radii solares, ut eorum lumen ad oculos nostros perveniat, cum ab aëre puro & simplici nulla fiat reflexio? Satis, ut existimo, aliorum confutavimus opiniones, nunc ad refractionem, hoc est veram ejus Phænomeni causam, accedamus. Non defuere etiam alii, qui illam hic ad partes suas vocarint, sed dum iteratas in corpore ὑμογενεῖ, in aëre nempe, refractiones statuunt, nec modum crepusculorum, nec refractionum naturam satis intellexisse videntur. Sciendum itaque pro ratione depressionis vel elevationis oculorum sive loci, variare quoque refractionum momenta. Qui è plano solem orientem aut occidentem observant, illis ad 34 scrup. refringitur, juxta Tychonem. Alii ad duos etiam gradus solem circa horizontem refractum deprehendisse se affirmant. Sane mensura ista Tychoniana justo minor est, cum certum sit lunam deliquium esse passam, sole & luna supra horizontem adparente. Nautæ Batavi ad tres gradus, & aliquanto etiam amplius, solem in septentrione refractum viderunt. Longe vero diversum contingit iis, qui ex loco aliquo edito auroram contemplantur. Si quis è malo navis aut ex turri excelsa in illam oculos intenderit, huic integro gradu & quandoque à majori intervallo prius sol orietur, atque iis qui è plano illum intuentur. At vero montium longe dispar est ratio; ex iis quippe si excelsi sint admodum, duabus vel tribus quoque horis, ut diximus, sol prius adparet, quam illis qui ad pedem ejus habitant. Exemplis id jam satis probavimus, nunc modum doceamus. Sit recta linea AC, tangens verticem montis ad A, & terram in puncto B. Sol itaque oriens in C eodem tempore videri debebat, ab iis, qui sunt in plano B, & ab illis qui sunt in vertice montis A. Dico tamen hoc falsum esse, & solem immenso spatio prius videri ab iis qui sunt in summitate montis, atque ab illis qui habitant in plano B. Admiratione dignum multis videbitur, ut in recta linea AC, illi qui remotiores sunt aliquid videant, quod non videant ii, qui sunt propiores, verum tamen esse

Pag. 124




A
B
C
D

45 cogit se ac rotundat, 9 & fit ingens globus.

Q 3 Diu

esse id quod hic adserimus, ex supradictis satis liquet. Nempe illi qui degunt in plana terræ superficie ad B, non prius solem videbunt, quam quum radiis suis illustrarit punctum D, unde refringetur in C, quæ differentia non est admodum magna, uti jam indicavimus. Verum illi qui in cacumine montis A versantur, solem refractum videbunt ex E in C, à tringinta nempe gradibus in directum infra horizontem, aliquando etiam à longiori spatio. Nec vero sol tantum, sed etiam tota aëris portio in qua fit refractio, supra horizontem refringetur. Itaque aër ille qui est ad D, quique iis, qui in B versantur, horizontem tangit; aliis istis qui in vertice A sunt, longe supra horizontem erit elevatus. Aër vero qui ad E est, quique in B non videtur, videbitur ab istis qui in summitate A sunt, refractus ad punctum C. Vides quam in immensum sol refringatur, iis qui ex valde editis montibus eum orientem aut occidentem contemplantur. Attamen ne in infinitum hæc progrediatur refractio hoc obstat, quod quanto magis & è longiori tractu sol refringatur, eo major sit ac proin debilior. Cum vero ad longe maximam evaserit magnitudinem, non quidem illam rotundam, sed oblongam admodum & ἐλλειπτικοειδῆ, præbeatque se aliquot stadiorum diametor videndum; tum demum figura ejus dissipatur locoque ejus ignes adparent circa horizontem latè sparsi. Atque hæc quidem hac de re breviter dicta sufficiant, ut ostenderemus lumen illud quod tempore crepusculi in summitate aëris adparet tanto spatio ante ortum, atque iterum tamdiu post occasum solis, nec tam alte à nobis abesse, nec radiorum solarium iteratis repercussionibus tribui debere, sed vero soli ipsi, usque supra verticem nostrum in summitate aëris refracto. Verum antequam desinamus, indicandus est error eorum, qui putant, refractionem non fieri nisi in recta linea, ad superficiem refracta; cum vero hic nulla sit superficies plana, qua radius refractionis ad oculos perveniat, fieri non posse existimant, ut solis lumen, & sol ipse tam longe propagetur. Sed contrarium evincit refractionum natura. Si quis enim vel tubum vel siphonem é quacunque materia eatenus incurvarit, donec visu non sit pervius, is denuo oculis pervius fiet, si ita aquæ immergatur, ut pars ejus convexa sit superior. Quod si tubus sit rectus, & extra aquam perspicuus, idem in aquam demissus, non erit perspicuus. Ipsum hoc in aëre contingit. Si enim ejus supra terram tractus rectus esset, quod necessarium foret si terra esset plana; minus longe pateret prospectus, ac nunc fit, ut alibi docebimus.

9. *Et fit ingens globus.*] Τεώ-

ωλε-

Diu is quoque grandis, & terris adnexus apparet: deinde paulatim decreſcens, & quantò decreſcit, eò clarior fugat noviſſimè noctem, & cum die jam ſol factus, attollitur. Ex-

πλεθρον ἀφέηκε habere inquit Diodorus cum ſurgit. Plinius vero multo majus ei tribuit ſpatium, dicit quippe lib. II. cap. XI. *Et quod montem Idam exoriens latitudine exuperet, dextra lævaque large amplectens.* Unde ipſe argumentum magnitudinis diſci ſolaris ſumit. Sed in Plinio nulla graviora ſunt παραδόξα, quam quæ contra matheſin committit. Fabuloſum vero eſſe exiſtimant viri eruditi id quod hic ſcribunt Diodorus & Mela de apparente magnitudine ſolis. Nam inquiunt cur id iſtic tantum, & non alibi quoque terrarum contigit? Sed vero ipſi falluntur. Artemidorus centuplo majorem, quam ſit alias, ſolem occidere adfirmat in Sacro Hiſpaniæ promuntorio. Ego ſane id ipſum ſæpiſſime evenire arbitror, in quibuſcumque excelſis montibus, dummodo nulli alii montes viſui obſtent. Cauſa quam ibidem addidit Strabo, vera eſt, ſed non niſi de ordinaria magnitudine orientis & occidentis ſolis eſt accipienda. Τῶν δὲ ἓ μεγέθους φαντασίαν αὔξειν μὲν ἀμφίων κατὰ τε τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ἐν τοῖς πελάγεσι, λήγειν δὲ τὰς ἀνα-

θυμιάσεις πλείας ἐκ τῶν ὑγρῶν ἀναφέρειν. Διὰ δὲ τούτων ὡς δι' αὐλῶν κλωμένην τὴν ὄψιν πολυτρόπως ἐκφαίνειν τὰς φαντασίας. Sed quid quæſo tibiæ aut fiſtulæ apud veteres præſtitere ad dilatandum viſum? Lege itaque ὑαλῶν non αὐλῶν quod ineptum. Cryſtallo & vitro hanc potiſſimum vim ineſſe nemo eſt qui neſciat. Vera autem ratio quamobrem ſol tam vaſto orbe quandoque oriri videatur & in monte Ida, & in aliis excelſis montibus hæc eſt. Qui è plano ſolem orientem contuentur, eum per modicam tantum aëris portionem videre poſſunt. Illi vero qui hunc contemplantur ex iis montibus, quorum vertices ſunt in nubibus, vel etiam ſupra illas, hi profundiſſimum aëris tractum oculis ſuis colluſtrant & peragrant, ac proinde longe iis major ſol oriens occidenſque adparebit, quam iſtis qui per breve aëris ſpatium ipſum adſpiciunt. Quanto enim plus aëris intercedit inter oculos & rem viſam, tanto res viſæ adparent majores. Major itaque ſol videtur cum oritur & occidit, quia per obliquum aërem illum ſpectamus, quam cum vertici imminet,

50 Extra ſinum ſunt Rhœtea littora, Rhœteo & Dardania claris urbibus: 10 Aiacis tamen ſepulchro maximè illuſtria. Ab his fit arctius mare, nec jam adluit terras, ſed rurſus dividens, anguſto Helleſponti freto 11 littus ob-

minet, tunc quippe per breviſſimum aëris refractionibus obnoxii ſpatium viſus tranſmittitur. In excelſioribus itaque montibus utrumque illud contingit, ut ſol illic & minimus, & omnium maximus adpareat. Maximus quidem, ut diximus, adparet, cum oritur occiditve, tunc quippe ad oculos noſtros penetrat per aërem trecentis & amplius milliaribus Germanicis à nobis diſſitum, ut ſuperius oſtendimus. Minimus vero, quod in montium celſiſſimis jugis aër tenuiſſimus eſt, luxque non diſſipatur nec refringitur, ac proinde ſimulac ſol è profundo iſto aëre ac nebula emergit, centuplo repente fit minor.

10. *Ajacis tamen ſepulcho maxima illuſtria*] Ita omnes alii, qui Ajacis ſupulchrum collocant in Rhœteo litore. Antipater in epigrammate.

Σῆμα πρὸ Αἰάντειον ἐπὶ
Ῥοιτηΐοιν ἀκταῖς.

Ita quoque Calaber, Strabo, & cæteri. Solus tamen Plinius Ajacis ſepulchrum in Sigeo ponit litore, Achillis vero in Rhœteo. Sed certum eſt erraſſe Plinium, omnes enim Αἰάντιον collocant in Rhœteo littore, Ἀχίλλειον vero in Sigeo. Strabo: Εἶτα Ῥοίτειον πόλις ἐπὶ λόφῳ πεμφθή, καὶ τῷ Ῥοιτείῳ συνεχὴς ἠιὼν αἰγιαλὸς Αἰάντειον, ἐφ' ᾧ μνῆμα, καὶ ἱερὸν Αἴαντος, καὶ ἀνδριάς. Gemino modo locum hunc corrigere conatur Salmaſius, neutro tamen bene. Nihil mutandum, ipſum enim illud promuntorium, quod ἠιόνα αἰγιαλὸν dicit eſſe Strabo, eſt quod Αἰάντειον vocatur, quia nempe in illo ſepulchrum, templum, & ſignum Ajacis. Zoſimus lib. II. Αἰάντιον appellat λεμβόα. Hodieque ad id promuntorium commoda ſatis navibus eſt ſtatio, quamvis non tam promuntorii, quam pulvini marini faciem præ ſe ferat.

11. *Littus obvium findit*] Abeſt in antiquis manuſcriptis *littus*. Omnino ita legendum & diſtinguendum eſſe exiſtimo hunc locum; *Ab his ſit arctius mare, nec jam adluit terras, ſed rurſus dividens, anguſto Helleſponti freto obvium findit.* Obvium nempe mare. Quod ſi *littus* retinen-

obvium findit: [12] facitque ut iterum terræ, qua fluit, latera sint.

tinendum sit, tamen ea quam dedimus vera manet distinctio. De hac autem locutione infra agemus.

12. *Facitque ut iterum terræ, qua fluit, latera sint*] Et hæc quoque Pintianus & alii mutant, cum tamen melior sit hæc lectio, atque ista, quam ipsi substituunt. Recte hic dicit terras denuo fieri latera. Quamvis enim omnibus fere corporibus & figuris latera aliquando tribuantur, attamen qui magis proprie loquuntur, à similitudine corporis humani, eas tantum formas dicunt latera habere, quæ utrimque opposita crura paria habent & æqualia. Itaque non tantum fluminibus, quorum litora similia sibi invicem & prorsus parellela sunt, verum etiam ὠοειδέσι, uti navibus & similibus latera tribuunt, quæ quamvis non sunt parallela sunt tamen similia. Talem esse Propontidis figuram nemo est qui ignorat. Ipse Mela superius. *Qua Propontidi & Hellesponto latere adjacet, contrariis litoribus Asiæ non opposita modo, verum etiam similis est.*

CAP. XIX.

BITHYNIA, PAPHLAGONIA, ALIÆQUE PONTICÆ ET MÆOTICÆ GENTES IN ORA ASIATICA.

INterius Bithyni sunt, & Mariandyni. In ora, Graiæ urbes, Abydos & [1] Lampsacum, Parion & Priapos. Abydos magni quon-

1. *Lampsacum & Parion*] Ita omnes veteres libri, uti quoque mox infra *Cyzicum* non *Cyzicus*. Sæpissime enim Romanis nomina urbium quæ in *os* desinunt, neutræ fiunt terminationis. Ita quoque Cicero in Verr. *Oppidum est in Hellesponto*

quondam amoris commercio insignis est. Lampsacum Phocæis appellantibus nomen ex eo traxit, quod consulentibus in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat, ubi primum fulsisset, ibi sedem capesserent. Tum rursus fit apertius mare Propontis. In id Granicus effunditur, qua primum inter Persas & Alexandrum [2] pugna fuit nobilis. Trans amnem sedet in cervice peninsulæ Cyzicum. Nomen Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, cum Colchos peterent, fusum acie cæsumque accepimus. Post, Placia, & Scylace, parvæ Pelasgorum coloniæ, quibus à tergo imminet mons

R [3] Olym-

ponto Lampsacum &c. Quod autem mox sequitur, *ubi primum fulsisset, ibi sedem capesserе*, id quomodo accipiendum sit manifeste docet Auctor Etymologici magni, qui est Nicas Grammaticus; Τοῖς Λαμψακηνοῖς χρησμὸς ἐδόθη, ὅπου ἂν αὐτοῖς λάμψῃ ἐκεῖ πόλιν κτίσαι. Ἀστραπῆς δὲ γενομένης, εἶδον τὸν τόπον, καὶ ἔκτισαν τὴν πόλιν, Λάμψακον ζὰν τὴν προσηγορίαν δόντες. Nempe uti λάμπειν, itaque quoque *fulgere* ambigua vox est, & non tantum de splendore solis, verum etiam de fulgetro accipitur. Male vero Etymologus iste Lampsacenis istud oraculum redditum fuisse inquit, quomodo enim Lampsaceni si necdum Lampsacus? Porro Plutarchus de virtutibus feminarum, & Polianus lib. VIII. à Lampsace puella dictum esse volunt Lampsacum. Grammaticus vero quidam anonymus penes me ita habet; Λάμψακος ἀπὸ Λαμψάκης τῆς Φωκέως συνωκίθη.

2. *Pugna qua primum inter Persas*] Optimi codices ita legunt; *Qua primum inter Persas & Alexandrum pugna fuit nobilis*. Quam locutionem probam esse, norunt qui Latine sciunt.

3. *Olym-*

[3] Olympus (ut incolæ vocant) Myſius. Is flumen Rhyndacum in ea quæ ſequuntur emittit. Circa angues naſcuntur immanes: neque ob magnitudinem modò, ſed ob id etiam mirabiles, quod ubi in alveum ejus æſtus ſolemque fugerunt, emergunt atque hiant: ſupervolanteſque aves, quamvis altè & perniciter ferantur, abſorbent. [4] Trans Rhyndacum eſt Daſcylos, &, quam Colophonii collocavere, Myrlea. Duo ſunt inde modici ſinus. [5] Alter ſine nomine Cion amplectitur, Phrygiæ haud longè jacentis opportuniſſimum emporium: alter, Olbianos. In

3. *Olympus (ut incolæ vocant) Myſius*] In nonnullis exemplaribus vetuſtis *Myſius* eſt, non *Myſius*. Utrumque bene, nam & Μύσιοι & Μυσοὶ vocantur. Hinc Callimachus Hymno in Dianam Μυσῷ ἐν Οὐλίῳπῳ. Non vero recte hæc mutant viri docti, neque enim video quid obſtat, quominus Myſii hunc ſuum montem Olympum Myſium ab excelſitate appellare potuerint, quam quod Ægyptii præcipuum quem ad mare poſſident montem, Caſium Ægyptium dixerint, ad ſimilitudinem Antiocheni.

4. *Trans Rhyndacum eſt Daſcylos*] Ita omnes libri veteres, ita quoque Plinius. Alii tamen plerique Δασκύλιον urbem hanc vocant, ita etiam exigente analogiæ ratione. Nam à δασκὸς quod idem eſt ac δασὺς, fit appellativum Δάσκυλος, quomodo cum alii, tum etiam Gygis pater vocabatur. Inde Δασκύλιον. Vulgatam tamen lectionem retineo, nam ut alibi oſtendimus, innumeræ urbes utramque habeant terminationem. Δασκίλη quoque κώμη erat in oppoſita continente prope Cardiam, cujus meminit Pauſanias & Athenæus. Verum illa nihil ad hanc.

5. *Alter ſine nomine Cion amplectitur*] Mirum poſſit videri, cur *ſine nomine* dixerit, cum tamen alii omnes Cianum vocent hunc ſinum, ita dictum à Cio, uti

In promuntorio fert Neptuni fanum, in gremio Aſtacon, à Megarenſibus conditam. [6] Deinde priores terræ iterum jacent, exiturique in Pontum pelagi canalis anguſtior. Europam ab Aſia ſtadiis quinque diſterminat Thracius (ut dictum eſt) Boſporus. Ipſis in faucibus oppidum, in ore templum eſt. Oppidi nomen Chalcedon, autor Archias Megarenſium princeps: [7] templi numen Iupiter, conditor Iaſo. Hic jam ſeſe ingens

R 2 Pon-

uti ſequens Olbianus ab Olbia oppido. Verum *ſine nomine*, hic accipiendum eſt pro *ignobili*.

6. *Deinde priores terræ iterum jacent*] Et hæc quoque perperam mutant viri docti. *Iacent* hic, ut ſæpe alibi, pro *adjacent*. Primo Europa Aſiæ adjacet ad fretum Helleſponti, ut jam ſuperius monuit. Hic jam dicit priores illas terras, nempe Europam, iterum adjacere.

7. *Templi numen Iupiter, conditore Iaſone*] Omnes veteres libri legunt, *Iaſo*. Omnino ſcribendum erat, *conditor Iaſo*. Iaſo pro Iaſon, ut ſupra Aſcalo pro Aſcalon, Tarraco pro Tarracon, & ſexcenta hujuſmodi. Quod autem Iaſonem templi hujus conditorem faciat, in eo alios ſecutus eſt auctores, quam quos hodie habemus. Plures Phryxum aut Phryxi poſteros, templi hujus conditores faciunt. Apollonius Argonautas quidem Aram hic ædificaſſe ait, verum non Iovi, ſed duodecim diis.

Ἐκ δὲ τόθεν μακρήεσσι δυώδεκα δωμήσαντες
Βωμὸν ἁλὸς ῥηγμῖνι πέρην.

Timoſthenes Argonautas ſoli Neptuno aram collocaſſe ait. Sane præter illud templum in quo duodecim dii συμβωμοι colebantur, etiam alia illic fana exſtructa olim fuere, Jovi nempe, & Neptuno, & Dianæ, niſi potius exiſtimandum ſit, idem illud Jovis Οὐλίου fanum diverſis temporibus diverſis quoque fuiſſe appellatum nominibus. Ptolemæus ἱερὸν Ἀρτέμιδος hic nominat. Diſplicet hoc Salmaſio in Solinianis, ideoque legendum eſſe dicit; ἱερὸν Διὸς Οὐλίου. Quantumvis gravibus auctorum ulceribus facile aliquis hoc pacto poſſit mederi. Sed profecto nullum hic ulcus latet; nam

Pontus aperit [8] (nisi quà promuntoria sunt) huc atque illuc longo rectoque limite extentus, sinuatus cætera. Sed quà contra minus; quà ad lævam & dexteram abscessit, mollibus fastigiis, donec angustos utrinque angulos faciat, inflectitur, ad formam Scythici arcus,

nam, ut diximus non in re, sed saltem in nomine discrepant inter se auctores, & alii quidem duodecim deorum Templum, alii Jovis Urii tantum, Plinius & Aristides Neptuni hic fanum, collocant, Ptolemæus Dianæ. Miror quod non & Neptunum & cæteros deos deasque ejecerit ex hoc templo, & solum tantum flare jusserit Jovem Οὔριον. Quod autem putat Marcianum Heracleotam, qui pleraque ex Ptolemæo desumsit, hanc suam conjecturam confirmare, cum ait, ἀπὸ Διὸς Οὐρίου εἰς Ῥῆβαν στόμιον σταδίους ψ', & tum quoque peccat. Falsum namque hæc verba Marcianum Heracleotam ex Ptolemæo hausisse, aut illo hic usum fuisse duce. Ipse in præfationibus fatetur se nihil Ptolemæo debere in descriptione maris interni, sed in plerisque secutum se esse Artemidorum. In duobus prioribus libris, quibus Oceani orientalis & occidentalis πεῖσιν absolvit, ubique non sequitur tantum, sed pene descripsit Ptolemæum. Tertius Marciani liber, quem tamen seorsim edidit, continebat descriptionem maris interni, in illo unum fere secutus est Artemidorum Ephesium, ut ipse fatetur. Istius libri exiguum tantum supereſt fragmentum, quod si quis conferat cum Ptolemæo, tantam inveniet differentiam, ut major esse non possit.

8. *Nisi qua promuntoria sunt, longo rectoque limite extentus*] In quibusdam libris scriptum reperitur, *tramite*. Qui sequitur locus, is valde exercuit eruditos. Ita concipitur in omnibus antiquis libris; *Sed quia contra minus, qua ad lævam & dextram abscessit.* Una tantum redundat litera, scribendum enim; *Sed qua contra, minus.* Perpetuus is est librariorum in hoc autore error, ut *quia*, scripserint, pro *qua*. Dicit vero Mela, Pontum qua contra abscedit, hoc est, ad Κεῖον μέτωπον, minus sinuari, quam ad dextram & ad lævam, illic enim in angustos definere angulos. Attamen si alios audiamus, nullos acutos facit angulos mare istud, & si verum sit Scythicos arcus τροχοειδεῖς fuisse, & pene in circulum curvatos, jam nullus talibus angulis locus super-

cus, maximè incurvus, [9] brevis, atrox, nebu-

supereſt. Sed videamus quænam Scythicorum & Parthicorum arcuum, forma fuerit: eandem enim illis tribuit Ammianus Marcellinus. Agatho Tragicus in Telepho apud Athenæum, cum rusticum literarum imperitum introducit, qui Thesei nomen describit, ita id facit;

Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μεσόμφαλος κύκλος
Ὀρθοῖτε κανόνες ἐζυγωμένοι δύο.
Σκυθικῷ δὲ τόξῳ τρίτον ἦν ἀσθενοφερές.

Ita legendi hi versus. Existimant autem viri docti tertiam hanc literam in nomine Thesei, quæ est σίγμα, ita pinxisse vetustiores Græcos, quemadmodum C Latinum. Verum omnino eos errare existimo. Quamvis enim non ignorem ita hanc literam expressam fuisse olim, in antiquioribus tamen monumentis aliter pingitur, hoc nempe modo Ϲ. Hæc figura convenit ἑλικτῷ βοσπόρῳ, cui literam istam comparat alter poëta apud eundem Athenæum. Plane quoque exprimit arcum Scythicum demto nervo. Huic quoque simile faciunt Ponti Euxini latus Boreale, quod à Bosphoro usque Dioscuriada extendit Strabo. Sed rectius Mela, qui nervum arcus à Bosphoro non multum ultra Trapezuntem ait extendi. Reliquum itaque latus efficit arcus cornua, quæ δίπλωι ἐπιστροφὴν habere dicit Strabo, τὸν μὲν ἄνω ἀνεφερεστέραν, τὴν δὲ κάτω βαθυτέραν, quod falsum esset si lunæ corniculatæ instar pingamus τὸ σῖγμα. Ammianus Marcellinus aliam Scythicis arcubus tribuit figuram; *Cum arcus omnium gentium flexis curventur hastilibus, Scythici soli vel Parthici circumductis utrimque introrsus pandis & patulis cornibus, effigiem lunæ decrescentis ostendunt, medietatem recta aut rotunda regula dividente.* Ita concipiendus locus iste; nam regula illa quæ medietatem arcuum distinguebat, non poterat simul esse & recta & rotunda, sed in Scythicis arcubus erat rotunda, in Parthicis vero recta, utinummi & marmora antiqua, ostendunt. Sed plane inhabilis sit futurus talis, qualem hic nobis depingit arcum Ammianus, cujus extima cornua ita contrahuntur, ut iterum pene coëant. Nervi enim initium constituit Halyos fluminis ostium, quod si faciamus jam nulla nervi ad arcum fuerit proportio. Sed si cum Mela nervi initium statuamus ad Trapezuntem, jam veram arcus Scythici formam habebimus.

9. *Brevis atrox, nebulosus*] Pintianus & alii hic legendum cen-

nebulosus, raris stationibus, non molli neque arenoso circundatus littore, vicinus aquilonibus, & quia non profundus est, fluctuosus atque fervens. Olim ex colentium sævo admodum ingenio Axenus, post commercio aliarum gentium mollitis aliquantum moribus, dictus Euxinus. In eo primum Mariandyni urbem habitant, ab Argivo (ut ferunt) Hercule datam. Heraclea vocitatur: id famæ fidem adjecit. Juxta specus est Acherusia, ad Manes (ut ajunt) pervius, atque inde extractum Cerberum existimant. Tum Tios oppidum, Milesiorum quidem colonia, sed jam soli gentisque Paphlagonum. Quorum in

censent, *brevibus atrox*; verum & hic eum sua fefellit ratio. *Brevis* enim hic vocatur *Pontus* non ob spatium, sed ob frequentia brevia. Ita Tacitus lib. XIV. *breve littus* dixit, ubi de Paulino Suetonio agit. Similiter Græci non tantum τὰ βραχέα vocant marium brevia, sed & ipsum mare vocant breve βραχεῖαν θάλασσαν. Stephanus Grammaticus, Βραχεῖα, ὅτι ἡ Ἀραβικὴ θάλασσα καλεῖται. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ βραχέα εἶναι πολλά. Verum non Arabicum tantum, sed & Æthiopicum mare βραχεῖαν θάλασσαν dixere. Inepti homines apud Ptolemæum Τραχεῖαν substituerunt θάλασσαν, ubi scribit mare quod ad Raptum est promuntorium vocari Τραχεῖαν θάλασσαν, ἀπὸ τοῦ βραχέα. Sed recte apud Marcianum lib. I. qui totus, uti & secundus, ex Ptolemæo desumptus est, Βραχεῖα θάλασσα vocatur. Verum id esse vel unus hic testabitur locus anonymi auctoris, cujus quia ineditus est, adscribam verba; Μετὰ δὲ τοῦτο προσώδη ὡς πρὸς ἄρκτους ἡ βραχεῖα κεῖται θάλασσα, ἡ δὲ ἀπὸ βραχ-

in littoribus penè mediis promuntorium est Carambis. Citra Parthenius amnis, urbesque Sesamûs & Cromna, [10] & à Cytisoro Phryxi filio posita Cytoros. Tum Cinolis, Anticinolis, & quæ Paphlagoniam finit Armene. Chalybes proximi urbium clarissimas habent Amisson & Sinopen, Cynici Diogenis patriam: amnium Halyn & Thermodonta. Secundum Halyn [11] urbs est Lycasto: ad Thermodonta, campus, in eo fuit [12] Themis-

βραχύτητα δὲ μεγέθους, ἔστι δὲ μεγίστη, τοῦτο τετύχηκε ὀνόματος, ἀπὸ τοῦ τὰ ἐν αὐτῇ βραχέα. Τοὺς δὲ ἀμπώτεις γινέσθαι καλεῖ μεγίστας καὶ μὴ ἀνήμερον μεταβάλλειν, ἀλλ' ἐπὶ πολὺν ἀναχωρεῖν χρόνον τὸ ὕδωρ, καὶ τοὺς ῥαχίας μετὰ τὴν ἀναχώρησιν ἀναξηραίνεσθαι, ὥστε τοὺς πολίτας εἰ βουληθείησι ποτὲ τοῦτο πάθοι, διασκευάσαντας τὸ πλοῖον ἀναβαίνειν καθάπερ εἰς ἤπειρον.

meliores libri, & sic legendum esse recte vidit Pintianus. Inepta sunt aliorum commenta. Sequentia etiam ex fide meliorum librorum correximus, quæ perperam ab aliis fuerunt immutata.

10. *Et à Cytisoro Phryxi filio*] Ita veteres libri, ita quoque Herodotus, Apollonius & alii quidam, quapropter nihil mutandum. Mox legendum, *Tum Cinolis, Anticinolis & quæ Paphlagoniam finit Armene.* Ita fere

11. *Urbs est Lycasto*] Cum ita sit in omnibus libris, retinendam existimo hanc lectionem, quamvis aliis Lycastos vocetur hoc oppidum. Sed utrumque rectum Λύκαστος & Λυκαστώ, ut Βῆθος & Βηθώ, & similia. Non oppidi tantum, sed & fluminis Lycasti meminit Marcianus Heracleota lib. III. qui totus ex Artemidoro Ephesio desumptus est. Sed perperam illic Λάκυστος vocatur. Mox in veteribus libris legitur *à Thermodonta.* Unde fecimus *ad Thermodonta.*

12. *Themiscyrum oppidum*] Legendum, *Themiscyrium oppidum.* Regio sive campus Themis-

miſcyrium oppidum. [13] Fuere & Amazonum caſtra, & ideo Amazonium vocant. Tibareni Chalybas attingunt, quibus in riſu luſuque ſummum bonum eſt. [14] Ultra Moſſyni turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignant, propatulo veſcuntur, promiſcuè concumbunt & palàm. Reges ſuffragio deligunt, vinculiſque & arctiſſima cuſtodia tenent: [15] atque ubi culpam pravè quid imperando meruere, inedia diei totius afficiunt. Cæterum aſperi, in-

miſcyra vocatur. Hinc Θεμισκύρεια πόλις Stephano & Θεμισκύρειον ἄκρον Apollonio & aliis. Tralative tamen ipſum oppidum Themiſcyra nominatur.

13. *Fuere & Amazonum caſtra: ideo Amazonum vocant*] Inepta lectio. Vera eſt Scriptorum codicum lectio; *& ideo Amazonium vocant.* Ita Plinius, & alii. Sed & ipſa ratio ita legendum eſſe monet.

14. *Ultra Tibarenos* Μοσσύνοικοι *turres ligneas ſubeunt*] Et hæc quoque depravata ſunt ab indoctis. In quibuſdam libris legitur; *Ultra Tibarenos Maſſyni.* In pluribus vero; *ultra Carambin Maſſyni.* Neutrum bene. Carambin promuntorium jam ſuperius memoravit, abeſtque quam longiſſime à Moſynœcis. Scripſit Mela; *Ultra Moſyni turres ligneas ſubeunt.* Paſſim in Pomponio, ubi *ſupra, ultra,* ſimiliàque occurrunt vocabula adverbialiter poſita, in præpoſitiones mutata ſunt ab ineptis hominibus, addito aliquo accuſativo, aut mutato ſequenti nomine. Male quoque hic Moſynœcos reponunt pro Moſynis; utrumque enim rectum. Sic Scylax, Nicolaus Damaſcenus, Plinius & alii.

15. *Atque ubi culpam prave imperando meruere*] Addenda eſt vocula, *prave quid imperando,* quam omnes libri veteres agnoſcunt. Ita etiam Apollonius;

Σχέτλιοι ἦν γάρ πεπὶ λιμοδύων ἀλίπλων,
Λιμῷ μὲν κεῖνοι ἦμαρ ὀπιπλείσαντες ἔχεσκον.

Etiam ob minima delicta unius diei fame regulos ſuos excruciabant Moſſynœci: ſed vero ſi gravius peccaſſent, omnino eos fame enecabant. Atque hic quidem

inculti, pernoxii appulſis. Deinde minus feri (verum & hi inconditis moribus) Macrocephali, [16] Bechiri, Buzeri. Raræ urbes: Cerafûs & Trapezûs maximè illuſtres. Inde is locus eſt, ubi finem ductus à Boſporo tractus accipit, [17] atque inde ſe in ſinu adverſi littoris flexus attollens anguſtiſſimum Ponti facit angulum. Hîc ſunt Colchi; hîc Phaſis erumpit; hîc eodem nomine quo amnis eſt à Themiſtagora Mileſio deductum oppidum. Hîc Phryxi Templum, & lucus, fabula vetere pellis aureæ nobilis. Hinc orti montes longo ſe jugo, & donec Rhipæis conjungantur, ex-

S por-

dem videtur ſenſus eſſe verborum Apollonii, quæ rectè interpretatus eſt Mela, licet contrarium exiſtiment Pintianus, aliique viri magni, qui graviſſime eum erraſſe putant, ac λιμῷ ἔχεσκεῖν ἦμαρ ita reddendum eſſe cenſent, *fami eum enecandum tradunt illo die.* Sed vero interpretatio Melæ, ut facilior, ita quoque verior. Porro locus hic diſtinctione egebat, quæ & huic & ſequentibus locis, non parum adtulit luminis.

16. *Bechiri, Buzeri*] Hæc lectio proxime accedit ad veterum codicum ſcripturam. Utrumque vero rectum eſt, Bechires & Bechiri, Buzeres & Buzeri, uti quoque Plinius. Sane Grammatici notant utrumque rectum eſſe Βέχιρες & Βέχειρος. Sic Zenobius in paroemiis; Βέχειρος ἐὰν ἀπὸ νόσου σωθῶσι, κυσὶν ἐωλὸς ὀφθαλμοῦσιν. Male vulgo Βαχχείριοι. Uſitatius tamen Βέχιρες & Βέχιρες. Perperam apud Stephanum vocantur Βέρεξ pro Βέχιρες. Βέρεξ ἔθνος μεταξὺ Ἰνδίας καὶ Αἰθιοπίας, ὡς Τιμοχάρης ὁ Ἀδραμυττηνός. India enim & Æthiopia regiunculæ etiam ad Pontum Euxinum circa hunc tractum erant ſitæ, uti nos alibi docuimus.

17. *Atque inde ſe in ſinum adverſi littoris flexus adtollens*] Ita reſcripſimus autoribus libris. Iidem quo-

porrigunt: qui altera parte in Euxinum & Mæotida & Tanaim; altera in Caſpium pelagus obverſi, Ceraunii dicuntur. Iidem alicubi Taurici, Moſchi, Amazonici, Caſpii, Coraxici, Caucaſii: ut aliis aliiſve appoſiti gentibus, ita aliis aliiſque dicti nominibus. At in primo flexu jam curvi littoris oppidum eſt, quod Græci mercatores conſtituiſſe, & quia cum cæca tempeſtate agerentur, ignaris quæ terra eſſet cygni vox notam dederat, Cygnum appellaſſe dicuntur. Reliqua ejus, feræ incultæque gentes, vaſto mari aſſidentes tenent, [18] Melanchlæni, Ecrectice, Colicè, Coraxi, Phthirophagi, Heniochi, Achæi, Cercetici, & jam in confinio Mæotidis Sindones. In Heniochorum finibus, Dioſcurias, à Caſtore & Polluce Pontum cum Jaſone ingreſſis: Sindos in Sindonum ab ipſis terrarum cultoribus condita eſt. Obliqua tunc regio, & in latum modicè patens,

quoque legunt, *Ceraſunta* pro *Ceraſuntum*. Utrumque enim rectum eſt Ceraſus & Ceraſuntum, Trapezus & Tapezuntum.

18. *Mœandea, terreſtrea, ſexoli, cecoraxi*] Hæc eſt meliorum codicum ſcriptura, alii paulo aliter. Nos illam quam repoſuimus lectionem veram eſſe arbitramur. Ipſas autem hic provincias nominat, pro incolis. De iiſdem ſimiliter Scylax; Μετὰ δὲ Κολχίδα Κωλικὴ ἔθνος. Colices tamen regionis incolæ Coli dicuntur, & ſic ipſe Mela inferius. Ἑκηπλικὴ vero à Græcis videtur appellatus fuiſſe tractus ille Colchidis inacceſſus, & præruptis undique montibus cinctus, ut

tens, inter Pontum paludemque ad Boſporum excurrit: [19] quæ duobus alveis in lacum & in mare profluens, Corocondamam peninſulam reddit. Quatuor urbes ibi ſunt, Hermonaſſa, Cepæ, Phanagoria, & in ipſo ore, Cimmerium. Hâc ingreſſos lacus accipit longè latèque diffuſus; quà terras tangit, incurvo circundatus littore: quà mari propior

S 2

ut vel nomen ipſum oſtendit. Meminit hujus regionis Ptolemæus & Plinius.

19. *Quæ duobus alveis in lacum & in mare profluens Corocondamam pene inſulam reddit*] Mirum in modum locum hunc depravare conatus eſt Pintianus, cum tamen nihil admodum hic ſit quod offendere poſſit. Re vera enim hîc inſula eſt, non peninſula, ut putat Mela. Tractum enim hunc à continente reliqua ſeparant Corocondamites lacus, & exiens ex eo alveus in Pontum, & præterea Anticites flumen per hunc ipſum lacum altero oſtio exiens in Mæotin. Hoc tamen non credit magnus Strabonis interpres, & Strabonem errare putat; nam ſic neceſſe eſſet inquit, Anticitem ſubterlabi illa flumina, quæ Ptolemæus collocat inter hunc lacum, & Anticitem. Sed eſt error ipſius Ptolemæi, qui Anticitem vel Anticitem multo facit ſeptentrionaliorem quam debuerat, uti nos ad Ptolemæum demonſtravimus. Porro ἀπορρὼξ illa Anticitæ vocatur quoque Hypanis, ut non tantum ex Strabone, verum etiam ex Stephano ſatis colligere eſt. Affirmat enim autoritate Alexandri Polyhiſtoris Hypanim duobus alveis & in Pontum, & in Mæotin effluere. Recte itaque νῆσον ἀπειρησίην Dionyſius vocat hanc Sindicæ partem, cum undique aut flumine, aut lacu, aut mari ambiatur. Ineptè vero Euſtathius hæc Dionyſii verba de Taurica Cherſoneſo interpretatur. Sequitur enim apud Dionyſium:

Ἧς ἐπὶ Φαναγόρη τε πόλις ἠύκτιτος Ἑρμώνασσα.

Hæ enim urbes non in Taurica peninſula, ſed vero in Sindorum ſita erant inſula. Recte itaque auctor ille, quem pueri olim cum Scylace edidimus, Sindicam vocat inſulam. Qui vero peninſulam vocant tractum hunc Boſporanum, illi aliter accipiunt. Intelligunt nempe totam illam oram quæ inter Pontum & Mæotim ad Boſporum uſque excurrit,

pior est (nisi ubi aperitur) [20] æquali margine obductus, citra magnitudinem, prope Ponto similis. Oram quæ à Bosporo ad Tanaim usque deflectitur, Mæotici incolunt Toreatæ, Arrichi, Phicores, & ostio fluminis proximi Examatæ. Apud eos easdem artes fœminæ quas viri exercent, adeo ut ne militia quidem vacent. [21] Viri pedibus merent, sagittisque depugnant: illæ equestre prœlium ineunt. Nec ferro dimicant, sed quos laqueis intercepere, trahendo conficiunt. Nubunt tamen: verum ut nubiles habeantur, non in ætate modus est. Nisi quæ hostem interemêre, virgines manent. Ipse [22] Ta-

xit, quæ non Sindicam modo, sed & multas alias gentes complectitur. Errat vero Ammianus Marcellinus lib. XXII. tum quod peninsulam vocet hanc Sindorum insulam, tum vero gravius in hoc, quod eam in Europa collocet, & Dromo Achillis vicinam faciat.

20. *Quasi margine obductus*] Hæc nihil significant, & omnino absurda sunt. Legendum, *æquali margine obductus*. Dicit enim latus Mæotidis superius, & à Ponto Euxino remotius, incurvum esse: rectum vero & æquale esse littus inferius, quod Ponto vicinius est, cui similem facit hanc paludem, quoad formam. Refert itaque arcum Scythicum, de quo jam superius satis diximus.

21. *Viri pedibus merent*] Ita Vaticanus & alii libri veteres. Vulgo inepte, *inhærent*. *Pedibus merere* probum est & Latinum, sic Livius lib. XXIV. aliique autores loquuntur. Porro quod hic feminis Examatarum (sic namque optimi libri, & sic alibi etiam appellantur) tribuit Mela, id Sagartiis viris tribuit Herodotus; Valerius Flaccus vero Auchatis lib. VI.

Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro
Spargere & extremas laqueis adducere turmas.

Non recte vulgo *Anchaces*. De Auchatis infra dicemus.

22. *Ta-*

[22] Tanais ex Riphæo monte dejectus, adeo præceps ruit, ut cum vicina flumina, tum Mæotis & Bosporus, tum Ponti aliqua, 140 brumali rigore durentur, solus æstus hyememque juxta ferens, [23] idem semper & sui similis incitatusque decurrat. Ripas ejus Sauromatæ & ripis hærentia possident. Una

22. *Tanais ex Riphæo monte dejectus*] E lacu, quem vasta undique cingit planities, oritur Tanais. Montes isti Riphæi æque sunt fabulosi, ac Hyperborei. Observatione dignum, in toto septentrione non esse montes qui insignem habeant excelsitatem. Nam quæ de monte Sloto qui sit sub ipso polo, aut aliis in septentrione excelsis narrantur montibus, meræ sunt fabellæ, quibus miror Scaligerum, ac alios sæculi nostri Philosophos, aurem commodavisse. Norwagici montes omnium qui sunt in septentrione altissimi esse creduntur, attamen illorum nullus est, qui ad duorum stadiorum perpendiculum assurgat. In reliquo septentrione raro vel unicum æquant stadium, quantoque polo viciniores fiunt, tanto magis decrescunt. Contra vero torridæ zonæ montes, ac huic vicini, omnium sunt celsissimi. Hujus rei causa hæc est. In regionibus zonæ fervidæ subjectis, ubi nulli sunt montes excelsi qui nubibus caput inserant, ibi etiam nullæ pluviæ usque ad terram perdurant. Sic itaque disposuit naturæ auctor, ut plurimi in calentibus & siccis regionibus montes sint, in quorum sinubus aqua collecta ad terram perveniat, quæ absque illa mortua & inhabitabilis sit futura, ut jam superius monuimus. At vero in frigidis regionibus, ubi non est tantus æstus, ut pluviæ, antequam in terram decidant, consumantur, aut lapsæ deficiant; ideo opus non fuit tam vastas erigere moles, ad aquam tam alte excipiendam, quæ etiam absque illis satis copiose, & quandoque nimium descendit. Hinc fit ut in septentrione flumina non è montibus, sed è lacubus & aquis in plano stagnantibus plerumque profluant, quod in regionibus fervidis aut nunquam, aut quam rarissime, contingit.

23. *Idem semper & sublimis incitatusque decurrat*] Libri manu exarati legunt *sublimilis*. Scripsit Mela *sui similis*, uti reposuimus.

na gens, aliquot populi, & aliquot nomina. [24] Primi Mæotici γυναικοκρατέμφυοι: regna Amazonum. Fœcundos pabulo, at alia ſteriles nudoſque campos tenent Budini. Geloni urbem ligneam habitant. Juxta Thyſſagetæ Turcæque vaſtas ſylvas occupant, alunturque venando. Tum continuis rupibus, latè aſpera & deſerta regio, ad Arymphæos uſque permittitur. His juſtiſſimi mores; pro domibus nemora: alimenta baccæ, & maribus & fœminis nuda ſunt capita. Sacri itaque habentur: adeoque ipſos nemo de tam feris gentibus violat, ut aliis quoque ad eos confugiſſe, pro aſylo ſit. Ultra ſurgit mons Rhipæus, ultraque eum jacet ora quæ ſpectat Oceanum.

24. *Primi Mæotici γυναικοκρατέμφυοι*] *Mæotidæ* reſcripſimus ſecuti & in hoc veteres pleroſque codices. Mæotides ſunt Amazones, uti omnes norunt; Mæotidæ vero ſunt Mæotarum & Amazonum ſoboles. *Μαιωτίδαι γυναικοκρατέμφυοι* itaque recte dicuntur gentes illæ quibus cum Amazones ſolebant. Plinius vocat hos Amazonum connubia, lib. VI. cap. VII. *Primo Sauromatæ gynæcocratumenti Amazonum connubia.* Ita libri veteres. Male mutarunt, qui non intellexerunt.

Finis Obſervationum ad Librum Primum.

POM-

POMPONII MELÆ

DE

SITU ORBIS

LIB. II.

CAP. I.

SCYTHIA EUROPÆA.

ASiæ in noſtrum mare Tanaimque vergentis, quem dixi, finis ac ſitus eſt. At per eundem amnem in Mæotida remeantibus, ad dextram Europa eſt, modo ſiniſtro latere innavigantium appoſita, ac Rhipæis montibus, nam & huc illi pertinent. Proxima cadentes aſſiduè nives adeo invia efficiunt, ut

[1] ut ultra ne nisum quidem incedentium admittant. Deinde est regio ditis admodum soli, inhabitabilis tamen: quia Gryphi, sævum & pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egestum mirè amant mirèque custodiunt, & sunt infesti attingentibus. Hominum primi sunt Scythæ, Scytharumque, queis singuli oculi esse dicuntur, Arimaspi. Ab eis Essedones usque ad Mæotida. Hujus flexum Buces amnis secat, Agathyrsi & Sauromatæ ambiunt: [2] quia pro sedibus plaustra habent, dicti Hamaxobii. Obliqua tunc ad Bosporum plaga excurrens. Ponto ac Mæotide includitur. In paludem vergentia Satarchæ tenent. In Bosporum Cimmerica oppida, Myrmecion, Panticapæum, Theodosia, Hermisium. In Euxinum mare, Tauri-

rici: super eos, sinus portuosus, & ideo Καλὸς λιμὴν appellatus, promuntoriis duobus includitur. Alterum Κριοῦ μέτωπον vocant, Carambico, quod in Asia diximus, par & adversum: Parthenion alterum. [3] Oppidum adjacet Cherronesus, à Diana (si creditur) conditum, [4] & Nymphæo specu, quod in arce ei sacratum est, maximè illustre. Subit tum ripam mare, & donec quinque millia passuum absit à Mæotide, refugientia usque subsequens littora, [5] quoad Satarchæ & Taurici, peninsulam reddit. Quod inter paludem & sinum est, Taphræ nominatur. Sinus Carcinites. In eo urbs est Carcine: [6] quam duo

T

1. *Ut ultra ne visum quidem incedentium admittant*] In quibusdam libris veteribus *incedentium* legitur. Sed ne sic quidem locus hic satis expurgatus fuerit. Quapropter sic legendus & distinguendus; *Proxima cadentes assidue nives adeo in via efficiunt, ut ultra ne nisum quidem incedentium admittant.* De Pterophoro regione loquitur, quam inquit ne pedum quidem nisum admittere. Herodotus lib. IV. nec incessum, nec visum ad hanc patere scribit; sed alterum tantum expressisse Mela videtur.

2. *Quia pro sedibus plaustra habent, dicti Amaxobitæ*] In optimis nostris libris *Amaxobiæ* legitur, omnino recte pro *Amaxobii*. Ἁμαξοβίους quod sciam nemo istos populos vocavit. Sed vel Ἁμαξοβίους vel Ἁμαξίους vel Ἁμαξοφορήτους appellant; alterum vero non videtur satis esse Græcum. Porro quod hic pro *sedibus* viri docti rescribant *adibus*, in eo quoque illos fugit ratio, cum & istud rectum sit. Sic etiam locutus Sallustius apud Porphyrionem & Acronem Horatii interpretes de iisdem populis. *Scythæ Nomades tenent, quibus plaustra sedes sunt.*

3. *Oppidum adjacet Cherronesus*] In antiquis plerisque quos vidi codicibus *Cherrone* vel *Cherſone* legitur. Notum est hanc Tauricæ civitatem Χερρόνησον dictam fuisse à posterioris ævi Græculis, antiquiores tamen tam Græci, quam Latini, constanter Chersonesum vocant. In actis S. Clementis Papæ, Cherson similiter vocatur urbs ista. Verum, ut detur, acta illa esse vetustissima, non tamen priora sunt ævo Diocletiani: meras enim continent fabellas. Nam quod illic dicitur S. Clemens in exilium esse missus à Trajano Imperatore, id falsissimum est, cum primo Titi Imperatoris anno illuc relegatus sit, ut nos alibi ostendimus.

4. *Et Nymphæo specu quod in arce ei sacratum est*] Ita emendavimus. In veteribus enim libris legebatur *eis nymphis*, in quibusdam vero etiam plane aberat τὸ *nymphis*.

5. *Quæ Satarchæ & Taurici tenent*] In omnibus antiquis codicibus quibus usus sum ita legitur; *quod Satarchæ & Taurici*. Unde fecimus, *quoad Satarchæ & Taurici*.

6. *Quam duo flumina Gerros & Hypacyris*] Recte in veteribus *Hypa*.

duo flumina, Gerros & Hypacaris, uno oſtio effluentia attingunt: verum diverſis fontibus, & aliunde delapſi. Nam Gerros inter Baſilidas & Nomadas, Hypacaris per Nomadas evolvitur. Sylvæ deinde ſunt, quas

Hypacaris vocatur. Sic quoque Herodotus flumen hoc appellat lib. IV. quamvis & apud illum ſemel Ὑπάκυρις perperam appelletur cum alibi Ὑπάκυριν recte dictum ſit. Itaque non ex Plinio Mela, ſed vero è Mela emendandus eſt Plinius, apud quem *Paciris* perperam legitur. Gerrum vero ſimul cum hoc flumine mare intrare ſcribit quoque Herodotus, & qui eum ſequuntur. Tamen Ptolemæus Gerri oſtia ad Mæotin collocat. Verum errat, ut exiſtimo, licet & ipſe ſuos proculdubio habuerit autores. Mela vero, ut alibi, ita quoque hic ſecutus eſt Herodotum. Sed merito hic lectorem offendere poſſit, quod cum dicat hæc flumina diverſis fontibus, & aliunde delabi, ſtatim ſubdat; *Nam Gerros inter Baſilidas & Nomadas evolvitur.* Quid enim opus eſt dicere ubi Gerros evolvatur, cum jam antea monuerit Gerrum eodem atque Hypacaris oſtio exire? Fontes horum fluminum, non oſtia oſtendere debuerat. Rectius itaque hic legetur *devolvitur* non *evolvitur*. Montibus enim fontibuſque devolvuntur fluvii, evolvuntur vero cum in mare exeunt. Sed hoc leve, illud vero majoris momenti, quod cum duorum fluminum fontes promittat, unum tantum reddat. Vidit hoc etiam magni vir judicii Ferdinandus Pintianus. Viderunt etiam illi qui ante aliquot ſecula Melam tranſcripſerunt. Quapropter extrito proxime ſequentis fluminis Panticapes nomine, Hypacarin repoſuere, totumque locum ita digeſſerunt. *Nam Gerros inter Baſilidas & Nomadas evolvitur, & Hypacaris Nomadas Georgoſque diſterminat. Silvæ deinde ſunt, quas maximas hæ terræ ferunt. Terra tum longe diſtenta excedens, tenui radice litori adnectitur.* Sed præter ordinem Geographicum, qui totus hic turbatus eſt, quem non offendat intempeſtiva illa repetitio vocabuli *terræ*? Omnino aliter ſcripſit Mela. Sic itaque exiſtimo. Quæ omnium fere hiatuum in antiquis ſcriptoribus cauſa eſt, eandem quoque hic fuiſſe, occurſum nempe duarum vocum ſimilium. Cum itaque Nomadas bis hic nominaret, factum eſt ut & hoc vocabulum, & præterea nomen amnis hic exciderit, ita enim prius legebatur; *Nam Gerros inter Baſilidas & Nomadas, Hypacaris per Nomadas devolvitur.* Quam lectionem ut veram non dubitavi textui inſerere. Adeo autem vetuſtum in Mela eſt iſtud mendum, ut jam ſeculo Plinii obtinuiſſe putem. Quum enim alterius fluminis nomen hoc loco deeſſe videret, Hypanim ſubſtituit, inſigni errore, cum Hypanis non illo quo Gerrus, ſed vero iſto quo Boryſthenes oſtio in Pontum effluat. Qui vero in Plinio hoc loco Hypacarin pro Hypani ſubſtituunt, etiam illi errant; hujus enim jam mentionem fecit, cum *Pacyrin* nominat, quem in *Hypacarin* mutandum eſſe ſupra docuimus.

quas maximas hæ terræ ferunt, [7] & Panticapes, Nomadas Georgoſque diſterminans. Terra tum longe diſtenta excedens, tenui radice littori adnectitur. Poſt ſpatioſa modice, paulatim ſe ipſa faſtigat, & quaſi in mucronem longa colligens latera, [8] facie poſiti enſis allecta eſt. Achilles infeſta claſſe mare Ponticum ingreſſus, ibi ludicro certamine celebraſſe victoriam, & cum ab armis quies erat, ſe ac ſuos curſu exercitaviſſe memoratur. Ideo dicta eſt δρόμος Ἀχιλλέως. Tum Boryſthenes gentem ſui nominis abluit, inter Scythiæ amnes amœniſſimus: turbidis aliis, liquidiſſimus defluit placidior quoque quàm cæteri, potarique pulcherrimus. Alit lætiſſima pabula, magnoſque piſces, quibus & optimus ſapor & nulla oſſa ſunt. Longe venit,

7. *Et Panticapes qui Nomadas Georgoſque diſterminat*] *Diſterminant* in veteribus quibuſdam reperi, abeſtque præpoſitio. Facile itaque fuit veram lectionem reddere Pomponio. Nam vulgata hactenus non ſatis cohærebat.

8. *Facie poſiti enſis allecta eſt*] Quidam hic legunt *porrecti*, non *poſiti*. Nempe quia Plinius hanc peninſulam dicit *ad formam gladii in tranſverſum porrectam*. Scio quidem quoad ſitum differre enſem poſitum à porrecto, ſed nonnc

nit, ignotisque ortus è fontibus, quadraginta dierum iter alveo stringit: tantoque spatio navigabilis, secundum Borysthenida & Olbiam, Græca oppida, egreditur. Callipidas Hypanis includit. Ex grandi palude oritur, quam Matrem ejus accolæ appellant: & diu qualis natus est defluit. Tandem non longe à mari, [9] ex parvo fonte, cui Exampeo cognomen est, adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoque jam sui dissimilis & non dulcis hinc defluat. Axiaces proximus intra Callipidas Axiacasque descendit. Hos ab Istricis Tyras separat, surgit in Neuris: quâ exit, sui nominis oppidum attingit. At ille qui Scythiæ populos à sequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quam desinit nomine exoritur. Nam per immania magnarum gentium diu Danubius est: deinde aliter appellantibus accolis, fit Ister, acceptisque aliquot amnibus, ingens jam, & eorum qui in nostrum mare decidunt, tantum Nilo minor, totidem quot ille ostiis, sed

ne eadem manet forma & figura? Porro de situ hujus insulæ plura alibi diximus, quæ nunc non est animus repetere. Vide tamen quæ infra de Leuce dicemus, quam multi cum hac peninsula confundunt.

9. *Ex parvo fonte cui Exampeo cognomen est*] Ita reposuimus, consentientibus libris. In quibusdam codicibus legitur, *ex puro fonte*. Sed alteram lectionem confirmat Herodotus & Jornandes, qui hunc Melæ locum descripsit cap. v. Sed male apud illum legitur, *cui ex Ampheo cognomen*

sed tribus tenuibus, reliquis navigabilibus, effluit. Ingenia cultusque gentium differunt. Essedones funera parentum læti & victimis ac festo coitu familiarium celebrant. Corpora ipsa laniata, & cæsis pecorum visceribus immista epulando consumunt. [10] Capita ubi fabrè expolivêre, auro vincta pro poculis gerunt. Hæc sunt apud ipsos pietatis ultima

T 3 offi-

nomen est pro *Exampeo*. Verum enim hujus fontis nomen est Ἐξάμπαιος. Quemadmodum utrobique apud Herodotum referibendum. Meminit hujus quoque Licentius in carmine ad Augustinum;

Exampeosque lacus fugiens Hypaneius amnis
Callipidum Scythicas resonat spumosus ad undas.

10. *Capita ubi fabre expolivere auro vincta pro poculis gerunt*] Ita omnes quotquot vidi meliores codices, & ita omnino scripsit Mela. Male hæc reformat Pintianus. Neque enim unum secutus est Herodotum auctor noster; habet enim multa ab Ephoro, multa quoque ex Hecatæo & Hellanico. Ut ut vero detur hæc illum ex Herodoto transtulisse, non tamen ideo existimandum Melam hic abire à mente Herodoti. Verba ejus hæc sunt; τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτέου ψιλώσαντες καὶ ἐκκαθήραντες ἀποχρυσοῦσι, καὶ ἐπίσω ἀπὸ ἀγάλματα χρέονται, θυσίας μεγάλας ἐπετείους ἐπιτελέοντες. Ἀγάλματα vero Græci vocarunt non simulacra tantum & icones, verum etiam pocula & vasa rariora & vestes & quascunque alias res. Grammaticus anonymus, qui penes me exstat, vocabulum istud interpretatur, πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει, κἂν τε ἱμάτιον ᾖ, κἂν τε εἰκών. Licet vero ita accipi possint verba Herodoti, aliter tamen arbitror esse capienda, nempe Essedones capita parentum suorum deaurata in sacello aut lararío collocasse, iisque tanquam simulacris honores annuos exhibuisse. Hoc ipsum Panebis Libyæ populo tribuit Damascenus. Πάνηβοι Λίβυες, ὅταν αὐτοῖς βασιλεὺς ἀποθάνῃ, τὸ μὲν σῶμα κατορύσσουσι, τὴν δὲ κεφαλὴν ἀποκόψαντες, καὶ χρυσώσαντες ἀναθέασιν ἐν ἱεροῖς.

11. *Ve-*

officia. Agathyrsi ora artusque pingunt: [11] ut quisque majoribus præstat, ita magis vel minus: cæterum iisdem omnes notis, & sic ut ablui nequeant. Satarchæ auri & argenti maximarum pestium ignari, vice rerum commercia exercent. Atque ob sæva hyemis admodum assiduæ, demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant, totum braccati corpus: & nisi quà vident, etiam ora vestiti. Tauri, Iphigeniæ & Orestis adventu maxime memorati, immanes sunt moribus, immanemque famam habent, solere pro victimis advenas cædere. Basilidis ab Hercule & Echidna generis principia sunt, mores regii, arma tantum sagittæ. Vagi Noma-

11. *Ut quisque majoribus præstat, ita magis vel minus*] Male hunc locum vexavit Salmasius, quia non intellexit. Ita enim accepit, ac si *majoribus* construendum esset cum *notis*. Sed vero *majoribus præstare*, hic est, *genere præstare*. Quis enim nescit, majores passim accipi pro parentibus? Vide tamen & mirere, quam magni sæpe viri in lævissimis hæreant rebus. Idem porro, quod hic Mela, tradit etiam Solinus & ex eo Ammianus Marcellinus. Sed quem interpres ejus Salmasius, eundem quoque errorem commisit Solinus, cum ita male verba Melæ accepit, ut putarit Agathyrsos artus pingere iisdem omnes notis, sed majoribus, ut quique præstant. Sed si majoribus, quomodo iisdem? Manifeste ex Mela colligi potest nullam fuisse differentiam inter notas plebejas & nobilium quoad magnitudinem. Sed vero differentia in eo erat, quod vulgus raras, generosiores vero crebras ac magis fucatas notas haberent. Adscribam Dionis Chrysostomi locum, qui unice id quod dixi adfirmat; Τί δὲ οὐ Θρῄκης γέγονας; ἔφυγε. Εὐρήσεις ἐν σοὶ τοὺς ἐλευθέρους στιγμάτων μεστούς, καὶ τοσούτῳ πλείονα ἔχοντας στίγματα καὶ ποικιλώτερα, ὅσῳ ἂν βελτίους καὶ σὺ βελτίονων

Nomades pecorum pabula sequuntur, [12] atque ut illa durant, ita diu statam sedem agunt. Colunt Georgi exercentque agros. Axiacæ furari quid sit ignorant: ideoque nec sua custodiunt, nec aliena contingunt. Interiu habitantium ritus asperior, & incultior regio est. Bella cædesque amant: mosque est bellantibus, cruorem ejus quem primum interemerunt, ipsis è vulneribus ebibere. Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur eximius. Cæterum expertem esse cædis, inter opprobria vel maximum est. Ne fœdera quidem incruenta sunt; fauciant se qui paciscuntur, [13] exemptumque sanguinem ubi permiscuêre, degu-

Λύδων δοκεῖσι; Ex quo loco adparet etiam morem illum latius patuisse; cum non tantum apud Agathyrsos Scythas, verum etiam apud Thressas obtinuerit. Ipsum hoc etiam docent Herodotus, Plutarchus, Athenæus, alii.

12. *Atque ut illa pecorum durant, ita diu statam sedem agunt*] In quibusdam vetustis libris *pecori*, in aliis aliter legitur. Sed manifestum glossema est imperiti librarii, qui reperendam eam vocem existimabat.

13. *Exemtumque sanguinem ubi permiscuere degustant*] Minuti quidam critici legunt hic *ubi vino permiscuere*. Nempe quia ita Herodotus, quasi vero non & multa alia illic habeat Herodotus, quæ non habet Pomponius. Nihil hic mutandum, Scythæ isti, de quibus hic agit auctor noster, mutuum sanguinem exemptum è vulneribus permiscebant, atque eum invicem sorbebant, cum societatem inirent. Mos autem iste non apud varios tantum Scythiæ populos verum etiam apud Lydos, Medos, Armenios & Iberos obtinuit. De prioribus illis Herodotus ait, libro primo, ἐπεὰν τοὺς βορχανίους ἐπιτάμωνται ἐς τὴν ὁμοροσίην τὸ αἷμα ἀναλείχουσι ἀλλήλων. Inepti

guſtant. Id putant manſuræ fidei pignus certiſſimum. Inter epulas quot quiſque interfecerit referre, lætiſſima & frequentiſſima mentio: [14] biniſque poculis, qui plurimos

Inepti ſunt qui ἐμῤῥοΐσιν hic reponunt. Interpretatione, non vero emendatione, locus hic indiget. Joſephus Scaliger in commentariolo ad Hippocratem de vulneribus capitis ὀμηχθείη interpretatur interiorem curvaturam brachii, qua contingunt ſe partes duæ interiores brachii, cum angulum faciunt. Itaque ſic vertendum eſſe exiſtimant; *Inciſis ad interiorem curvaturam brachiis, alter alterius ſanguinem delingit.* Sed non exinde, verum e digitis ſanguinem eliciebant gentes iſtæ. Tacitus Ann. XII. *Mos eſt regibus quoties in ſocietatem coeant, implicare dexteras, polliceſque inter ſe vincire, nodoque perſtringere. Mox ubi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt: id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum.* Valerius Maximus lib. XI. *Sariaſter adverſus Patrem ſuum Tigranem Armeniæ Regem ita cum amicis conſenſit, ut omnes dextris manibus ſanguinem mitterent, atque eum invicem ſorberent.* Sed & Lucianus in Toxari, ἐνσφαγέντες τὰς δακτύλους, ἐπιγαλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα. Rectius itaque hoc loco ὀμηχθείην interpretaberis mutuum cutis contactum, nempe locum qua ſe contingebant dextræ invicem implexæ & colligatæ. Porro hic Melæ locus non expreſſus eſt, ex illo quem adtulimus Herodoti, verum ex altero qui extat Melpomene, quem & ipſum perperam corrigunt. Ἐς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον ἐγχέαντες, αἷμα συμμίσγεσι τῶν τε ὅρκια ποιευμένων, τυψάντες ὑπέαπ ἢ ἐπιπαμένες μαχαίρῃ ἢ σώματος. Ὑπέαπ quid ſit neſciunt viri eruditi, ideoque σπείθη reponunt. Sed omnino ὀπέαλ legendum eſt. Ὄπεας eſt ſubula, idem nempe quod Ὀπήϊον. Exſtat hoc vocabulum etiam apud Pollucem lib. X. Ubi cum σκυτοτόμων inſtrumenta recenſet, ait; ἡμὴ ὄπεας ἡμὴ ὀπήϊον εἰρῆται ὑπὸ Νικάνδρου Κολοφωνίου. Male enim hoc loco ὀπέας legunt, tanquam ſi eſſet ab ὀπδύς, quod Græcum non eſt. Singulare enim eſt ὄπεας, ὀπεατος.

14. *Biniſque poculis qui plurimos retulere perpotatis interlocantur*] Locus inquinatiſſimus, & qui mirifice viros doctos exercuit. Veterum codicum meliorum hæc eſt ſcriptura, *inter locantes honos præcipuus eſt.* Salmaſius duas proponit conjecturas, quarum neutra placet. Sed & ipſe priorem repudiat, & alteram probat, quæ talis eſt: *biniſque poculis qui plurimos retulere, perpotatis interjugatim, honos præcipuus eſt.* Verum hæc lectio neque Latina eſt, neque cohæret, neque cum verbis Herodoti convenit. Omnino verum eſt quod paſſim oſtendimus; Melam non tinum ſecutum eſſe Herodotum. Uti multa omiſit, ita quoque non pauca habet quæ fruſtra apud alterum quæras. Si ad hoc adtendiſſent viri eruditi, longe facilius veram eruiſſent lectionem, quæ hæc eſt; *biniſque poculis, qui plurimos retulere, perpotant. Is inter Auchetas honor præcipuus eſt.* Recte vero Auchetas ſive Auchatas conjungit Mela cum Androphagis, & Gelonis. Namque hæ gentes vicinæ ſibi invicem erant ad Hypanim, qui apud Auchetas oriebatur, teſte Plinio & Solino. Conjungit quoque illos Herodotus. Hujus gentis meminit etiam Valerius Flaccus, uti ſupra monuimus.

15. *Apud Anthropophagos*] Ita libri veteres. In uno tantum codice reperi *Androphagos.* Quod verum puto, & ſic hoc ipſo loco Herodotus. Sed alterum quia uſitatius, repoſuiſſe videntur librarii. Idem ſtatim poſt *Melanopharos* in *Melanchlænos* reformarunt, neſcientes hos populos recte quoque Μελανοφάγους poſſe nominari. In quibuſdam exemplaribus diſerte ita ſcribitur. Herodotus tamen & alii, Melanchlænos vocant, excepto Ammiano Marcellino lib. XXXI. qui *Melanchitonas* eos appellaſſe videtur, non Melanchlænos, ut vulgo: vetus quippe lectio eſt Melanchinas. Niſi cum *Melanchlænos* potius ſcripſiſſe exiſtimemus.

16. *Neuris ſtatum ſingulis tempus eſt*] Non omnibus Neuris idem eſt tempus quo teſe in lupos transformem, ſed unicuique

mos retulêre, perpotant. Is inter Auchetos honos præcipuus eſt. Pocula ut Eſſedones parentum, ita inimiciſſimorum capitibus expoliunt. [15] Apud Anthropophagos ipſæ etiam epulæ viſceribus humanis apparantur. Geloni hoſtium cutibus equos ſeque velant: illos, reliqui corporis, ſe capitum. Melanchlænis atra veſtis, & ex ea nomen. [16] Neuris ſtatum

V ſingu-

singulis tempus est, quo si velint, in lupos, 135 iterumque in eos qui fuere, mutentur. Mars omnium Deus; [17] ei pro simulacris enses & cinctoria dedicant, hominesque pro victimis feriunt. Terræ latè patent, &, ob exceden-

que statum est tempus μετεμψυχώσεως suæ. Verum si Herodotum sequamur; legendum erit, *singulis annis*. Nihil tamen hic mutandum esse existimo; nam, ut sæpius diximus, non unum sequitur Herodotum. Porro de Neuris omnes conveniunt præter Valerium Flaccum, qui Neuris tribuit, id quod alii aliis Scytharum populis, cum & illos & Jazyges scribit parentes suos devorare lib. VI.

——— Et raptor avorum
Neurus, & expertes canentes
Jazyges ævi.

Non rectè vulgò legitur, *& raptor amorum Neurus*, nec meliora sunt illa quæ viri eruditi substituunt. Pluribus vero gentibus mos iste adscribitur, non tantum diversis Scytharum populis, verum etiam Indis & Sardis, teste Æliano. Verum hi posteriores rapiebant tantum & occidebant parentes senio confectos, non vero comedebant. Sed utrumque fecere Indi illi qui in regno Siam ac adjacentibus quibusdam insulis habitant. Apud hos enim arbori imponebantur parentes ac propinqui ægri aut ætate provecti, quam deinceps circumsistentes juniores totis viribus concutiebant. Quod si qui firmiter ramis inhærerent, ii necdum maturi censebantur ad moriendum. In labentes vero tanquam in poma decidua certatim dentibus involabant. Verum de Indis vel ex hoc ipso Mela satis id constat. De Scythis vero adfirmat Sextus Empiricus lib. III. quod parentes ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη γηροβόσκους ἀποφάττουσι. Omnino itaque verum est, ita, ut diximus, scripsisse Valerium Flaccum. Ipse id in sequentibus confirmat, cum eundem morem Jazygibus, quibuscum illos conjungit, adscribit.

17. *Ei pro simulacris enses & cinctoria dedicant*] Ita habent multi libri veteres, & ita omnino rescribendum fuit ut observatum jam Salmasio, & ante illum Ciacconio. In aliis *tinctoria*, quod licet in quibusdam exstet glossariis, ineptum tamen erit vocabulum si pro acinace accipiatur. Rectius aliæ glossæ *tinctoria* βάμματα interpretantur: *Cinctorium* vero ζωνίον. Apud Plinium lib. VII. cap. VII. ita lege ex omnibus libris veteribus. *Tu cujus semper cinctoria est mens.* Mens cinctoria, idem, quod apud Terentium *gladiatorius animus*. Quæ vero cinctoria vocat Mela, ea ἀκινάκας vocat Herodotus. Ammianus Marcellinus libro XXXI. gladium simpliciter nominat. *Gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem regionum quas circumcircant præsulem, verecundius colunt.* Sic lege ex codice Vaticano. Porro non tantum arma, quibus accingimur; verum etiam pars illa corporis, qua cingimur, Marti olim dedicabatur. Nempe ut caput Jovi, pectus Neptuno, aliis vero diis aliæ corporis partes fuere consecratæ, sic Marti ζώνη, pars illa qua cingimur. Noti sunt versus Homeri de Agamemnone;

Ὤμωξεν δὲ κεφαλὴν ἰδὲ κελεύθου
δὶς τερπικεραύνῳ
Ἄρεϊ δὲ ζωνὴν, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

18. *Ut qui habitant lignorum egentes, ignes ossibus alant*] Nihil mutandum. Per ignes hic intellige ignes sacros. Idem prodit Herodotus, & Ælianus de animalibus lib. XII. cap. XXIV.

140 cedentia ripas suas plerunque flumina, nusquam non ad pabula fertiles. Alicubi usque adeo steriles ad cætera, [18] ut qui habitant, lignorum egentes, ignes ossibus alant.

CAP. II.

THRACIA.

HIs Thracia proxima est, eaque à Pontici lateris fronte usque in Illyricos penitus immissa, quà latera agit, Istro pelagoque contingitur. Regio nec cœlo læta
5 nec solo: & nisi quà mari propior est, in-

fœcunda, frigida, eorumque quæ ferantur, malignè admodum patiens. Rarò uſquam pomiferam arborem, [1] vitem frequentius tolerat: ſed nec ejus quidem fructus maturat ac mitigat, niſi ubi frigora objectu frondium cultores arcuere. Viros benignius alit, non ad ſpeciem tamen: nam & illis aſper atque indecens corporum habitus eſt: cæterum ad ferociam & numerum, ut multi immiteſque ſint, maximè ferax. Paucos amnes qui in pelagus evadunt, verum celeberrimos, Hebrum, Neſton & Strymona emittit. Montes interior attollit, Hæmon & Rhodopen, & Orbelon, ſacris Liberi patris, & cœtu Mænadum, Orpheo primum initiante, celebra-

1. *Vitem frequentius tolerat, ſed nec ejus quidem fructus maturat*] Atqui ab aliis celebratur Thracia propter vini præſtantiam. Athenæus lib. I. Ἐπιεικῶς δὲ ἡ Θρᾴκη ἐθαυμάζετο ὡς ἡδύοινος. Sed rectè addidit Mela, infœcundam eſſe Thraciam, niſi qua mari vicina eſt. Univerſum enim hujus regionis littus Græcis erat refertum coloniis; vinaque hic naſcebantur generoſiſſima, Maroneum, Biblinum aliaque, vixque in ulla regione major erat cultus Bacchi, quam in littoralibus illis Thraciæ oppidis, adeo illa paſſim erant πολύοινα. At vero interior tractus, qui proprie Thracia erat, altior & frigidior ora illa quam Græci inhabitabant, vel nullum omnino, vel malignum ſatis producebat vinum. Neque id tam regionis, quam incolentium vitio imputandum eſſe cenſeo; Barbari enim & bellatores erant plerique Thraces, agriculturæ ignari, lacte tantum & pecoribus viventes, aut raptu vicinorum. Vitam illorum breviter ſic deſcripſit Herodotus; Ἄροτρον εἶναι κτήνιστον. γῆς δὲ ἐργάτην, ἄκμητον. τὸ ζῆν δὲ πολέμου καὶ λῃϊσμός, κτήνιστον. Verum non Thracum tantum, ſed & omnium fere regum

lebratos. Ex quibus Hæmus in tantum altitudinis abit, [2] ut Euxinum & Adriam ex ſummo vertice oſtendat. Una gens Thraces habitant, aliis aliiſque præditi & nominibus & moribus. Quidam feri ſunt & ad mortem paratiſſimi, Getæ utique. Id varia opinio perficit; alii redituras putant animas obeuntium: alii, etſi non redeant, non extingui tamen, ſed ad beatiora tranſire: alii, emori quidem, ſed id melius eſſe quam vivere. Itaque lugentur apud quoſdam puerperia, natique deflentur: funera contra feſta ſunt, & veluti ſacra, cantu luſuque celebrantur. Ne fœminis quidem ſegnis eſt animus. Super mortuorum virorum corpora interfici ſimulque ſepeliri, votum eximium habent: & quia plures ſimul ſingulis nuptæ ſunt, cujus

gum principumque circa hoc potiſſimum verſantur ſtudia, ut id populis ſuis perſuadeant. Felices ſunt qui tantum in Philoſophia profecerunt, ut cognoſcant, τὰς τροπὰς εἶναι ἀνηλάτους.

2. *Euxinum & Hadriam è ſummo vertice oſtendat*] Quæ hic dicit Mela ea pro fabuloſis habentur, non tantum à vulgo literatorum, verum etiam à ſummis mathematicis ac geographis, ac inter alios ab ipſo Strabone, qui fieri poſſe negat, ut ex monte Hæmo maria ita cernantur, tum ob immenſum ſpatium, tum quoque quod multi, iique altiſſimi intercedant montes, qui non permittant, ut acies oculorum eo uſque pertingere poſſit. Livius cum Philippum montem illum conſcendiſſe memorat, ut inde Adriaticum mare & Alpes luſtraret, videtur conſentire cum Strabone, dubitat enim de hujus hiſtoriæ veritate. Verum utroque major Polybius, tamquam rem veram prodidit. Itaque non hic moror

motor Strabonis auctoritatem, qui nunquam magis fallitur, quam cum Polybium carpit. Montes non hic obstare, quominus maria illa adpareant, posthea videbimus. Primum moneamus per Geometriæ leges non posse fieri ut tam vastum terrarum spatium oculus contempletur, cum terræ tumor obstet, & visum intercipiat. Distat Pontus Euxinus à mari Adriatico ducta linea per summum Hæmi jugum, centum plus minus & quadraginta Germanicis leucis. Si itaque oculus in medio statuatur, spatium visus ultra septuaginta leucas extendetur. Quod si sit, jam juxta rationes geometricas oportebit ut Hæmi montis perpendiculum trium minimum sit leucarum Germanicarum. Atqui certum est, nullum montem in toto terrarum orbe, nedum in Europa, vel ad unius leucæ Germanicæ perpendiculum in altum exsurgere. Non me fugit Plinium & ex illo Martianum Capellam, Hæmo sex passuum millium, id est sesquileucæ Germanicæ, altitudinem tribuere. Quod licet verum esset, parum ultra quinquaginta leucas Germanicas, sive ducenta passuum millia visus humanus horizontem stringet. Sed nullus, ut diximus, vertex usquam terrarum tam alte extollitur. Necessario hic refractio ad partes vocanda est, quod ut manifestius cognoscatur, operæ pretium est paucis examinare, quid de montium altitudine sentiendum sit, idque eo magis, quoniam video nuperos quosdam homines Caucaso, & aliis quibusdam montibus, aliquot centenum millium altitudinem tribuisse, quod quam absurdum sit, nemo est qui non videat. Quamvis autem multi de montium dimensione multa scripserunt, nescio tamen an aliquis hactenus certum ostenderit modum. Si liber Dicæarchi de hoc ipso argumento exstaret, multum ex eo proficeret vita. Mensuræ enim quas Græciæ montibus tribuit, veritati admodum sunt consentaneæ. At vero recentiores mirum in modum nugantur, cum Atho & alios Græciæ montes decies imo vicies majores faciunt, quam ipsi fecere Græci. Nulla refractionum habita ratione, ex sola triangulorum doctrina putant se omnium eminentiarum posse colligere quantitatem. Verum quam eos ratio sua decipiat facile est ostendere. Nam quod putant, cognito angulo qui est ad oculum, & distantia ad perpendiculum montis, constare quoque perpendiculi quantitatem, in eo multis modis falluntur. In triangulo enim A B C angulus ad B semper recto major est. Itaque perpendicularis C B non recte insistit plano visus A B, nec tota comparet, cum B D sit infra planum visus. Hoc parvi momenti in turribus & vicinis culminibus, cum insensibilis sit terræ tumor in brevi spatio: sed in magnis montibus, quorum semidiameter ad triginta vel etiam quadraginta passuum millia extenditur, multum hinc aufertur ab excelsitate. Itaque quanto mons vel turris longius ab oculo distat,

Pag. 158



distat, tantum rei visæ perpendicularis ad planum horizontis est obliquior. Verum huic paralogo non difficulter possint occurrere ii, qui non sunt omnino geometriæ ignari, nisi refractio obstaret, quæ totam dimensionum rationem turbat. Hæc plane contrarium efficit, cum enim prius omnia declinarent, illa cuncta denuo facit ascendere, & jam horizonte mersa, ad planum visus & etiam altius provehit. Spectantibus itaque ex A vertex montis non in C, sed refractus adparebit in E. Ut itaque antea justo humilior, sic hac ratione altior, quam revera sit, adparebit mons iste, iis, qui altitudinem ejus è loco plano metiuntur. At vero qui è vertice C in subjectam spectant vallem, & illic quoque erit refractio. Hæc cum omnia extollat, etiam totam elevabit vallem ex A in F. Quamobrem uti è valle aut plano mensuram montis colligentibus, nimia exit excelsitas, sic vicissim è vertice deorsum spectantibus, justo minor montis adparebit mensura. Quod si qui his non adquiescant, & refractionem inane quid ac imaginarium existiment, reddant velim rationem, quare in triangulo ABC cum angulus ad B major recto sit, minor vero recto esse non possit, tamen reliqui duo anguli ACB, CAB, juncti, recto sint majores. Perpetuo tamen hoc contingit, non in montium tantum, verum etiam in remotarum turrium dimensione, semperque tres anguli duos rectos magnitudine excedunt. Verum etiam qui in montibus peregrinantur simile semper experiuntur. Si namque duo sint vertices ejusdem excelsitatis, & priori institerint, ille semper sequenti minus celsus videbitur. At vero si ex illo in alterius cacumen evaserint, tum denuo prior altero editior adparebit. Hinc manifestum est quantum fallantur mensores illi, qui quadrante aut alio instrumento, quæcumque horizontalia plana se cognoscere posse existimant. Quamvis autem hoc plurimum illos fallat in terrenis intervallis, multo tamen magis falluntur, in marinis spatiis aut elevationibus colligendis. Tanto nempe magis in mari omnia refringuntur. Operæ pretium est uno alteroque illustri exemplo istud confirmare. Narrat Adamus Olearius in itinerario Persico se, cum excelsum aliquod Caucasi jugum imminens mari Caspio adscendisset, prospexisse inde mare istud per dioptram, & comperisse aliquantulum existare supra horizontem. Inde concludit maris Caspii media sublimiora esse atque sint ejus oræ & in excelsum concrescere montem. Sed profecto mera est refractio quæ istam altitudinem efficit. Non è Caucaso tantum verum è quibuscumque etiam aliis excelsis montibus, unde in vastum mare patet prospectus, videntur aquæ clivi instar versus horizontem adsurgere. Ipsum hoc faciunt quoque terræ, sed multo minus quam maria, è quibus densiores adscendunt vapores, ac proinde refractioni magis obnoxii. Pharus quoque Alexandrina certissimum hujus rei præbet

præbet argumentum. Exſtat illa ſupra ſuperficiem maris trecentis cubitis, ſive pedibus quadringentis & quinquaginta, ut infra docebimus. Ignes vero collocati in ejus vertice adparent navigantibus ad centum uſque paſſuum millia, teſtantibus id Græcis, Arabibus, & quotidiana nautarum experientia: Atqui tamen geometriæ ratio hoc non permittit. Nam ſi recta ſit linea quæ à vertice Phari procedens terram tangat in centeſimo demum milliari, jam oporteret Phari altitudinem ſeptem millium ducentorum & ſeptuaginta octo eſſe pedum. Poſita itaque vera Phari altitudine, fieri non poſſe videtur, ut faces tam vaſto ſpatio adpareant. Quadringenti enim & quinquaginta pedes altitudinis, dabunt lineam viſus pedum $124347\frac{26191}{}$ quæ menſura non tota viginti quinque paſſuum millia conficit. Vides itaque ut à quadruplo majori ſpatio faces Phariæ adpareant, quam ratio geometrica permittere videatur. Quod ſi qui aliter, quam per refractionem fieri poſſe putent, oſtendant & viri ſunto. Ex ſupradictis ſatis apparet quantum errarint inſignes multi hujus ſeculi mathematici, qui tam portentoſam montibus quibuſdam altitudinem adſcribunt, ut Caucaſo ſeptingentorum, Athoni vero quinquaginta millium paſſuum tribuant perpendiculum. Sed quem non talium ineptiarum pudeat? Caucaſus etiam qua altiſſimus eſt, minus triduo adſcenditur. Si itaque montis hujus perpendiculum foret ſeptingentorum millium paſſuum, oporteret ut homo ſingulis diebus enitendo ſurſum tantum percurreret ſpatium, quantum perniciſſimus equus ne in plano quidem triduo aut quatriduo poſſit pervolare. Sed & illa quæ Athoni tribuitur altitudo, licet moderatior multo ſit iſta altera, ridicula tamen eſt & abſurda, cum ex adſenſu adpareat illum ne viceſimam quidem hujus menſuræ partem æquare. Quod ſi cognoviſſent Athonem montem, non in Lemnum tantum inſulam umbram ſuam porrigere, verum videri ex ipſa quoque Aſiæ continente, longe etiamnum excelſiorem proculdubio finxiſſent. Clare enim conſpicitur Athos, cum cœlum eſt ſerenum, ex Helleſponto & Aſiatico littore, multo autem clarius ex Ida monte. Quod ſi fabuloſæ ſint faces iſtæ Agamemnoniæ quas Æſchylus memorat Clytæmneſtræ fuiſſe nuntias; Trojæ captæ, à Troja Mycenas uſque; ſaltem certum eſt veras eſſe potuiſſe; cum faces in Ida accenſæ facile poſſint videri ab iis qui in ſummo Athone verſantur, ac quivis nuntius ſimiliter per faces traduces ex uno monte in alium ad remotiſſima etiam loca momento pene poſſit propagari. Hinc apparet quam miſere ſit hallucinatus Solini exercitator, cum fieri poſſe negat, ut Athos Lemnum uſque umbram projiciat; quia intervallum iſtud nimis ſit vaſtum, ac proinde ſenarium iſtum Sophoclis;

"Αθως σκιάζει νῶϊ Λημνίας βοὸς

corrigit, ac pro βοὸς ex vitioſa ſcriptura Scholiaſtæ Theocriti, reponit ἀλὸς, cum tamen & cæterorum Grammaticorum auctoritas, & ipſius hiſtoriæ veritas doceant, Athonis umbram uſque ad buculam, quæ in foro Myrinæ urbis erat collocata, pertigiſſe. Sed profecto vir iſte in tenebris micat, quandocumque mathematica tractat. Verum quo certius & manifeſtius & Athonis, & cæterorum montium cognoſcatur excelſitas, inquiramus primum quænam altitudo tribuenda ſit, unius diei adſenſui. Polybius affirmat nullum eſſe in Græcia montem, qui non uno die poſſit conſcendi. Altiſſimos vero Græciæ montes nominat Taygetum, Lycæum, Parnaſſum, Pelion, Oſſam & Olympum. Ex his Pelion altiſſimus continet decem ſtadiorum perpendiculum, cum Olympus ad octo tantum adſurgat ſtadia. Mirum tamen hic omitti Cyllenen, quem Geminus triente facit altiorem. Ad decem itaque ſtadia perpendiculi ſurſum tendentibus iter unius diei videtur extendiſſe Polybius. Libens conceſſerim tam vaſtum ſpatium, tam brevi tempore confici poſſe à monticolis, aſſuetis perreptare loca ardua, quorum crura ſurſum tantum ac deorſum moventur, ideoque in plano ſaltire potius quam currere videntur; verum qui in æqualibus nati ſunt locis, licet optimi ſint curſores, vix tamen alte adeo eniti poſſint. Pyramydes Ægyptias, quæ non toto adſurgunt ſtadio, vix aliquis duabus horis abſque ſudore poſſit conſcendere. Qui ſexies majorem altitudinem uno ſuperaverit die, non parum præſtiterit. Si enim ſex ſtadia ſive pedes 3750 in gradus ſive ſcalas redigamus, & duobus pedibus ternos adſignemus gradus, jam fient 5625. Credo tale culmen uno die poſſe conſcendi, verum qui hoc ſpatium emenſus ſit, non libenter, ut puto, poſtera & tertia denuo luce ſimilem ſuſcipiet laborem. In montibus vero, licet clivo æquabili adſurgant, tamen adſcenſus eſt difficilior & laborioſior atque in ſcalis, defluente ſæpe veſtigio; adeo ut quandoque vix unum palmum in ſingulis paſſibus viatores conficiant. Quia tamen diximus, etiam decem ſtadia ſemel confici poſſe uno die à ſtrenuo aliquo ambulatore in montibus nato & educato, demus octo ſtadia diurno adſcenſui. Cum vero altiſſimorum in orbe montium culmina, triduo fere adeantur, celſitudo horum, juxta hunc calculum, non ſuperabit ſtadia viginti quatuor. Quod autem Polybius inquit apud Strabonem, Alpium quarumdam juga vix quinto die adiri, in eo nimium dixit, niſi forſan intellexerit, non alicujus jugi adſcenſum, ſed ſpatium quod ab exordio Alpium uſque ad ſuprema earum juga extenditur. Plinius ad XXXII. P.M. Alpium quarumdam adſcenſum eſſe tradit. Sed vero paſſuum in montibus longe alia eſt ratio, atque in plano. Ubi clivi ſunt molliter editi, ibi in pluribus ſæ-

pe paſſibus vix unum altitudinis pedem emetiuntur. Paſſus vero curſorum, ſive Geometricus quinque eſt pedum, at vero illorum qui ſurſum tendunt paſſus, gradus dicendi ſunt potius, quorum non majus eſt ſpatium, quam quantum homo ſtans alteram plantam ſupra alteram perpendiculariter poteſt attollere. Quia vero inceſſus iſte ſive motus obliquus, mixtus eſt ex perpendiculari, & ex horizontali plano, ideo determinari non poteſt quanta ſit juxta Plinium Alpium excelſitas, niſi prius cognoverimus angulum obliquitatis, & præterea paſſuum ſive graduum menſuram. Eadem eſt ratio montium Peruvianorum, quos ad quatridui iter in altum ſurgere ajunt, & quibuſcum comparatas Alpes, humiles eſſe caſas affirmant. Sed profecto nimium magnifice de ſuis rebus loquuntur Hiſpani. Cum quatridui adſcenſum iis tribuunt, unius diei itinere Alpibus ſublimiores faciunt. Interim zonæ torridæ montes altiores eſſe iis, qui in regionibus temperatis, & hos viciſſim illis qui in frigidis ſunt zonis, ſuperius monuimus. Quidquid ſit, perſuaſiſſimum habeo nullum in toto terrarum orbe eſſe montem, qui altior ſit viginti quatuor ſtadiis, aut una leuca horaria in perpendiculo. Ipſe ille Picus in Tenariffa, qui montium altiſſimus creditur, triduo tamen adſcenditur. Valeant itaque inſana illa juga, quæ ad vicinia lunaris uſque circuli, ſi dis placet, producunt. Ut ad Hæmum unde digreſſi ſumus revertamur, non puto ſummum ejus jugum ultra octodecim ſtadia attolli, quamvis Plinius & ex eo Marcianus ſex millium paſſuum altitudinem ei adſignent. Hoc ſi verum eſſet jam oporteret Philippum Regem, qui illum triduo conſcendit, ſingulis diebus emenſum fuiſſe in linea perpendiculari duo paſſuum millia, quod quam abſurdum ſit ex ſupradictis ſatis eſt manifeſtum. Verum hæc de ſuprema montium altitudine, breviter nunc dicta ſufficiant, accuratius aliquando de hac ſcripturi in meteorologicis noſtris. Nunc ad alteram quæſtionis partem veniamus, & examinemus, quantum ſit ſpatium iſtud maximum quod in ſuperficie terreſtri oculi humani beneficio refractionis poſſunt percurrere. Picum in Tenariffa conſpicuum eſſe à ſexaginta leucis Germanicis ſive paſſuum millibus CCXXXX omnibus conſtat. A pari quoque intervallo Mons Leonum, *Sierra Liona* nautis dictus, & complures prælti in orbe montes cernuntur. Nos quoque ipſi verum eſſe comperimus id quod Franciſcus Patricius narrat de montibus Corſicæ inſulæ adparuiſſe illos à millibus paſſuum trecentis juxta computum nautarum. Verum ab hac menſura auferenda eſt pars quinta, quoniam hodie tam nautæ, quam alii Itali minoribus utuntur milliaribus atque veteres, ita ut quatuor millia paſſuum componi debeant cum quinque hodiernis. Supererunt itaque ab hac ſumma millia ducenta & qua-

quadraginta ſive leucæ Germanicæ ſexaginta. Nimium ab hac ſumma aufert Snellius in Eratoſthene ſuo, cum ejus tantum ſpatii menſuram colligit, quod à proximo inſulæ promuntorio uſque ad portum Maſſilienſem extenditur. Non ſiquidem unum aliquod inſulæ promuntorium, ſed totum latus occidentale conſpicitur, licet non multum extra portum provectis. E montibus vero, quibus totum iſtud littus præcingitur Hetruriam uſque, ubique conſpicua eſt non Corſica tantum, ſed etiam Sardinia, niſi iſtic ſolum, ubi in directa linea Sardiniæ objecta Corſica viſum impedit. Ut vero tam remota videamus duo præcipue captanda ſunt tempora, matutinum antequam ſol oriatur, & ſerotinum poſtquam occidit. Orto enim ſole aër iſte roſcidus ſimul ac pellucidus tepefactus paullatim in fumum abit, adeo ut mera ſit nebula quæ claro ſæpe meridie telluri ac præcipuè mari, incumbit, & vix ad mediocriter remota proſpectum admittit. Illud vero admiratione dignum, à tam vaſto intervallo ſpectantibus non vertices tantum montium, ſed radices quoque ac ipſa pene inſulæ littora ſimul ſeſe viſenda offerre. Ut vero ſimul adparent, ita quoque diſparent ſimul. Hinc patet, quam fallaci nitantur fundamento illi, qui ex adparente iſta montium circa horizontem proportione & diſtantia, vel ipſorum montium altitudinem, vel refractionum momenta inquirere conantur, cum proportio hæc pro denſitate & raritate aëris creſcat & decreſcat, haud aliter atque nummus ſive annulus in urnam conjectus attollitur vel deprimitur, prout plus minuſve aquæ adfundatur. Jam vero cum nulla ſit proportio montium Corſicæ ad Hæmum, nemini puto mirum videbitur, ab Hæmo longius patere proſpectum. Nec obſtat id quod Strabo objicit, montes vaſtos intercedere qui viſui officiant. Cum enim terreſtres refractiones multo ſemper ſint minores maritimis, manifeſtum eſt, maria ſupra ipſos quoque refringi montes. Sed omnia portenta ſuperat, id quod Ariſtoteles in mirabilibus memorat de monte Delphio in Liburnia, videri ex illo Helleſpontum, Pontum Euxinum, ac intrantia illum navigia. Ipſum hoc retulit quoque Theopompus, ut videtur innuere Strabo libro VII. Ex hoc errore alter natus fuiſſe videtur, nempe Pontum Euxinum eſſe vicinum Ionio ſive Adriatico mari. Sic inter alios credidit auctor anonymus qui Περίηγησιν ſuam Nicomedi Regi inſcripſit.

Ἀπὸ Δαλμάτων δὲ πρὸς τὸν Πόντον
Ἔστιν ὅπου πρὸς αὐτὸς καὶ πεζῇ ὄντες πλησίον.

Verum in hoc unico exemplo hactenus hæreo, nec quicquam adfirmare auſim. Interim quam vaſtæ & mirandæ ſæpe ſint refractiones, altero quoque operæ pretium eſt oſtendere exemplo. Scribit Martinius Jeſuita in Atlante Sinenſi, in provincia Chekiang ad urbem Ningpo pro-

id ſit decus, [3] apud judicaturos magno certamine affectant. Moribus datur, eſtque maximè lætum, cum in hoc contenditur, vincere. Mœrent aliæ vocibus, & cum acerbiſſimis planctibus efferunt. At quibus conſolari eas animus eſt, arma opeſque ad rogos deferunt, [4] paratique (ut dictitant) cum fato jacentis, ſi detur in manus, vel paciſci vel decernere, ubi nec pugnæ nec pecuniæ locus ſit, [5] manent dominas proci. [6] Virgines non à parentibus viris traduntur, ſed publicè aut locantur ducendæ, aut væneunt. Utrum fiat, ex ſpecie & moribus cauſa eſt. Probæ formoſæque in precio ſunt: cæteras qui habeant, mercede quæruntur. Vini uſus quibuſdam ignotus eſt: epulantibus tamen

muntorium eſſe è cujus vertice montes adpareant Japonenſes. Ipſe tamen propter rationem geometricam, fieri hoc poſſe negat, quantumvis id adfirment Sinæ. Sed profecto nihil certius hac Sinenſium adſertione. Intervallum inter hoc Sinæ promuntorium, & montes Japonenſes eſt ferme quingentorum millium paſſuum, ſeu potius 120 leucarum Germanicarum. Oſtendimus jam montes è plano videri à ſexaginta leucis Germanicis, & etiam longius Sequitur itaque altero tanto majus ſpatium videri ab iis, qui ab excelſo vertice in aliud editum cacumen oculos intendunt. Sed profecto non ab hoc tantum ſpatio, verum etiam à longe majori, & à centenis & amplius leucis, conſpicua eſſent montium juga, ſi flammantis forent naturæ, ac lumen à ſe ſpargerent. Mons Peruvianus, quem vocant Vulcanum Quitenſem, à centum & amplius leucis Hiſpanicis cernitur cum flammas eructat, adfirmantibus id Hiſpanis, qui id miraculum viderunt. Efficiunt vero centum leucæ Hiſpanicæ quadringenta milliaria Italica hodierna, antiqua vero trecenta & viginti. Ad octoginta itaque leucas Germanicas montis hujus flammæ cernuntur. Altitudo vero, juxta leges geometriæ, tres integras leucas Germanicas in directum multum excedet, cum tamen nullus in toto orbe mons ſit, qui unam in perpendiculo habeat leucam Germanicam. Quod ſi ſolis inſtar fulgerent montes, à trecentis & quadringentis leucis eſſent conſpicui. Hoc ſatis ex iis, quæ ſuperius de matutino ſolis ortu monuimus, poteſt colligi. Verum tempus jam diu monet, ut relicto Hæmo, aliiſque excelſis montibus, ad plana redeamus. Nec tamen extra inſtitutum, nec inutilis, ut ſpero, futura eſt hæc digreſſiuncula, maxime cum videam multos tam præteriti quam præſentis ſeculi mathematicos, prolixè quæſtionem hanc ventilaſſe. Verum quo ſucceſſu, documento ſint Nonius Luſitanus, Blancanus, Claramontius, alii, quorum nonnulli aliquot centenum paſſ. mill. perpendiculum Caucaſo tribuerunt. Ultimus qui montium menſuram examinavit, eſt Joannes Baptiſta Ricciolus, in magna ſua Syntaxi Aſtronomica. Quamvis is diligentius quam cæteri materiam hanc pertractarit, refractioniſque etiam rationem habuerit, Caucaſo tamen tribuit quinquaginta & unum paſſ. millia, Atho vero monti millia viginti & octo. Atqui Athos ſummus uno die adſcenditur, Caucaſi vero ſupremi vertices minus triduo adiri poſſunt, ac niſi nivium copia ac adſcenſus aſperitas obſtarent, etiam biduo. Inde colligo, nec hunc duobus paſſuum millibus, nec Athonem decem vel undecim ſtadiis eſſe excelſiorem.

3. *Apud judicaturos magno certamine affectant*] Alii libri *judices*. Porro illud quod ſequitur, *moribus datur*, rectum eſt & probum. Judices decus iſtud, ut mulieres una cum viris ſuis ſepeliantur, tribuunt non formæ vel gratiæ, verum moribus, nempe prout quæque erga maritum ſeſe geſſerit & morata fuerit.

4. *Paratique, ut dictitant, cum fato jacentis*] Id eſt cum genio vel umbra Thracis iſtius mortui, uti Euthymus apud Pauſaniam in Eliacis poſterioribus. Apud Herodotum hæc non habentur, unde adparet reliqua iſta ex alio hauſiſſe Melam.

5. *Manentque dominas proci*] Frigida eſt conjectura Pintiani, *gaudent mœrendo minus profici*. Alii tamen ſibi attribuere emendatiunculam hanc tanquam bellam conati ſunt. Sed ſane non illi in Pintianum fuere injurii. Uti paulo ſupra copula iſta finalis redundat, ubi legitur *paratique* pro *parati*, ſic & hic eadem eſt abjicienda, & legendum; *manent dominæ proci*. Sic quoque nonnulli codices. Threſſæ iſtæ multo erant feliciores Indicis. Has ſiquidem, ſi non una cum maritis ſuis cremarentur, perpetua manebat viduitas, ut Diodorus & alii teſtantur. Sed vero Threſſis inter tot procos connubia deeſſe non poterant.

6. *Nupturæ virgines non à parentibus viris traduntur*] In optimo

ubi ſuper ignes quos circunſident, quædam ſemina ingeſta ſunt, [7] ſimul ebrietati hilaritas ex nidore contingit. In littoribus [8] Iſtro proxima eſt Iſtropolis: [9] deinde à Mi- 55

mo codice legitur *nuptui traduntur*. Sane alterutrum irrepſit, vel quod magis exiſtimo, utrumque. Proculdubio ita ſcripſerat Mela, uti edendum curavimus.

7. *Similis ebrietati hilaritas ex nidore contingit*] Repoſuimus, *ſimul ebrietati hilaritas* &c. Secuti & in hoc optimum codicem. Cæterum quod hic de ſeminibus ebrietatem inducentibus prodit, id ipſum quoque habet Herodotus lib. 1. Verum is non Thracibus hunc potum adtribuit, ſed Scythis illis qui ad Araxem habitabant. Nugator qui ſub Plutarchi nomine libellum de fluminibus compoſuit, eandem rem narrat, ac addit herbam iſtam ſimilem eſſe origano. Verum cum neque ille, neque hic noſter herbam nominarit, difficile fuerit divinare, quænam fuerit. Multis quidem herbis & plantis vis inebriandi ineſt, uti hederæ, arbuto, cyclamino, aliiſque; verum neque illæ ſimiles origano, nec tam efficaces, ut puto, ut vel ſolo nidore mentem turbare poſſint. Præter Nicotianam, nullam aliam tali facultate præditam novi.

8. *Iſtro proxima eſt Iſtropolis.*] Plures Iſtron appellant, & ſic quoque veteres nummi apud Goltzium & alibi, in quibus manifeſte ſcriptum ΙΣΤΡΙΗΩΝ Ionice pro ΙΣΤΡΙΕΩΝ. Ab adverſa parte duo capita adparent ſibi invicem juncta, altero tamen inverſo. Quærunt multi quid ſibi velint adverſa iſta capita. Ego Iſtri fluminis imaginem eſſe puto. Nam cum alia flumina in idem exeant mare, ſolus fere Danubius vel Iſter in diverſa maria diverſis & contrariis exire capitibus credebatur, nempe in Pontum Euxinum, & in mare Adriaticum. Oſtia vero fluminum, paſſim capita appeliari à Latinis & Græcis, licet minus proprie, cum potius fontes ita appellari debeant, notiſſimum eſt.

9. *Deinde à Mileſiis deducta Calatis*] Alii Calatin Heracleotarum faciunt coloniam. Ovidius in Triſtibus, cum illos ab Alcathoi mœnibus ortos dicit, Megarenſium facit coloniam. Sed non dubito, ex hoc loco, quin etiam aliquando Mileſiorum fuerit. Urbes iſtæ Ponticæ ſæpe mutarunt colonos ſuos & modo ab his, modo ab illis captæ & deductæ fuerunt. Quum Mileſii illam tenerent, aliud videtur habuiſſe nomen. Plinius; *Namque Thracia altero latere à Ponticolitore in-*

Mileſiis deducta Calatis, [10] tum Tomi, [11] &

re incipiens, ubi Iſter amnis immergitur, tres pulcherrimas in ea parte urbes habet, Iſtropolin Mileſiorum, Tomos, Calatinque, quæ antea Ceraſtis vocabatur. Ita conſtituendus totus ille locus, qui vulgo inquinatiſſimus eſt. *Acervetis* vocabulum nihili eſt. Libri veteres ſcribunt *ceruetis*, quod corruptum ex Κερουίτης. Sic nempe vocabatur Calatis cum ea Mileſii potirentur. Cauſa nominis exinde ut arbitror, quoniam Mileti locus erat Sacer Κερουίτης vel Κερουΐς dictus, à fixis illic ab Apolline arietum cornibus, ut Etymologici magni autor, & alii teſtantur. Ab hoc autem loco coloniæ ſuæ nomen primum indidere Mileſii. Calatidis nomen recentius & ab Heracleotis ortum, poſtquam illi eo miſere colonos regnante apud Macedones Amynta, ut teſtatur anonymus de Ponto Euxino, quem pueri olim in lucem dedimus. Orus Grammaticus apud Etymologici magni autorem ab adſita palude ſic dictam tradit. Si Stephani Byzantii epitomatori credendum, nomen accepit à calatho illic reperto; ἐν ᾗ καλαθὶς εὑρέθη ἐοικυῖα τοῖς θεσμοφοριακοῖς. Sic fere libri veteres. Græci enim in Cerealibus feſtis primitias frugum, quas deæ offerebant, in faſciculum colligatas, reponebant in calathis, de quo more fuſius ad Callimachum agemus. In nummo Calatianorum, qui apud Goltzium exſtat tales comparent primitiæ, ſpicarum nempe faſciculus, cum hac inſcriptione, ΚΑΛΑΤΙΑΣ. Inepte vero Nonnius in commentario ad Goltzium, nummos iſtos Calatianos tribuit Galatis Aſiaticis.

10. *Tritonice*] Monſtroſum vocabulum. Lege *tum Tomoe*. Sic optimi codices. Non potuit tam notam prætermittere urbem, quæ ſemper cum Iſtropoli, & Callati conjungitur. Tria hæc oppida pulcherrima vocat Plinius, ut jam oſtendimus. Verum hic animadvertendum Melam pervertiſſe ordinem Geographiæ, cum prius Tomos, tum Calatim nominare debuiſſet. Hæc enim remotior ab Iſtro, atque Tomi. Eundem errorem incurrit Ammianus Marcellinus lib. XXVII. *Juxtaque Scythia, in qua celebria ſunt aliis oppida, Dionyſopolis, & Tomi, & Calatis in Europæ omnium ultima.* Hæc eſt lectio antiqua, quam perperam mutarunt. *Celebria aliis*, pro, *magis celebria aliis*, tralatitium eſt. Manifeſte hic Calatin Iſtro facit propiorem, atque Tomos, in quo æque atque Mela erravit. Quod autem Calatin ultimam Europæ urbem vocavit, id eo factum eſt, quia aliqui Danubium terminum fecerunt Europæ, confundentes illum

[11] & portus Caria, & [12] Tiriſtis promuntorium: quod prætervectos alter Ponti angulus accipit, adverſus Phaſiaco: &, niſi amplior foret, ſimilis. [13] Fuit hic Bizone; motu terræ intercidit. Eſt portus Crunos: urbes, Dionyſopolis, Odeſſos, Meſembria, Anchialos; & intimo in ſinu, atque ubi Pontus alterum ſui flexum angulo finit magno,

lum cum Tanai, ut Seneca in naturalibus quæſtionibus, & iterum initio Troadum. Iſtros vero urbs, ſive Iſtropolis, cum iſta Ammianus ſcriberet, everſa penitus erat à Scythis. Calatis itaque & Tomi, ultimæ erant in Europa urbes.

11. *Portus Caria*] Portus ipſe Καρῶν λιμὴν vocabatur, ſed vero regio circumſita Caria. Teſtantur hoc Arrianus, & Anonymus de Ponto Euxino; quamvis apud poſteriorem perperam legitur ἡ παρακλύζεται pro Καρία κλήζεται. Notum enim Pontum Euxinum, non eſſe obnoxium reciprocationi alicui ſenſibili. Scio quidem aquas & hic quoque multum intumeſcere, adeoque attolli, ut totum hunc tractum ad quatuor uſque milliaria operuerit quandoque, urbes vero Odeſſum & Dionyſopolin totas pene abſorpſerit, prodentibus illud Cedreno aliiſque; verum particularia iſta diluvia locum hic habere non poſſunt, cum toto ſæpe ſeculo vix ſemel contingant. Sed vero quod Arriani lectionem maxime confirmat, Cariamque regionem hic fuiſſe evincat, id eſt, quod præter hunc Portum Carum, ſitum hic fuit & aliud oppidulum, Κέραμος dictum; cujus meminit Pauſanias Eliacis poſterioribus. Ὁ πολίτης δ' ἦν ἐτος ἀπὸ Κεράμου τῆς ἐν τῇ Θρᾳκίᾳ Καρίᾳ. Perperam viri docti id accipiunt de Ceramo in Caria Aſiatica, tanquam ſi & illic aliqua fuiſſet Thracia. Recte vero Suidas in voce Ἱππόδαμος, locum illum Pauſaniæ reſpiciens, Θρᾳκίαν Καρίαν interpretatur, τὴν ἐν Θρᾴκῃ Καρίαν.

12. *Tiriſtris promuntorium*] Libri fere omnes *Priſtis*. Vera lectio eſt *Tiriſtis*, non *Tiriſtris*. Sic quoque legunt vetuſti codices Ptolemæi Τιρίστις, uti iſtic docuimus.

13. *Fuit hic Bizone*] Diſtinctione tantum laborabat locus. Mox

no, Apollonia. Recta dehinc ora, niſi quod media fermè in promuntorium, quod Thyniam vocant, exit, & incurvis contra ſe littoribus obtenditur, urbeſque ſuſtinet [70] Halmydeſſon & Phileas & Phinopolim. Hactenus Pontus, deinde eſt Boſporus & Propontis. In Boſporo Byzantium; in Propontide, Selymbria, [14] Perinthus, Bithynis: amneſque qui interfluunt, Erginus & Atyras. [75] Tum Rheſo regnata quondam pars Thraciæ, Byſanthe Samiorum, & ingens aliquando Cypſela. Poſt locus quem Graii Μακρὸν τεῖχος appellant, [15] & in radice magnæ peninſulæ ſedens Lyſimachia. Terra quæ ſequitur

Y nuſ-

Mox nihil mutandum; cum Crunon à Dionyſopoli diſtinguit. Portus enim Dionyſopolitarum Κρωνοὶ proprie vocabatur, aberatque aliquantum ab urbe.

14. *Perinthus, Bathynis*] Bathynis hic urbs eſt, cum aliis ſit flumen. Pintianus ut loco huic medicinam adferret, verba tranſpoſuit: quod ego corrigendi genus omnium minime ſemper probavi. Veteres plerique libri legunt *Bithynis*, quod probum eſſe exiſtimo. Bithynis is eſt, quem Appianus in Mithridaticis vocat Bithyam, aitque Bebryces fluminis hujus accolas, Bithynos ſemet appellaſſe ab hoc fluvio poſtquam trajeciſſent in Aſiam. Bithynis porro & urbs, & flumen dicitur; quemadmodum etiam illud quod ſequitur flumen, Athyras. Nam & huic cognomine adjacet oppidum. Erginum vero Plinius aliquanto facit viciniorem Helleſponto, alii ad Pontum Euxinum collocant. Qui error unde natus ſit, alibi oſtendimus.

15. *Et in radice magnæ peninſulæ ſedens Lyſimachia*] Fruſtra eſt Pintianus qui *cervicem* hic pro *radice* reponit, quaſi non & hoc rectum ſit. Iſthmo enim, tamquam radici; terræ continenti adhærent peninſulæ. Græci ſimiliter de iis loquentes, ſæpe utuntur vocabulo ἐρίζωθαι. Quin & ipſe Mela ſuperius ſic lo-

nuſquam lata, atque hic arctiſſima inter Helleſpontum Ægæumque procurrit. Anguſtias Iſthmon; frontem ejus Maſtuſiam; totam Cherſoneſum appellant: ob multa memorabilem. In ea flumen Ægos, naufragio claſſis Atticæ inſigne. Eſt & Abydo objacens Seſtos, Leandri amore pernobilis. Eſt & regio, in qua Perſarum exercitus [16] diviſas ſpatio pelagoque terras, auſus pontibus jungere (mirum atque ingens facinus) ex Aſia in Græciam pedes & non navigata maria tranſgreſſus eſt. [17] Sunt

locutus eſt de Achillis inſula; *tenui radice terræ adnectitur.* Sed & quid ſibi voluerit neſcio, cum ſtatim poſtea, *frontem ejus Maſtuſiam*, mutat in *promuntorium. Frontes* paſſim vocat Mela partes illas continentis quæ maxime in mare excurrunt & prominent. Græci μέτωπον dicunt. Porro cum hic auctor noſter Cherſoneſum iſtam Thraciæ nuſquam latam eſſe dicit, in eo non erratat. Mendoſiſſimi enim hoc loco ſunt numeri Ptolemaici, cum juxta illos multo latior ſit hæc peninſula quam longior. Neque tantum in forma & ſitu litorum, verum etiam in diſtantia urbium promuntoriorumque peccatum eſt graviſſime. Pactya & Cardia urbes ſitæ in Iſthmo, longe extra illum adparent, & cum non niſi quadraginta ſtadiis, vel potius triginta ſeptem, à ſe invicem diſtent, longe pluribus paſſuum millibus juxta illius calculum diſtare invenientur, ut jam alibi fuſius oſtendimus.

16. *Diviſas ſpatio pelagoque terras*] De hac ſermonis redundantia jam ſuperius egimus, quæ non opus eſt hic repetere. Tantum hoc monebimus, ſic quoque locutum eſſe Tacitum, in vita Agricolæ, cum de Britannia ait; *Spatio ac cœlo in orientem Germaniæ, in occidentem Hiſpaniæ obtenditur.* Male hæc Lipſius corrigit. Sed neque in ſequentibus quidquam mutandum. *Non navigata maria tranſgreſſus eſt*, ſimile eſt, atque illud Lucani; *duri populus non cultor Amani.* Paſſim tales occurrunt locutiones.

17. *Sunt*

[17] Sunt Teſtilai oſſa conſecrata delubro. Eſt & [18] portus Cœlos, Athenienſibus & Lace-

17. *Sunt Proteſilai oſſa conſecrata delubro*] Mirum quod Proteſilai ſepulchrum & templum tam longe ſejungat ab Eleunte, quo tamen in oppido omnes alii illud collocarunt. Calaber lib. VII.

----- Τένεδόν δ' ἀπολίπετ' ὀπίσω.
Φαίνετο δ' ὅτ' Ελεοῦντος ἔδος θ' ἱερὰ Πρωτεσιλάου
Σήμῳ πέλει πλεκέεσσι κατάσχιον ἀμπελόεντι.

Vulgo Πλεκέεσσι, quod tamen forſan verum eſt, ut & ſic dictum fuerit oppidum ab ulmis iſtis quas hic memorat. Verum ſequentia procul dubio ita ſunt refingenda;

Αἳ δ' ἐπὶ τ' ἀθρήσωσιν ἀνερχόμεναι δυπέδοιο
Ἴλιον, αἰὲν ἐπὶ τῇσι θόως ἀπανεύετον ἄκρω.

Arbores iſtæ non deficiebant viſo ſole, ſed viſo Ilio. Ἀπανεύετον rectum eſt, ſic quoque Philippus in epigrammate de iiſdem ulmis.

Ἴλιον ἦν ἐσίδῃ ῥ' ἀπ' ἀκρεμόνων ἠερφαίων,
Καρφέτω πετάλων ἡσυχὸν ἀναπέμψαι.

Plinius hoc miraculum prodit his verbis; *Sunt hodie ex adverſo Ilienſium urbis juxta Helleſpontum in Proteſilai ſepulchro arbores, quæ omnibus ex eo ævis cum in tantum accrevere ut Ilium adſpiciant, inareſcunt, rurſuſque adoleſcunt.* Recte ſic Salmaſius, & ſic diſerte codex noſter. Quod autem Plinii verba ita interpretatur, tanquam ſi arbores illæ centeſimo quoque anno areſcerent funditus, in eo errat. *Omnibus ævis*, manifeſte hic dicitur pro omni tempore, & pro toto illo ſpatio quod à Proteſilao uſque ad ſuum ſeculum effluxit. Neque totæ interibant arbores, ſed ſaltem folia. Antiphilus Byzantius lib. III. Antholog.

Δένδρεα δυσμενίτα καὶ ἦν ποτε τεῖχος ἰδοῦσι
Τρωΐον, αὐαλέων φυλλοχοεῦντι κόμην.

Neque folia tantum, ſed & rami ſuperiores areſcebant, iiſque mature & cito alii ſuccreſcebant, inferiore interim arborum parte integra & illæſa. Clariſſime de his ulmis Philoſtratus in Heroicis de Proteſilao agens; τὰς αὖθις τοῦ Ἰλίου πεφαυμένας τῶν ἰζων, ἀνθεῖν μὲν πρωΐ, φυλλορροεῖν δὲ αὐτίκα καὶ φθαπόλλυσθαι τῆς ὥρας. Male hoc loco interpres τὸ πρωΐ vertit *mane.*

18. *Portus Cœlos*] Κοῖλος λιμήν, ſic quoque Plinius. Alii

Lacedæmoniis navali acie decernentibus, Laconicæ classis signatus excidio. Est [19] Cynossema, tumulus Hecubæ, sive ex figura canis, in quam conversa traditur, sive ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto. Est Mady-

πολη θυλικῶς dicunt τὰ Κοῖλα, uti quoque est in libris manu exaratis Ptolemæi, non Κύλλα. Pro Macìdo, Madytum reposuimus, ex omnibus.

19. *Cynossema tumulus Hecubæ.*] Atqui Suidas & Cedrenus Hecubæ sepulcrum Maronæ collocant, illamque Κυνόσημα vocari ajunt. Sic & Ovidius sensisse videtur, cum in Sithonibus istud describit. Hinc sine dubio natus error Stephani, qui Maroneam ponit in Chersoneso Thracia. Atqui ut ut verum sit Maroneam à quibusdam Cynossema dictam, non inde sequitur Hellespontiacum istud Cynossema appellatum unquam fuisse Maroneam. Porro verisimile est sepulcrum istud non esse Hecubæ, sed potius canis alicujus illustris, ut inquit Pollux. Passim exstant loca ita dicta, & à canum famosis sepulcris ita denominata, uti apud Calydonios à cane Atalantæ, & apud Salaminios à Xanthippi cane, utrumque similiter dictum Κυνόσημα. Duorum triumve clarorum canum epitaphia adfert ibidem Pollux. Adscribam & ipse unum quod mihi communicavit juvenis doctissimus Lucas Langermannus. Ita vero in marmore concipitur;

ΤΗΗΤΡΙΒΟΝ ΠΑΓΑΓΕΙΣ
ΑΛΙΙΤΩΣ ΤΟΔΕΣΗΜΑΝΟΗΣΗΣ
ΜΗΔΕΟ ΜΑΙΓΕΛΑΣΗΣΕΙ
ΑΥΝΟΣΕΣΤΙΤΑΟΟΣ
ΕΥΛΑΝΣΟΗΝΧΕΙΡΣΣΑΕ
ΚΟΝΙΝΣΥΝΖΟΗΥΑΝΑΚΤΟΣ
ΟΣΜΟΥΚΑΚΙΗΔΗΤΟΝΑΣ.
ΕΧΑΡΑΖΕΝΟΓΟΝ

Oscam esse putabat hanc inscriptionem eruditus quidam Danus, cui eam acceptam referebat Langermannus, cum Florentiæ versaretur. Sed profecto sunt puri Græci versus; itaque sic illos digessi.

Τῷ τρίβον εἰ ὦδ' ἄγεις
ἀλύπως τόδε σῆμα νοήσῃς
Μὴ δέσμιμ γελάσῃς εἰ κυνὸς ἐστι τάφος.
Ἐκλαύσθω. χεῖρες δὲ κόνιν

Madytos, est [20] Eleus, quæ finit Hellespontum. Ægæum statim pelagus vaste longum littus impellit, summotasque terras hinc ad promuntorium quod Sunium vocatur, magno ambitu mollique circumagit. Ejus tractum legentibus, prætervectisque Mastusiam, tum sinus intrandus est, qui alterum Chersonesi latus abluens, [21] jugo facie vallis includitur, & ex fluvio quem accipit, Melas dictus, duas

κόνιν συνέθηκαν ἄναξ]

Ὅς μοι κὴν σήλην τὸν δ' ἐχάραξε λόγον.

20. *Eleus*] Hinc adparet Protesilai fanum & sepulcrum non in ipsa Eleunte fuisse, uti alii videntur innuere, sed vero non paucis millibus inde remotum; cum & Κοῖλον λιμένα, & Κυνόσημα, & Madyton intermedias faciat. Sed Cœla & Cynossema ditionis Eleuntiorum fuisse puto. Madytos aliquanto magis mediterranea erat. Itaque totus ille tractus, qui à Sesto usque ad Mastusium promuntorium extenditur, Eleuntiorum fuit. Verum id esse adparet, cum ex iis quæ diximus, tum quoque è Tzetze in Lycophronem, qui Μαστούσιον è doctiorum sententia interpretatur ἀκρωτήριον Ελεῦντος. Ipse enim aliam, sed ineptam, hujus vocabuli adfert rationem. Idem quoque colligi facile potest ex Hygini Poëtico Astronomico, ubi de Hydra agit; quo loco manifeste Eleuntiorum in ditione & promuntorium Mastusium, & portum Cratera, collocat. Iste autem Crater, non potest alius esse à Cœlis. Mastusium autem mare, quod Mastusiam alluit. Sed male apud ipsum *Phlagusa* legitur. In veteribus libris scriptum erat *Flacusa*, pro *Elaeusa*. Ελαιούσης & Ἐλαιοῦσσαν etiam alii veterum oppidum istud adpellarunt. Perperam tamen, cum Ἐλεοῦς verum fuerit nomen.

21. *Jugo facie vallis includitur*] Mirifice hic locus vexatus est à multis. Nos veterem lectionem reduximus. Sic superiori quoque capite locutus est, de Achillis insula; *facie positi ensis allecta est.* Sed & infra de sinu Codano; *facie amnium sparsitur.* Jugum vero vocat littus istud excelsum, quo Melas sinus utrimque præcingitur. Etiam alibi sic porrecta litora aliisque opposita, sub jugi nomi-

duas urbes amplectitur, Alopeconneſum, & in altero Iſthmi littore ſitam Cardiam. [22] Eximia

nomine deſcribit; de Cypro quidem inſula, quod *recto jugo inter Ciliciam Syriaſque porrigitur.* Junonis vero promuntorium inquit, *obliquo jugo excurrere*, adverſum Ampeluſiæ. Atque hæc quidem eſt vera hujus loci interpretatio. Pintiani vero conjectura; *jugo Pallenes includitur*, ne excuſari quidem poteſt. Nempe & ipſe & multi alii eruditi, ita male mentem Dionyſii Halicarnaſſenſis perceperunt, ut quæ hic de Pallene Macedonica dixit, illi de hac Thraciæ Cherſoneſo ſint interpretati. Licet vero ipſi hoc nomine reprehendendi ſint, non tamen ab omni culpa immunis eſt Halicarnaſſenſis, quod errori huic tam opportunam cauſam præſtiterit. Quamvis enim è toto loco manifeſte adpareat, illum de Pallene Macedonica agere, ita tamen de ea loquitur, ut nemo non primo adſpectu illum de hac Thracum Cherſoneſo ſermonem facere exiſtimet. Ait enim de Ænea; Ἐπιδὼν παρεσκευάσθη τὸ ναυτικὸν αὐτῷ, ἀφορμὴν τὸν Ἑλλήσποντον, ἐπὶ τῆς ἔχθρας πεμφθήναι χερρόνησον τὴν πολεμίαν ποιούμενος, ἣ κατοικεῖται μὲν τῆς Εὐρώπης, καλεῖται δὲ Παλλήνη. Navigantibus enim in Helleſponto, ecquid ulla Cherſonelus erat propior, quam hæc Thraciæ? Quorſum ergo Pallenen proximam facit, quæ aliquot dierum navigatione hinc aberat? Fatendum eſt igitur, vel erraſſe Dionyſium & confudiſſe utramque hanc Cherſoneſum, vel impegiſſe in artem ſuam, & non ſatis diſtincte eſſe locutum. Ratio quamobrem multi has Cherſoneſos confuderint, ea eſt, quod utraque dicatur Thraciæ. Itaque Stephanus & alii Παλλήνην vocant πόλιν Θράκης. Nempe quia Thraces aliquando eam tenuere. Sciendum enim, uti olim Græcia dicebatur, ubicumque eſſent Græci; ita quoque Thraciæ nomine veniſſe omnia ea, quæ aliquando Thraces inhabitavere. Hinc fit ut non tantum pleraque Macedoniæ loca, ſed & Theſſaliæ & Atticæ, quæcumque Eumolpus Thrax tenuit, Thracia ſæpe nominentur. Atque hæc quidem hactenus, unde innumera veterum loca, Poëtarum præſertim, illuſtrari poſſunt. Cæterum & hoc quoque monendem, in verbis Dionyſii, aliud quoque eſſe mendum, ſcribendumque, τῆς Εὐρωπίης, non Εὐρώπης quod ineptum hoc loco. Europia eſt regio Macedoniæ, ſic dicta ab Europo urbe. Huic regioni objacet Pallene.

22. *Eximia eſt Ænos*] In quibuſdam libris deeſt vox prior. For-

mia eſt Ænos, ab Ænea profugo condita. Circa Hebrum Cicones. Trans eundem Do- 110 riſcos, ubi Xerxem copias ſuas, quia numero non poterat, ſpatio menſum ferunt. [23] Deinde promuntorium Serrium, & quo canentem Orphea ſecuta narrantur nemora, Zone. [24] Tum Neſtos fluvius, [25] &

Forſan ſcriptum fuit, *Exin eſt Ænos*. Paulo poſt vide num ſincerior ſit lectio quorumdam codicum ita legentium; *ubi Xerxem copias ſuas quia numerare non poterat, menſum ferunt*. Porro locum hunc aliter diſtinguit Salmaſius. Sed vulgata diſtinctio, quam reddidimus, longe eſt melior, eamque confirmat Plinius.

23. *Deinde promuntorium Serrium*] Omnes libri legunt *Seriphion*, unde vulgatam lectionem excuderunt. Sed arbitror Melam ſcripſiſſe *Zerynthium*. Promuntorium hoc dictum ab antro Zerynthio ſito in eodem monte. Mons ille conſitus eſt nemoribus iſtis, quæ Orpheus illuc cantu ſuo tranſtulit. Ὀρφέως δρύες illic memorantur, ſub quibus antrum Zerynthium viſebatur, teſte Nicandri Scholiaſte. Sed & urbem Zerynthum illic memorat Stephanus, & templum Apollinis Livius & alii. Huic vero monti viciniſſimam fuiſſe Zonam teſtantur omnes. Non poteſt itaque veritas hujus lectionis in dubium vocari. Solinus *Sperchium* vocavit hoc promuntorium, vocabulo corrupto ex *Seriphion* Melæ, unde adparet quam vetuſtum ſit iſtud mendum. Nempe ignotum erat librariis promuntorium Zerynthium, & forſan aliquid legerant, vel apud Tacitum, vel alios, de ſaxo Seriphio, ideoque illud tanquam notius ſubſtituerunt. Idem vero eſt & Serrium, & Zerynthium promuntorium.

24. *Tum Schœnos fluvius*] Codices manu exarati, habent *Stenos*; alii vero, *Stonos*. Videtur ita olim ſcriptum fuiſſe; *Tum Viſtonos fluvius*, pro *Biſtonos*. Nempe in Biſtonibus populis erant, Βίστων flumen & Βιστονὶς lacus, per quem tranſit fluvius ille. Valde tamen mihi fit veriſimile pro *Stenos* reponendum eſſe *Neſtos*. Ita enim videtur fuiſſe dictus fluviolus, qui è Biſtonide palude mare influebat prope Maroneam, alius nempe ab eo flumine quod ſtatim ſequitur. Sane autor ille anonymus, qui εἰσπλεῖν ſuam Nico-

5 & ripis ejus adjacens Maronia. Regio 115
ulterior Diomedem tulit, immanibus equis
mandendos ſolitum objectare advenas, &
iiſdem

comedi inſcripſit, videtur quoque hic alium Neſtum collocaſſe, quem propinquum facit Biſtonidi paludi, cum tamen alii Neſtum multo faciant occidentaliorem. Alterum vero Neſtum qui mox ſequitur nonnulli Neſum vel Neſſum appellarunt, credo ut ab hoc diſtinguerent. Verum de hoc alibi egimus.

25. *Et ripis ejus adjacens Maronea*] Illuſtrior eſt hæc urbs quam ut de ea quidquam dicamus. Illud interim admonere operæ pretium eſt, mirari me, quod cum illam conditam eſſe ſcribant à Marone Bacchi vel Oſiridis comite, tamen prius aliud nomen habuiſſe putent. Et quidem Homeri ætate Iſmaron fuiſſe appellatam. Aliquando etiam Orthagoriam, & Κωδόσημα. De poſtremo jam ſuperius diximus. Prius vero quis non videt eſſe abſurdum, cum Maro tot ſeculis Homero ſit antiquior. Una illum cum Oſiride in Thraciam veniſſe, urbemque iſtam condidiſſe ſcribit Diodorus. Sed & Ennius apud Varronem lib. IV. de L. L.

O terra Threca ubi Liberi ſanum
inclutum
Maro locavi.

Ita conſtituendus eſt locus, iſte vulgo corruptiſſimus. Librorum enim veterum, teſte Turnebo, hæc eſt lectio; *O terra treta ubi liberi fanum in civium muro locavi.* Quæ Scaliger ad hunc locum annotavit, nihil habent veriſimile. Terra Threca, pro Threſſa ſive Thracia, ut ſæpiſſime. Alterum hujus oppidi nomen quod attinet, cujus apud Plinium fit mentio, nempe Orthagoriæ, & ejus quoque reddamus rationem. Sic itaque exiſtimo, dictam eſſe ab Orthagora aliquo. Orthagoræ vero meminit Strabo, meminit Ælianus & Philoſtratus Lemnius, qui Indicam ejus hiſtoriam laudant. Unde adparet valde erraſſe Salmaſium cum in Soliniana ſcribit, nullum unquam ſcriptorem exſtitiſſe, qui dictus ſit Orthagoras. Verum non ab hoc Orthagora nomen Orthagoriæ eſt arceſſendum, ſed vero à numine ſalaciſſimo, ut exiſtimo. Nullus dubito quin Bacchus, ipſe aliquando dictus ſit Orthagoras. Antequam enim ille hortorum cuſtos Lampſaci naſceretur, notum eſt Bacchum comiteſque ejus curam locorum muliebrium habuiſſe. Hinc fit ut non tantum ἰθύφαλλον ipſum vocarint, verum etiam idem ſignificantibus vocabulis, ὄρθον, ὀρθανὴν, & ὀρθάγορον. Sane apud Ariſtophanem ὀλη-σιαζέσαις, cum juvencula hortatur anum prurientem, ut voces Orthagoram, id non niſi de hoc dæmone

iiſdem ab Hercule objectum. 26 Turris quam
Z Dio-

dæmone peculiato videtur intelligendum, uti ad illum locum fuſius oſtendemus. Nunc hæc obiter, ut & hujus nominis rationem redderemus.

26. *Turris quam Diomedis vocant*] Hunc locum deſcripſit Solinus, cujus verba pro ut habentur in optimo noſtro codice adſcribam. *Dein ſtagnum Biſtonium; nec longe regio in qua Tirida oppidum fuit, equorum Diomedis ſtabulum, ſed ceſſit ævo, ſolumque turris veſtigium adhuc durat.* Deeſt hic recte τὸ *Maronea*, quod poſtea additum, cum nec Mela, unde deſumſit, nomen regionis addiderit. Hoc ideo credo factum, quod tam diverſa prodant auctores de appellatione hujus regionis, cum alii Ciconas, alii Biſtones, alii vero Odruſas hic collocent. Recte vero Tirim vocat id oppidum, nam & ſic habent omnes veteres libri Plinii, & Martiani Capellæ. Salmaſius tamen ubique reponit *Tinda*. Nempe ex illo Stephani loco; Ἔστι καὶ Τίνδη Θρᾴκης Χαλκιδικὴ πόλις. Hoc ita interpretatur tamquam ſi diceret Stephanus Tindam eſſe Chalcidenſium coloniam. Sed inſigniter errat. Chalcidice enim hic eſt Macedoniæ regio, quæ Thraciæ tribuebatur, antequam eam invaderet Philippus. Multo vero erat major Chalcidice, quam illam fecit Ptolemæus, nam & totam Pallenes Cherſoneſum comprehendebat. Itaque triginta duas urbes in hac fuiſſe memorant. Ex minus notis erat Milcorus, cujus idem meminit Stephanus; Μίλκωρος Χαλκιδικὴ πόλις ἐν Θρᾴκῃ. Paulo ante Μιάκωρον nominat, vitioſos, ut puto, ſecutus codices. Sed vero præcipua, unde etiam toti regioni nomen, fuit ipſa Chalcis, proxima Olyntho, ut patet ex Ariſtotelis mirabilibus. Male enim Stephanus eam collocat in monte Atho, auctoritate Eudoxi, cujus locum male intellexit. Nullum itaque dubium eſt quin Tirida verum ſit nomen loci, ubi Diomedes equas ſuas pavit, cum Tirida quam longiſſime hinc abfuerit, nec quidquam cum Diomede vel equabus habuerit commune. Attamen hoc vocabulum etiam alibi inſercire conatus eſt Salmaſius. Nam quo loco apud Silium Italicum legitur, lib. XVI. de Campaſo equo;

Campaſius antiquo ſidebat Atlante magiſtro
Ipſum Ætola vago Diomedi condita Tyde
Miſerat.

Ipſe ait nullum eſſe oppidum Tyde dictum, itaque legendum eſſe;

Ipſumque Ætolo Diomedi condita Tinda
Miſerat.

Sed profecto non potuiſſet magis in Geographiam impingere. Cui enim

Diomedis vocant, ſignum fabulæ remanet:
27 & urbs quam ſoror ejus ſuo nomine nomi- 120
navit, Abdera: ſed ea magis id memorandum
habet

enim ignota eſſe poſſit Tude vel Tyde in Hiſpania ad Minium ſita, cum ejus oppidi tot meminerint auctores, ut ſupervacuum ſit eos enumerare. Sed & ipſe Silius lib. III.

Et quos nunc Grovios violato nomine Grajûm
Oeneæ miſere domus, Ætolaque Tyde.

Ita infra legendum eſſe docebimus. Hæc nunc breviter dixiſſe ſufficiat, ut palam fieret Silium non confudiſſe utrumque Diomedem, nec Tindam Macedoniæ urbem quidquam commune habuiſſe cum Tyde Hiſpanica, vel cum Tirida Thraciæ. Attamen quod magis mirere in tanto viro, eſt quod aliquanto poſt etiam annum addat, quo à Chalcidenſibus deducta ſit Tinda.

27. *Urbs quam ſoror ejus ſuo nomine appellavit Abdera*] De hac Diomedis ſorore ſatis jam alii. De tempore vero quo colonia facta eſt Clazomeniorum & Teiorum, illud operæ pretium eſt monere, Euſebium, & ex illo Solinum, recte ejus κτίσιν conjeciſſe in annum ſecundum Olympiadis trigeſimæ primæ. Nempe tum Clazomenii rebus florentibus primos huc miſere colonos. Secunda vero huc miſſa fuit colonia à Teiis centum & duodecim annis poſt Clazomeniorum κτίσιν. Tum quippe Perſæ ingreſſi ſunt primum Ioniam. Salmaſius putat Abderam à Teiis conditam eſſe eodem tempore quo Maſſilia à Phocæenſibus, nempe Olympiade quadrageſima quinta, juxta Euſebium. Sed manifeſte hic confundit primam & ſecundam Maſſiliæ κτίσιν. Vide quam incogitanter illum incurrat errorem, quem tam ſedulo effugere conatur, cum ne quidem illo tempore ulli in hoc tractu fuerint Perſæ, quos vel Phocæenſes, vel Teii fugere potuerint. Harpagus enim ingreſſus eſt Ioniam Olympiadis quinquageſimæ nonæ anno ſecundo. Porro quod proverbium iſtud adtinet;

Ἄβδηρα πολὴ Τηΐων ἀποικία.

Id inde ortum eſſe exiſtimo. Teii cognita ubertate & amœnitate ſoli Abderitici, hanc ſuam coloniam pulcram appellarunt, ideoque omnes illuc migrarunt. Sed vero poſtea cognoverunt eam ſoli aëriſque in hoc tractu eſſe naturam, ut non tantum equi & jumenta in vicinis paſcuis degentes, aut bibentes ex Coſſinito flumine in rabiem agerentur, verum etiam ipſos homines ſæpe corripi inſania, plurimoſque ibi naſci

habet 28 quod Democritum phyſicum tulit,
quam quod ita condita eſt. Ultra Neſtos
fluit, interque eum & Strymona, urbes ſunt,
125 Philippi, Apollonia, Amphipolis. 29 Inter
Z 2 Stry-

naſci deliros. Hinc ironice dictum, Abdera pulcra Teiorum colonia. Errant enim qui putant Abderam in loco arido aſperoque ſitam fuiſſe. Ager ipſorum totus aut paſcuus aut cerealis. Hinc Triballi apud Diodorum Siculum fame compulſi Abderiticos agros, tamquam omnium fertiliſſimos, invadunt. Sed & ipſorum nummi, qui exſtant apud Goltzium & alios, hoc teſtantur. Nam eorum nonnulli Cererem oſtendunt, alii vero in Jovis frumentarii honorem ſunt cuſi. Ita enim interpretor inſcriptionem illam ΕΠΙ ΔΙΟΣ ΛΑΙΟΥ. A λήϊον ſive λάϊον nomen habet ζεὺς λάϊος, idemque eſt plane, atque ἐπικάρπιος ζεύς.

28. *Quod Democritum Phyſicum tulit, quam quod ita condita eſt*] Non Democritum tantum urbs hæc dedit, verum & Protagoram & Anaxarchum Philoſophos, præterea Hecatæum hiſtoricum, & Nicænetum, plurimoſque alios inſignes viros, ut merito dixerit Stephanus; Πλεῖστοι Ἀβδηρίτων ἐκ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται, cum in omnibus illuſtrium virorum catalogis crebri paſſim eſſent Abderitæ. Neſcio itaque quare Juvenalis hanc vervecum vocet patriam. Nam quod multi apud Abderitas inſani naſcerentur aut fierent, quis hos ſtupori tribuat; cum inſania non hebetes & ſtupidos, qui nihil habent quod perdant, ſed maxima plerumque invadat ingenia? Quamvis autem Hippocrates lib. III. de morbis vulgaribus complurium Abderitarum meminerit, quorum febres conjunctæ fuerint cum delirio, non tamen ex tam inamœno morbo natum eſſe puto proverbium illud de malo Abderitico; ſed potius ex affectu jucundiſſimo, qui ipſorum febribus ſuccedere ſolebat, ut teſtatur Lucianus, ſcripto de conſcribenda hiſtoria. Omnes namque Muſicæ & Poëticæ ſtudebant, carmina Poëtarum recitantes ſibi invicem, & paſſim in plateis hiſtrioniam agentes. Tam elegans inſania non cadit in craſſos & pituitoſos, ne dum in vervecea capita, quæ, ſi verum eſt paradoxum Stoicum, ſemper delirant. Porro verba illa; *quam quod ita condita eſt*, melius abeſſent. Sed jam aliquoties monuimus Melam in tanta brevitate quandoque eſſe nimium, & idem ſæpe bis dicere.

29. *Inter Strymona & Athon Turris*

Strymona & Athon, turris Calarnea, [30] & Κάπρε λιμὼν, [31] urbs Acanthos, & Echymnia. Inter Athon & Pallenen, Cleona & Olynthos, Strymon (ſicut diximus) amnis eſt, longe ortus, & tenuis, alienis ſubinde aquis fit amplior: & ubi non longe à mari lacum fecit, majore quam venerat alveo erumpit. [32] Athos mons eſt adeo elatus, ut credatur altius etiam quam unde imbres cadunt ſurgere. Capit opinio fidem, [33] quia de aris quas in vertice ſuſtinet non abluitur cinis, ſed

Turris Calarnea] Ita omnes libri veteres. Sed recte Hermolaus *Calarnaa*. Stephanus, Κάλαρνα πόλις Μακεδονίας ὡς Λούκιος ὁ Ταρραῖος. τὸ ἐθνικὸν Καλαρναῖος. Lectio Pintiani nullam veri ſpeciem habet. Vetuſtiores Græci, quos plerumque ſequitur Mela, & ipſi quoque omittunt Stagiram tamquam ignobilem locum.

30. *Et portus Caprullon*] Monſtrola lectio. Libri meliores habent, *& portus Caprolimen*. Quis non videt veram eſſe lectionem; Et Κάπρε λιμὼν?

31. *Urbs Acanthos & Echymnia*] Sic fere omnes veteres libri, in quibuſdam *Echymna*. Quod alii in *Oeſyma*, alii aliter mutarunt, ſed omnes inepte. Vera eſt lectio quam dedimus. Meminit hujus oppidi Heraclides in Politiis, qui dicit ejus incolas adeo à muribus infeſtatos fuiſſe, ut relicto loco Cleonas vicinum oppidum exſtruxerint & inhabitarint. Verum neque apud illum recte id vocabulum ſcribitur, Ἐλύμνιον enim vulgo legitur, pro Ἐχύμνιον. De diverſa autem hac terminatione jam alibi diximus.

32. *Athos mons eſt adeo elatus*] Veteres nonnulli libri ita legunt; *Athos adeo mons altus*. De altitudine Athus montis ſuperius egimus, ubi oſtendimus ineptire illos, qui tam immenſam huic altitudinem attribuunt.

33. *Quia de aris, quas in vertice ſuſtinet*] Hæc quæ Mela de Atho, Solinus de Olympo narrat. An alios ſecutus ſit auctores neſcio, illud certo ſcio, non Olympo tantum & Atho hæc convenire, ſed omnibus montibus, quo-

ſed quo relinquitur aggere manet. Cæterum non promuntorio, ut alii, [34] verum totus exſtat, totoque longè dorſo procedit in pe-

la-

quorum vertices ſunt vel ſupra nubes, vel ſaltem in ſummitate earum. Nulli enim aut imbres illic poſſunt oriri, niſi caſu ac inſolito fere modo, ut alibi oſtendimus. Hæc omnia vero quæ & Mela, & Solinus de Athone & Olympo, eadem Geminus de Cyllene prodit. Vide illum in Elementis Aſtronomiæ cap. XIV. ex iis videbis, quam nihil contra Solinum diſputans dixerit Salmaſius, quod non melius fuiſſet tacuiſſe. Porro quod hic de aris in ſummitate Athus dicit, id de aris Jovi conſecratis eſt intelligendum. Heſychius; Ἀθῶος ὁ ἐπὶ Ἄθῳ Ζεὺς ἱδρυμένος ἀνδριὰς, ὁ Ζεύς. Omnes fere altiores montes, ut Pelion, Olympus, Ida, Caſius, Atabyrius Rhodi, aliique quam plurimi, Jovi præcipue dedicabantur, ejuſque in verticibus ſuis fana & altaria ferebant. Ζεὺς itaque Ἀθῶος, qui in Atho monte colebatur. De hoc Jove nonnulli interpretantur imaginem, quæ in Athoitarum nummis comparet. Sed ea potius de Atho gigante eſt accipienda, cujus meminit Nicander apud Stephanum his verbis;

Καί ῥ' ὃς Ἄθω τόσσον ὕψος
ἰδὼν Θρηίκιος ὑπ' ἄστροις
Ἔκλυσεν, ἐδ δὴ θέντος ἀμε-
τρήτῳ ὑπὸ λίμνῃ
Ὃς ἀναπὼν χείρεσσι δύο
ῥίπτεσκε βέλεμνα
Ἠλιβάτῳ σὺν θέλυμνα Κα-
ναστραίης πάρος ἄκρης.

In toto Stephano vix alter eſt iſto corruptior locus. Nec quidquam hic juvant veteres libri. Miror eruditos, qui hunc locum citant, ita illum tranſilire, tanquam ſi plana eſſent omnia, cum tamen nullus hic ſit ſenſus. Proculdubio ita ſcripſerat Nicander.

Καί ῥ' ὃς Ἄθω τόσσον ὕψος
ἰδὼν Θρηίκιος ἀπ' ἀρχῆς
Ἔκλυσεν, ἐδ δὴ θέντος ἀμε-
τρήτῳ ὑπὸ λίμνῃ,
Ἧς ἀναπὼν χείρεσσι δύο
ῥίπτεσκ' ἐπὶ Λήμνῳ
Ἠλιβάτῳ σὺν θέλυμνα Κα-
ναστραίης πάρος ἄκρης.

Ait Athon quendam giganta, bello contra deos, cum tam vaſtam molem videret in ſolo Thracio, inde ſolviſſe eam, fundatam prius ſub immenſa palude. Unde avellens radicitus, ambabus manibus montem illum jactavit prope Lemnum inſulam, ad pedem promuntorii Canaſtræi.

34. *Verum totus eſt, totoque longe*

lagus: quà continenti adhæret, à Xerxe in Graios tendente perfoſſus transjugatuſque eſt, [35] factus freto navigabili pervius. Ima ejus tenent parvæ Pelaſgorum coloniæ. In ſummo fuit oppidum Acroathon, in quo (ut ferunt) dimidio longior quam in aliis terris ætas habitantium erat. Pallene ſoli tam patentis, ut quinque urbium ſedes ſit atque ager:

longe dorſo procedit in pelagus] Reſcripſi *totus exſtat*. Mons Athos non promuntorio tantum aliquo exit in pelagus, ſed totus exſtat, cum ſit peninſula, vel etiam inſula, quamdiu Xerxi placuit.

35. *Et factus freto navigabili pervius*] Pro *factus*, libri quidam veteres legunt *Athos*. Forſan margini aliquis adſcripſerat, *Athos freto navigabili pervius*, quod poſtea in contextum irrepſit. Attamen cum jam ſæpe monuerim, quam ubique idem bis dicere amet Pomponius noſter, nolim hic exturbare vulgatam lectionem, quæ non recedit à melioribus codicibus, niſi quod in illis, pro *tranſnavigatuſque & factus*, ſcriptum ſit, *transjugatus eſt, factus*. Legendum; *A Xerxe in Grajos tendente perfoſſus transjugatuſque eſt, factus freto navigabili pervius*. *Transjugare* eſt jugum montis ſuperare. Hanc Xerxis foſſam, quæ erat mille quingentorum paſſuum ſive duodecim ſtadiorum, *fretum* ſimiliter vocat Plinius. Catullus vero *mare* in coma Berenices;

Cum Medi peperere novum mare, cumque juventus
Per medium claſſi barbara navit Atho.

Sic locum illum reſtituimus ope libri vetuſti. Meliores auctores paſſim Atho dicunt, τὸν Ἄθω, non Athon. Sed & Athonem qui vocant recte faciunt, ſic Cicero & alii. Corruptiſſimus eſt Ammiani Marcellini locus lib. xxxi. de hac ipſa Athonis foſſa, quem ab aliis jam depoſitum, emendatum adſcribemus. *Reſpiſcant tandem memoriæ veteres Medicas acies ductantes ad Græciam: quæ ductum Helleſponti occupantes, & diſcidio quodam fabrili, mare ſub imo Athonis pede quæſitum, exponunt, & turmatim apud Doriſcum exercitus recenſitos, concordante omni poſteritate, ut fabuloſa ſunt lecta.* Bellonius, qui anguſtias peninſulæ quam efficit Athos luſtravit, & ipſe quoque hanc Xerxis foſſam fabuloſam eſſe exiſtimabat. Nempe

ger: tota in altum abit, anguſta ſatis unde incipit. Ibi eſt Potidæa. At ubi laxius patet, Mende Scioneque referendæ: illa ab Eretriis,

pe quia nulla inciſionum veſtigia invenit. Sed qui fieri potuiſſet, ut per tot ſecula ductus aquæ ad pedem tam vaſti montis ſitus, ſervari potuiſſet? Hoc illud ipſum eſt, quamobrem Græci laborem illum Xerxis ſtultum & inſanum adpellarunt, gnari foſſam iſtam à defluviis & impendentibus ruinis ſtatim eſſe obruendam. Æliani tamen ſeculo, veſtigia hujus perfoſſionis exſtitiſſe videntur. Clare hoc colligitur ex lib. XIII. cap. XX. ubi agit de cetis & totis piſcibus circum, circa hunc montem natantibus. Adſcribam verba ipſa, quia inſigniter vulgo corrupta ſunt, ac ne ſenſum quidem contineant propter crebra menda. Sic itaque illa ſunt refingenda; Καὶ νεῖ μὲν καθ' ἁγέλας ταῦτα, μάλιστα δὲ ἐν δεξιᾷ Ξ' Ἄθω Θρᾳκίᾳ, ἔνθα τοῖς πλέουσι τῷ ἀπὸ Σίγλης πλέοντι ἐντυχεῖν ἐστὶν αὐτοῖς κατὰ τὸ ἀντιπέραιον ἤπειρον, ὥσθ' ἅτε τὴν Ἀρταχαΐδα καλέμβυον τέφρον, καὶ τὸν Ἀκάνθιον ἰσθμὸν, ἔνθα δὴ καὶ ἡ Ξ' Ἀρτάιδος φαίνεται λαβρυὴ, ἡ διασπᾷ μέσον τὸν Ἄθω. Lapſus autem videtur memoriæ Æliani, quod Artæum pro Artachæo poſuerit. Verum operæ pretium eſt in locum illius foſſæ, & quemadmodum ducta ſit, aliquanto accuratius inquirere, quoniam ea quæ alii de hac perfoſſione retulerunt, plane ἀσύστατα & inepta ſunt. Herodotus lib. VII. dicit foſſam illam ab Acantho urbe Sanen uſque pertigiſſe. Acanthum vero urbem ponit ad ſinum Singiticum; Sanen vero oppidulum, in Pallenæa Cherſoneſo. Hoc ſi ita ſit, quo modo concipi poteſt, ut foſſa illa duodecim tantum fuerit ſtadiorum, ut ait Herodotus? Præterea hinc ſequeretur, ut non ipſe Athos, ſed peninſula illa, quam Singiticus & Toronaicus ſinus efficiunt, fuerit à Xerxe perfoſſa. Atqui Herodotus & omnes in eo conſentiunt ipſum Athonem fuiſſe in inſulam redactum. Profecto ſi quis deſcriptionem Ptolemaicam, vel illorum omnium qui hactenus Græciæ tabulas dederunt, ſequatur, nunquam ſe ex hac difficultate expedire poterit, ac omnino neceſſe erit ut Herodotum, Thucydidem, omneſque adeo antiquos, mendacii inſimulet. Verum ex tabula veteris Græciæ, aliquando à nobis in lucem edenda, omnia hæc manifeſta fient. Nempe in eo erratum eſt hactenus, quod peninſulam quam

triis, hæc ab Achivis capto Ilio remeantibus posita.

quam Singiticus & Toronaicus sinus efficiunt, ab Atho separarint, cum sit pars hujus, utpote cervice annexa, ac ut ita dicam, peninsula peninsulæ. Toronaicus vero sinus longe penitius terram init, quam Ptolemæi tabulæ doceant; nisi enim isthmus duodecim stadiorum obstaret, conjungeretur sinui Strymonio. Ac hi quidem duo sinus, Toronaicus nempe ac Strymonius, conficiunt majorem illam Athonis peninsulam, quæ alteram illam, quam diximus, comprehendit; ac præterea isthmum, quem Xerxes perfodit. Isthmus iste à Græcis monachis montis incolis Προωύλαξ hoc (seculo appellatur.

CAP. III.

MACEDONIA, GRÆCIA, PELOPONNESUS, EPIRUS, ET ILLYRICUM.

1 TUm Macedonum populi centum quinquaginta urbes habitant, 2 quarum Pella & maxima, & illustris. Alumni efficiunt, Philippus Græciæ domi-

1. *Tum Macedonum populi quod urbes habitant*] Hæc est meliorum librorum lectio. Sed recte Pintianus emendavit, CI *urbes habitant*, ut Plinius & Martianus. Aliorum conjecturæ sunt ineptæ.

2. *Quarum Pellam maxime illustrem*] Hæc quoque è libris ita emendavimus; *Quarum Pella & maxima, & illustris. Alumni efficiunt, Philippus Græciæ domitor, Alexander etiam Asiæ.* Utrumque nempe effecere Philippus & Alexander, in hoc oppido nati & educati, ut & illustris esset Pella, & maxima. Demosthenes de Corona, agens de Philippo; ὃ δὲ τοῦτό γε ἐδεῖς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν ὡς τῷ ᾠῷ ἐν Πέλλῃ τραφέντι, χωρίῳ ἀδόξῳ τότε

tor, Alexander etiam Asiæ. In littore flexus Mecybernæus inter promuntoria Derrim & portum qui κωφὸς dicitur: urbes, Toronen & Physcellam, atque unde ipsi nomen est, Mecybernam incingit. 3 Canastræo A a pro-

τότε γε ὄντι κώμῃ μικρᾷ, τοσαύτην μεγαλοψυχίαν ἐνέσπειρεν ἐγγενέσθαι, ὥστε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἄρχειν ἐπιθυμῆσαι. Non itaque verum est id quod olim arbitrabamur, secuti Salmasium, Pellæ regiam fuisse etiam ante Philippum, auctoritate Pseudoscylacis. Nam quo loco apud ipsum legitur, Πολίχνιος. Καὶ βασίλειον ἐν αὐτῇ, non Πέλλα, sed transpositis syllabis Πόλις Αἰγαὶ scribendum est. Ægis enim regia erat Macedonum ante Philippum & Alexandrum. Oppidum illud prius vocabatur Edessa; Ἔδεσσα, non Αἴδεσσα uti perperam legitur in vulgatis Ptolemæi exemplaribus. Aliquanto vero remotior à mari erat Edessa sive Ægæ, atque Pella. Palus quippe illa, in qua sita erat Pella mari erat vicina. In istam vero paludem duo incidebant flumina Axius & Ludias. Per Ludiam ἀνάπλους erat ad Ægas sive Edessam. Non recte Ptolemæus qui Ægas sive Ægam, & Edessam distinguit, & hanc ad Erigonem, illam ad Haliacmonem collocat, cum eadem sit, ut apparet ex Justino, sitaque sit ad Ludiam amnem, ut testatur Anonymus, qui Scylacis nomine prodiit. Urbs vero hæc non modo appellabatur Αἰγαὶ, sed & Αἰγαίαι & Αἴγειαι. Sic quoque Theophrastus libello de ventis cum dicit aquilones Ossæ & Olympo impactos contrarios nubibus ferri; συνιαχεῖ τὰ νέφη τοῖς πνεύμασιν ὑπεναντία φέρεσθαι, καθάπερ καὶ περὶ Αἰγειὰς τῆς Μακεδονίας βορέου πνέοντος πρὸς τὸν βορέαν. Ita scribendum: male enim Αιγίδας habent vulgata exemplaria. Nec meliora sunt illa quæ alii reponere hoc loco tentavere. Ab hoc oppido ἐθνικὸν est Αἰγειάτης, & forma Macedonica Αἰγειάδης. Nihil itaque mutandum apud Justinum. Porro quamvis regia ex hac urbe Pellam translata sit, morem tamen mansisse ut Ægis vel Ægiis reges sepelirentur, colligi potest non ex Plinio tantum, verum & ex Diodoro Siculo lib. XIX.

3. *Canastræo promuntorio Scionæ pro-*

promuntorio Sena proxima est. Mecybernæus autem in medio quà terra dat gremium, modice in littora ingreditur. Cæterum longis in altum immissis lateribus, ingens inde Thermaicus sinus est. In eum Axius per Macedonas, & jam per Thessalos Peneus excurrit. Ante Axium Thessalonice est: inter utrumque, [4] Cassandria, [5] Cydne, Alo-

proxima est] Ita correctores reposuerunt, cum prius in omnibus libris legeretur *Sena*, quod rectum est, pro *Sana* vel *Sane*. Nam & Σηναῖοι & Σανααῖοι dicebantur oppidi hujus habitatores, ut ex Stephano manifestum. Horum urbem quo stratagemate ceperit Philippus vide apud Frontinum lib. III. cap. III. Verum male apud ipsum *Samiorum* legitur, pro *Saniorum*. Canastræum vero promuntorium hic accipe, non pro extima tantum hujus peninsulæ prominentia, verum pro tota peninsula, uti sæpe vox promuntorii & apud Melam & alios accipitur. Quomodo autem fieri potuerit, ut ab hac urbe nempe Sane, fossa perducta sit à Xerxe Acanthum usque, nec tamen ultra duodecim stadia porrecta fuerit, id superius explicavimus.

4. *Cassandria*] Cassandriam alieno plane hic loco collocatam esse recte observavit Pintianus. Quod si locus emendandus sit, non dubitandum quin Chalastra hic locum habere possit, cum illa sita sit inter Peneum & Axium flumina. Sed videtur non tam librarius, quam ipse errasse Mela. Nam cum superius antiquiores, ut fere semper, secutus Græcos, Thraciam usque ad Pallenen extenderit, ipsamque adeo Pallenen in Thracia collocarit; hic eandem oram relegens Mecybernam, Toronam, Physcellam, totamque Pallenes peninsulam Macedoniæ tribuit. Uti itaque Sanen & Canastræum promuntorium, non hic, sed superius in Pallenes descriptione recensere debuerat; ita quoque Cassandriæ meminisse debuerat, cum Potidææ facit mentionem. Ex hujus quippe ruinis altera conflata est, attestantibus omnibus, qui Potidæam postea Cassandriam dictam fuisse scribunt. Quamvis non Potidæatæ soli, sed & Olynthii & Pallenenses huc fere deducti.

5. *Cydna, Aloros, Icaris*] Mela, antiquiores secutus Græcos, Cydnam vocat quam alii Pydnam. Urbem enim hanc prius sic

Aloros, Icaris. [6] A Peneo, ad Sepiada, Gortyna, Melibœa, Castanæa: pares ad famam, nisi quod [7] Philoctetes alumnus Melibœam illuminat. Terræ interiores claris

A a 2 loco-

sic dictam, & postea ἠφὶ Ὠδρφθρεῶν appellatam fuisse Pydnam, ex Theagenis Macedonicis testatur Stephanus. Pro *Icaris* in quibusdam libris, *Sycharis* & *Hyccaris* legebatur. Forsan *Sicyris* quæ aliter Sycurium. Sed potius existimo hanc esse, quæ Ptolemæo dicitur Κύελ, male ut videtur pro Κίελς, vel Κύρης. Ab hac ἐθνικὸν Κυρηστὴς & contracte Κυρηστὰ, qui sunt Cyrestæ Plinii.

6. *A Peneo Sepias, Corinthia, Melibœa, Castanæa*] Cum libri veteres habeant, *ad Sepida*, certum est, Melam scripsisse; *A Peneo ad Sepiada, Gortyna, Melibœa, Castanæa*. Inter ostia Penei, & Sepiada promuntorium, tria illa collocat oppida. Gortyna quidem sita erat ad ipsum os Penei fluminis. Itaque non est dubitandum de veritate hujus lectionis, quam vetera confirmant exemplaria, in quibus omnibus *Corutra* exaratum inveni. Melibœa vero sita erat in sinu, qui Ossam & Pelium montem interjacet. Strabo lib. IX. Τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ Ὠλιάκωλος πῶς ὁ Ἔ Πηλιὸς ὅσον σταδίων ὀγδοήκοντα. τοσοῦτος δὲ καὶ ὁ Εἰσ-τῶ καὶ ὁ τῆς Ὄσσης. Μεταξὺ δὲ κόλπος ὠλειόνων ἢ Ἀλιησίων σταδίων, ἐν ᾧ ἡ Μελίβοια. Inepte vulgo legitur Πηνειῷ pro Πηλίῳ, quod miror non vidisse interpretes. Castanæa vero & ipsa sita erat ad mare, ad pedem montis Pelii, ut ibidem Strabo, & alii alibi testantur. Vere itaque Mela dixit, inter ostia Penei & Sepiada promuntorium, sita esse hæc tria oppida, Gortynam, Melibœam & Castanæam.

7. *Philoctetes alumnus Melibœam illuminat*] Non ob Philoctetem tantum urbs hæc illustrior erat aliis istis duabus, sed & ob purpuræ tincturam. Lucretius lib. II.

------ *Melibœaque fulvens*
Purpura Thessalico concharum tincta colore.

Sed & Virgilii locum, cum inquit; *Quam plurima circum Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit*; de hac ipsa urbe interpretantur. Alii tamen quod sciam Thessalicæ vel Melibœensis purpuræ, non meminerunt. Præterea Festus Pompejus dicit insulam fuisse; *Melibœa purpura à nomine insulæ, in qua tingitur, est vocata.* Atqui hæc Melibœa in recessu sinus quem Ossæ & Pelii promuntoria

locorum nominibus insignes, penè nihil ignobile ferunt. [8] Hinc non longè est Olympus, Pelion, Ossa, montes gigantum fabula belloque memorati: hîc Musarum parens domusque Pieria: hîc noviſſime calcatum Graio Herculi solum, saltus Oeteus: hîc sacro nemore nobilia Tempe: hîc Libethra, carminum fontes. [9] Objacet tum jam vastè & multum prominens

toria efficiunt erat sita, nihilque minus erat quam insula. Locum itaque Lucretii & Virgilii de Phœnicia purpura accipiendum esse existimo. In ditione enim Apamiæ, quæ Pella fuit dicta à Macedonibus, caputque fuit aliquandiu omnium Syriæ civitatum, insulam Meliboeam eleganter describit Oppianus, sitam in Oronte flumine, qui antequam mari mergitur, late circa illam stagnat. *Thessalicas* vero illas conchas dixit Lucretius, quia à Thessalis vel condita vel nominata est Phœnicia ista Meliboea. Thessali enim & Macedones innumeris Syriæ locis patria indidere cognomina. Hinc illa in Syria vocabula; Berrhoea, Edessa, Larissa, Heraclea, Ægæ, Chalcis, Europos, Dium, Maronea, Pieria, Cyrestica, aliaque infinita.

8. *Hinc non longe est Olympus, hic Pelion, hic Ossa*] Hic à litore ad mediterranea digreditur. Aitque non longe à litore montes istos esse sitos. Verum non rectè dixit *non longe*, cum mare adtingant, uti ex Herodoto, ubi naufragium Persarum in hoc litore describit, & ex aliis liquet scriptoribus. Porro τὸ *hic*, toties repetitum, delevimus, autoritate meliorum librorum, ex quorum fide multa quoque alia minuta correximus, quorum sigillatim rationem reddere non lectori minus, quam nobis sit futurum fastidio.

9. *Objacet tum jam vastè & multum prominens Græcia*] Confusa hæc omnia possint videri, quod hic misceat Macedoniæ, Thessaliæque loca, & cum jam Penei supra meminerit, alios hic Græciæ ponat terminos, ac si partem Thessaliæ in Græcia, alteram in Macedonia collocaret. Attamen nihil hic est quod merito reprehendi possit. Si quis enim accuratius hæc verba consideret, animadvertet pleraque illa Magne-

nens Græcia, & dum Myrtoum pelagus attingat, à septentrione in meridiem vecta, quà

Magnesiæ loca quæ hic nominantur, neque Macedoniæ, neque Græciæ tribui. Sic fere omnes meliores Geographi, & præsertim Dicæarchus, quamvis alii illo antiquiores in Hellade ponant Magnesiam. Ita etiam auctor ille qui Scylacis nomen præfert, postquam omnia Magnesiæ oppida recensuit, addit; eo usque Græciam sive Hellada ab Ambracia pertingere, ac revera omnia in litore sita loca plane Græcanicam habere faciem; ἐπιεικῶς δὲ, φησὶ, ἐπὶ θάλατταν πᾶσα Ἑλλὰς ὁμοία ἐστί. Ut autem nimis liberales fuere in adsignandis Helladi limitibus, qui Magnesiam ei adtribuunt, ita nimis illam constringunt, qui Thessaliam in Hellade sitam esse negant. Verum illos arguit Dicæarchus, & Ἑλλάδα civitatem, in Thessalia fuisse & Ἑλλήνων nomen ex ea profectum esse ostendit. Exstant apud illum Posidippi versus in Athenienses jactantes se solos esse Ἕλληνας;

Ἑλλὰς μὲν ἐστι μία, πόλεις δὲ πολλοί.
Σὺ μὲν Ἀττικίζεις, ἡνίκ' ἂν φωνὴν λέγῃς
Αὐτὸς εἶναι. εἶδ' Ἕλληνες Ἑλληνίζομεν.

Salmasius hic legebat, ἡνίκ' ἂν φωνῇ λέγῃς αὐτὸς εἶναι. Verum multo elegantius Grotius pro αὐτὸς εἶναι, legebat Αὐτόχθονες. Sed vera lectio est Ἀστοὶ εἶναι. Notum enim quod ἀστοὶ peculiariter Athenienses vocantur. Rectè itaque Dicæarchus Thessaliam in Hellade ponit, exclusa Magnesia. Duos vero Helladis facit terminos, à septentrione, unum inter hanc & Magnesiam, qui erat mons Homole sive Homolius, alterum inter Macedoniam & Thessaliam, Peneum nempe fluvium. Ipsa Dicæarchi verba sunt;

----- Τὸ πέρας αὐτῆς δ' ἔρχεται
Ἐπὶ τὸν ποταμὸν Πηνειὸν,
ὃς Φιλέας ῥᾴφ',
Ὄρος τε Μαγνήτων Ὁμόλην περιληφθὸν.

Circa finem vero descriptionis Thessaliæ, hæc habet; Τῶν δὲ Ἑλλάδα ἀφορίσαντες ἔως τῶν Θερμοπυλῶν στομίῳ καὶ τῷ Μαγνήτων Ὁμολίῳ τῷ διήκοντι πεποιημένοι καθάπαξ τὸν λόγον. Thessalorum στόμιον hic interpretantur de ostio Penei. Verum hoc est nugari. Prius legebatur στόμασι, quem-ad-

quà ſol oritur, Ægæis: quà occidit,
[10] Ioniis fluctibus objacet: ac proximè ſpatioſa Hellas nomine, grandi fronte procedit: mox mari utroque, & Ionio magis, latera ejus intran-

admodum etiam alio legitur loco; τὸν μὲν οὖν Ἑλλάδα ἀπὸ Πελοποννήσου τὸν ἀρχὸν λαβὼν μέχρι τῶν Μαγνήτων ἀφορίζων σώμασι. Et hic quoque σωμάσι vel Ὁμολίδι legendum cenſet Salmaſius. Sed profecto utrobique ſcribendum eſt Τέμπεσι. Integrum vero locum ſic reſcribe; Τὸν μὲν ἐν Ἑλλάδα ἀπὸ Πελοποννήσου τὸν ἀρχὸν λαβών, μέχρι τῶν Μαγνήτων Ὁμολίδι καὶ τῶν Θετταλῶν ἀφορίζω Τέμπεσι. Legerant tantum τὰ Τέμπη, non autem τὸ Τέμπος, itaque inſolentia vocis mutationi occaſionem dedit librariis. Lectionem hanc confirmat Anonymus ille qui Scylacis præfert nomen; Ἡ δὲ Θεσσαλία παρήκει ἐν μεσογείᾳ ὑπὲρ Αἰνιάνων, καὶ Δολόπων, καὶ Μαλιέων, καὶ Ἀχαιῶν, καὶ Μαγνήτων, μέχρι Τέμπων. Nugantur vero Grammatici cum Tempe dicta eſſe putant, tamquam τρέπη vel τέρπη. A religione loci, nomen hoc inditum eſt. Itaque recte Mela; *hic ſacro nemore nobilia Tempe.* A τέμνω enim eſt τέμενος & contracte τέμος. Pro eo vero Macedones & Æoles quibus ubique placet π ἀντὶ τοῦ μ dicebant τέμπος. Itaque τέμπος æque atque τέμθος & lucum & fanum ſignificat. Hinc quoque Romani ſuum fecere *tempus*, cujus tantum ſupereſt diminutivum *templum* vel *templum*, obliterato priori, ad vitandam ambiguitatem ejuſdem, ſed aliud ſignificantis vocabuli. Qui Tempe interpretantur τὰ, σενὰ, illi non vocem exprimunt, ſed ſitum deſcribunt. Latini Græcique poſteriores varie hoc vocabulum uſurparunt; nam non tantum nemora lucoſque, verum etiam prata & hortos & quæcunque amœna loca, Tempe vocarunt. Pentadius epigrammate de adventu veris;

Floribus innumeris pingunt ſola flatus Eoi,
Tempeaque exhalant floribus innumeris.

Male *Temporaque* vulgo legitur. Paſſim vox hæc ita accipitur.

10. *Ioniis fluctibus objacet*] Nihil mutandum, vel auferendum. Tales ἐπαναλήψεις amat Pomponius. Sic quoque ſupra locutus eſt.

11. *Donec quinque millia paſſuum pateat*] Sic Hermolaus, quem ſecuti ſunt alii, cum prius legeretur, *quatuor millia paſſuum*, uti quoque eſt in omnibus manu exaratis codicibus. Atqui Melam ſic ſcripſiſſe apparet etiam ex Solino, qui & ipſe ſecutus Melam, quatuor millium latitudinem tribuit Iſthmo Corinthiaco. Solinus tamen hoc loco vapulat ab eruditis, quod decem detraxerit ſtadia. Sed omnino errant. Cum enim Strabo, Plinius, & alii, quadraginta ſtadiorum iſthmum hunc faciunt, tum computant ambages & anfractus montoſos, qui viam altero tanto longiorem efficiunt. Vera enim hujus iſthmi latitudo per directam ſumpta lineam, viginti tantùm eſt ſtadiorum, ut adparet ex Nerone Luciani ſive ſcripto de perfoſſione Iſthmi. Sed vero qui quadraginta numerant ſtadia, illos ſinuoſam carpere viam, luculentus teſtis eſt auctor anonymus, quem non recte Scylacem eſſe putant, qui de hoc iſthmo agens, hæc habet; Ἀφ' οὗ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ Ἀφ. πεπλατύνονται, ἔστι πολπώδη.

12. *A Macedonia prima eſt Theſſalia*] Male prius legebatur, *in Macedonia*. Licet enim Theſſalia à Phi-

intrante, [11] donec IV. millia paſſuum pateat, media fermè prope inciditur. Deinde rurſum terris huc ſe & illuc, verum in Ionium mare magis expandentibus, progreſſiſque in altum, non tam lata quam cœperat, ingens tamen iterum & quaſi peninſula extenditur, vocaturque Peloponneſos, ob ſinus & promuntoria, queis ut fibris littora ejus inciſa ſunt, ſimul quod tenui tramite in latus effunditur, platani folio ſimillima. [12] A Macedonia prima eſt Theſſalia: deinde Magneſia, Phthiotis, Doris, Locris, Phocis, Bœotis, Atthis, Megaris: ſed omnium Atthis clariſſima. In Peloponneſo, Argolis, Laconice, Meſſenia, Achaia, Elis,

lis, Arcadia. Ultra, Ætolia, Acarnania, Epiros, usque in Adriam. De locis atque urbibus quæ mare non abluit, hæc maximè memoranda sunt. In Thessalia, Larissa, [13] aliquando Iolcos: in Magnesia, Antronia: in Phthiotide, Phthia: [14] in Doride Pindus, & juxta situm Erineum: [15] in Locride

à Philippo & Alexandro, & postea à Romanis attributa fuerit Macedoniæ, hoc nihil ad rem facit, cum antiquam Mela, ut ostendimus, sequatur distributionem. Sequentia præterea hanc lectionem non admittunt. Nam illa quæ sequuntur in vulgatis editionibus; *In Græcia Doris, Locris,* &c. adsuta sunt ab aliquo, cum in nullis, quæ viderim, compareant exemplaribus.

13. *Aliquando Iolcos*] Et hæc quoque eraserat Pintianus, quia nempe Iolcon dicit esse ad mare sitam, hic vero Melam mediterraneas tantum recensere civitates. Licet hoc verum esset, non tamen video cur existimemus auctorem nostrum errare non potuisse. Verum ipse errat Pintianus cum ex Strabone ostendere conatur, Iolcon fuisse ad mare sitam. Verba Strabonis hæc sunt; Τῆς δὲ Δημητριάδος ἐπὶ σταδίους ὑπέρκειται τῆς θαλάττης Ἰωλκὸς Ipse interpretatus est, *jacet ad mare.* Sed quis nescit ὑπερκεῖσθαι semper accipi de locis remotis à mari? Recte itaque Eustathius hunc locum Strabonis sic interpretatur; Τὸν Ἰωλκὸν ὑπερκεῖσθαι φασι τῆς παρὰ Δημητριάδι θαλάσσης ἐπὶ σταδίους. Vides quantillo spatio à mari abfuerit Iolcos, ut non mirum sit ab aliis inter maritimas urbes recenseri. Porro cum Poëtæ Argonem Iolco solvisse ajunt, id de Aphetis, de quibus infra, vel de litore, quod & ipsum Iolcon vocari docet Strabo, accipiendum est. Sed & cum Scholiastes Apollonii Sepiadem dicit esse ἀκρωτήριον ἐν Ἰωλκῷ, manifeste Iolcum pro litore accepit.

14. *In Doride Pindus, & juxta situm Erineum*] In omnibus quæ vidi exemplaribus absunt hæc, & ab aliquo forsan adjecta sunt, qui hæc aut similia deesse existimavit. Nam cum paulo superius Doridis meminerit, putavit hujus regionis oppida hic excidisse.

15. *In Locride Cynos & Calliaros*] Paulo superius opem tuli Pomponio Iolcon mediterraneam facienti, verum hic nihil habeo, quo eum adjuvem. Nimis enim manifeste errat, cum Cynon, portum Opuntiorum, in mediterraneis; ipsam vero Opuntem ad mare collocat, quæ tamen quindecim stadiis inde aberat, ut testatur Strabo. Paulo superius Eleusina quoque nominavit, cum & ipsum oræ maritimæ sit oppidum. Sed profecto sæpius in hoc solo capite impegit auctor noster, quam fere in reliquo opere. Paulo post libri aliquot legunt, *& clariores, quam ut indicari soleant, Athenæ.*

16. *In Messenia Meßene & Methone*] An scribendum *Ithome?* Notum est illam fuisse & urbis Messenæ, & totius regionis arcem. Sed quia jam monuimus Pomponium valde sui oblitum fuisse toto hoc capite, credamus potius & hic quoque dormitasse, vel saltem alios errantes esse secutum, cum Methonam mediterraneam facit. Adeo enim mari vicinum est hoc oppidum, ut vicinius esse non possit. Olim in litore depressiore sedebat, si vera dicit Grammaticus Anonymus qui penes me exstat, postea vero terræmotu triginta octo ulnis, sive pedibus ducentis viginti octo, in altum evecta est. Ἀπὸ τοῦ σεισμοῦ λέγεται ὑπεπεπηδηκέναι καὶ φαίνεσθαι ἀνωτέρω τῆς θαλάσσης εἰς ὀργυιὰς λη. Sed cum dicit ὑπεπεπηδηκέναι, videtur allusisse ad vocabulum Pedasi, quomodo Metho-

cride, Cynos & Calliaros: in Phocide, Delphi, & mons Parnassus, & Apollinis fanum atque oraculum: in Bœotia, Thebæ, & Cithæron fabulis carminibusque celebratus: in Atthide, Eleusin Cereri consecrata: & clariores quam ut indicari egeant Athenæ: in Megaride, unde regioni nomen est, Megara: at in Argolide, Argos & Mycenæ, & templum Iunonis, vetustate & religione percelebre: in Laconide Therapne, Lacedæmon, Amyclæ, mons Taygetus: [16] in Messenia, Messene & Methone: in

Achaïa atque Elide quondam Piſæ Oenomaï,
17 Elis,

Methone prius vocabatur. Verum hoc grammaticale eſt ſomnium, cum jam Homeri ævo Πήδασος fuerit. Alterum vero de terræmotu quod ait, id credo, quia ſimiles habeo hiſtorias. Vel ipſa hæc Peloponneſos exemplum exhibet in urbibus Achaicis, radicitus evulſis & tranſlatis alio. Verum inquiat aliquis illas periiſſe, veriſimile vero non eſſe, oppidum integrum tam alte attolli potuiſſe, & non penitus peſſundari. Attamen contrarium habemus exemplum in terræmotu in Syria & Meſopotamia facto ſub Conſtantino Copronymo, quem deſcribunt Theophanes, Cedrenus & alii. In eo enim narratur oppidum integrum, muris & ædificiis integris, ad ſex milliaria eſſe tranſlatum. Monendum interim hoc loco in Chronico inedito pervetuſto, unde Theophanes & hæc, & alia multa hauſit, aliter hoc miraculum narrari, hoc nempe pacto. Ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ γέγονε σεισμὸς μέγις ⟨ὃ⟩ καὶ πολλὴ πτῶσις, ὡς αἱ μὲν τῶν πόλεων ὁλοκλήρως ἠφανίσθησαν, αἱ δὲ ἐξ ἡμισείας. ἑτέρωι δὲ ἀπὸ τῶν οἰκίων αὐτῶν εἰς τὸ ὑποκείμενα πεδία, σὺν τῶν τειχῶν αὐτῶν καὶ τῶν οἰκημάτων ἄχρι μετέστησεν ἀβλαβεῖς ὡς ἀπὸ μιλίων δύο. ἡ δὲ γῆ Μεσοποταμίας ἐπὶ μίλια τρία χιλιάδας καὶ ἑτέραν λευκὴν ἀναβεβήκασι καὶ ἀμμώδη γῆν, ἀνήλθε ⟨ὃ⟩ λαὸς ἐκ μέσου τούτης ἡμίου ⟨ὃ⟩ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ φθεγγόμενοι. De mulo quod dicit, id commentum eſt monachorum, qui plerumque talibus nugis ſolent interpolare naturæ miranda. Cætera vera eſſe exiſtimo. Nam ſi terræ hiatus fuit trium paſſuum millium, fieri potuit, ut oppida & loca aliqua ad duo millia è priſtina ſede migrarint. Sed vero ſi vorago non niſi duorum millium latitudinem habuerit, non video quomodo urbs aliqua ad ſex paſſuum millia diſcedere potuerit. Nulla vero adverſatur ratio, quominus integræ etiam urbes, tam vaſtum percurrant ſpatium, nec tamen diſſiliant. Quod enim vel in modicis terræmotibus totæ ſæpe urbes corruant, ejus rei ratio eſt reciprocatio & varietas motus. Sed vero ubi terra bifariam aperitur, licet latera quam longiſſime à ſe invicem diſcedant, illic fieri poteſt ut nullus adſit tremor, nempe cum nulla fit reciprocatio, nihilque ſit ad quod impingant, ſed uniformis tantum motus. Ejus quoque rei exemplum à navigantibus accipi poteſt. Licet enim vaſta aliqua navis ocius vento, ocius ſagitta

17 Elis, & fanum delubrumque Olympii Iovis, certamine gymnico, & ſingulari
75 ſanctitate, 18 ipſo quidem ſimulacro (quod Phidiæ opus eſt) maximè nobile. Arcadiam

gitta feratur, motus tamen ille non adficit vectores; quin potius ita cum illis comparatum eſt, ut niſi è velorum tumore & aliunde indicium capiant, neſciant ſæpe an hæreant, an vero in aliquam partem ferantur. Atque hæc hactenus obiter dicta ſufficiant. Ut vero ad Methonam redeam, illud operæ pretium addere, terræmotum hunc Methonenſem contigiſſe Valentiniano & Valente Aug. primum Coſſ. Afflixit is totum fere Romanum imperium. Meminere ejus plurimi. Sed qui Methonæ in illo mentionem ſpeciatim fecerit, is eſt Ammianus, circa finem lib. XXVI. Quem vero ex terræmotu ſitum accepit hæc urbs, illum hodie quoque ſervat.

17. *Elis, & numen delubrumque Olympii Jovis*] Et hic quoque correctores non Mela loquuntur. Optimus codex legit; *Elis etianuum*. Alii, *Elus etiam num*. Legendum eſt; *Elis, & fanum delubrumque Olympii Jovis* &c. Cicero quoque hæc conjungit, cum ait, *pro fanis atque delubris propugnare*. Differunt enim fana à delubris in eo, quod fana & templa dicantur loca ſingulis diis attributa, delubra vero multarum ædium ſub uno tecto à diluvio pluviæ munitarum, ut loquitur Aſconius. Idem quoque confirmat Servius. Cicero etiam alibi conjungit templa & delubra. Fana vero & templa nemo recte conjunxit, cum idem ſit prorſus. Nam à ναὸς, ναϜὸς tranſpoſitione Æolica fit Fάνος, unde Latinorum fanus. Utrumque enim rectum fanum & fanus. Hinc apud Ciceronem III de Natura deorum *Eumenidum fanus*. Ita enim hoc loco legit codex noſter optimus & inſignis antiquitatis. Mela itaque hoc loco fanum Olympii Jovis vocat, ipſum templum Olympium, in quo ingens illa eborea Jovis ſtatua erat à Phidia elaborata. Jovis vero delubrum, vocat ſacellum, in quo ſimiliter Juppiter Olympius σύμβωμος Neptuno viſebatur, & quidem longe antiquior illo Phidiaco. Sex enim illic erant delubra, totidemque aræ, quibus inſiſtebant θεοὶ σύμβωμοι. Vide de illis Pauſaniam, qui copioſe de his agit, & Scholiaſtem Pindari Ode V. Olympiorum.

18. *Ipſo quidem tamen ſimulacro*] In quibuſdam libris legitur, *ipſo quidem tam*, ut videatur ſcribendum, *ipſo quin etiam ſimulacro* &c. Verum cum vocula

tamen

Peloponneſiacæ gentes undique incingunt. In ea ſunt urbes, Pſophis, [19] Tenea & Orchomenon: [20] montes, Pholoë, Cyllenius, Parthenius, Mænalus: flumina, Erymanthus & Ladon. [21] In Ætolia Naupactos, in Acarna-

tamen abſit à melioribus libris, viſum fuit illam potius expungere. Porro debuerat hic Mela promiſſo ſuo ſatisfacere, atque Achaiæ mediterraneas recenſere, quod tamen non facit.

19. *Tenea & Orchomenon*] Nihil hic mutandum. Licet enim Tenea Corinthiaci agri fuerit oppidum, Tegea vero dicta ſit hæc Arcadica; ſæpe tamen confunduntur iſta vocabula, Teneatæque dicuntur, qui Tegeatæ dici debuiſſent. Neque tantum cum urbs eſt Τέγεα vel Τένεα, verum etiam cum κόρυζαν ſignificat, utrumque dictum fuiſſe, teſtatur Heſychius. In pluribus vero vocibus literæ iſtæ permutantur. Sic μεσόλειον & μεγάλειον, ἰσθὸν & ἰσχέον, Τόργος Γόργος, Τελέοντες Γελέοντες; & ſi Stephano credendum eſt, Τάβιοι & Γάβιοι, Τένεα & Γένεα aliaque multa referenda erunt inter διπλογραφήματα. Porro quod dicit Arcadiam ab aliis gentibus undique cinctam fuiſſe, id aliquando verum non fuit. Ad Lepreum enim mare attingebat Arcadia. Orchomenos nota eſt. Verum ut multa alia nomina bis in Græcia occurrunt, ita & hoc quoque. Bœotica Μινύειος à Minyis qui eam tenebant, appellata eſt. Hanc evertit Hercules obſtructo flumine. Diodorus lib. IV. Ἐν δὲ τῇ Βοιωτίᾳ τέναντίον ἐμφερόμενος τὸ ὄρος τὸν Μινύειον Ὀρχομενὸν ῥεῖθρον, ἐποίησε λιμναζειν τὴν χώραν, καὶ φθορᾶς ἐν αὐτῷ ἄπαντα. Inepte vulgo legitur, τὸ ὄρος τὸν Μινύην ἐρχόμενον ῥεῖθρον. Sed & fluvius quoque Orchomenos Minyius cognominabatur.

20. *Montes Pholoe, Cyllenius*] Nihil mutandum. Cyllene Græcis, Latinis etiam Cyllenius dicitur. Sic quoque Feſtus Pompejus. *Cyllenium alii volunt ſic appellatum quod à Cyllene avia ſit nutritus. Alii quod in monte Arcadiæ Cyllenio.* Inepte vulgo legitur *Cyllenia via.* Sed & pro *Cyllenio*, uti habent veteres libri, male repoſuerunt *Cyllene.* Nam & mons, & Mercurius, uterque Cyllenius vocatur, ut teſtatur Servius ad VIII. Æneid.

21. *In Ætolia Naupactos*] Et hic errat Mela cum Naupactum in

carnania Stratos, oppida: in Epiro Dodonæi Jovis templum: & fons ideo ſacer, quod cum ſit frigidus & immerſas faces ſicut cæteri extinguat, ubi ſine igne procul admoventur, accendit. At cum littora leguntur, à promuntorio Sepiade [22] per Demetrion [23] & Ha-

in mediterraneis collocat. Ad mare enim ſitam eſſe vel ipſum nomen docet.

22. *Per Demetriam*] Legendum eſt, *Demetrium*, vel *Demetrion*, non *Demetriada* ut Pintianus. Oppidum hoc vicinum erat Amphryſo fluvio, circa Campum croceum, ut teſtatur Strabo, quem Κρόκωνα vocat Stephanus. Dictum vero Demetrium à Cereris illic fano. Demetrias autem civitas nomen habet à Demetrio Rege. Sæpius vero jam monuimus, Melam antiquiores fere ſequi Græcos, itaque recentiorum urbium, licet famoſæ fuerint, raro meminiſſe.

23. *Et Boion & Pteleon & Echinon*] Prius legebatur *Balon*, uti eſt in omnibus, unde Hermolaus fecit *Boion.* Recte hoc reprehendit Pintianus, verum ipſe non recte *Bœbon* repoſuit. Non enim inter Sepiadem & Maliacum ſinum, verum inter Sepiadem & Penei oſtia ſita eſt Bœbe palus & Bœbos oppidum. Vera lectio eſt illa quam reddidimus, *& Halon & Pteleon* &c. Duo vero ſunt oppida ita dicta, utrumque vero meminit Stephanus, cujus verba ita concipiuntur in veteribus libris; Ἄλος πόλις Ἀχαΐας τῆς Φθιώτιδος ὑπάρχει τῶν περιοικίδων Ὄθρυος. Unde facile eſt emendare, τῶν ἀρκτείῳ περιοικίδων Ὄθρυος. Altera Halus erat ad ſinum Maliacum, de qua accipiendus eſt hic Melæ locus. Idem Stephanus; Διὸ δὲ Παρμενίσκος Ἄλως ἱστορεῖ τὸν μὲν Μαλιακὸν ὑπὸ Ἀχιλλεῖ; τὸν δὲ ὑποκείμενον Πρωτεσιλάῳ Ita libri veteres, ſed manifeſte & hic legendum τὸν δὲ ὑποκρητίου Πρωτεσιλάου, vel ὑπαρκτίου quod idem eſt. Nam pro ἄρκτος olim quoque ἄρκος ſcribebant euphoniæ gratia, ut notatum Grammaticis. Halos vero vel Alos, (nam utrumque dicebatur) quæ ſub Proteſilao erat, quamque borealem hic vocat Stephanus, etiam Pthiotica dicebatur. Hæc vero altera, quæ Melæ memoratur, Maliaca vel Achaica vocabatur. Utriuſque meminit Strabo lib. IX. Ὑπὸ δὲ τῷ Κραγίῳ Θῆβαι εἰσὶν

Halon [24] & Pteleon & Echinon, ad Paga-

εἰσὶν αἱ Φιλύδες. Καὶ ἡ Ἄλος δὲ Φθιῶτις καλεῖται, καὶ Ἀχαϊκὴ συνάπτουσα τοῖς Μαλιεῦσι ὥστε καὶ οἱ τῆς Ὀρυος ᾠκηκότες.

Sic recte olim legit locum istum Strabonis Plethon in descriptione Thessaliæ.

24. *Et Pteleon*] Et hujus quoque nominis duo fuere oppida, hæc Thessalica, & altera Messeniæ, Spartanis postea adtributa. Utriusque meminit in Catalogo Homerus. Hæc vero Thessalica Plinio est *nemus Pteleon*, tanquam si ab ulmis dicta fuisset Πτελεών. Meminere cum alii tum quoque Lucanus lib. VI.

---- *Pteleosque & Dorion ira*
Flebile Pieridum.

Verum de hoc loco quia magna controversia inter Grammaticos est, operæ pretium est illam dirimere. Hermolaus & alii dicunt, geminum in uno vocabulo errorem commisisse Lucanum, tum quod Dorion Peloponnesi in Thessalia collocet, tum quod illic Thamyrin excæcatum à Musis dixerit. Ex Homero enim constat in Dorio Peloponnesi hoc factum esse.

Καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος καὶ Δώριον, ἔνθα τε μοῦσαι
Ἀντίθεμιν Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς.

Pintianus vero multus est ut opinetur conterraneo, tanquam si salus totius gentis suæ in eo verteretur. Isti vero duo sibi invicem contraria scribunt, ita tamen sese res habet, ut nec hic merito Lucanum carpserit, nec alter recte defenderit. Nec idcirro, quod mirum videri possit, erravit Lucanus: sed vero si quis errarit, is est Homerus ipse. Nam Hesiodus in campo Dotio non Dorio excæcatum scribit. Ut autem hoc facilius accipiatur, adscribam verba non Hermolai abbreviatoris, sed ipsius Stephani hactenus inedita; Is igitur, ubi prolixe de Dotio Thessaliæ agit, hæc quoque habet. Ἐκλήθη δὲ Δώπιον ἀπὸ Δώτου τοῦ Πελασγοῦ παιδὸς ὡς Ἡρωδιανός φησιν, Δῶτος ὁ Πελασγὸς ἀφ' οὗ τὸ Δώϊον πεδίον. Ἐκ τούτου τοίνυν Ὅμηρος ἐν τοῖς ἐθνικοῖς τῇδε γράφει καὶ τὸ περὶ Θάμυριν ἐν Δωρίῳ πεπλησμένος τοῦ ποιητοῦ. Πάλιν Ἡσίοδος Δωτίῳ ἐν πεδίῳ φάσκει αὐτὸν τετυφλῶσθαι, συντάσσει δ' τοῦτο τοῖς διχογραφεμένοις παρατύποις τῶν ἐθνικῶν. Ex hoc loco adparet Lucanum scripsisse *Dotion* non *Dorion*, & licet alias non admodum accuratum in Geographia, hic saltem non impegisse. Porro Hesiodi auctoritas neutiquam posthabenda est

Pagasæum sinum cursus est. Ille urbem
90 [25] Pagasam amplexus, amnem Sperchion accipit: & quia Minyæ Colchida petentes inde Argo navem solvêre, memoratur. Ab eo ad Sunium tendentibus illa prænaviganda,

da est Homero, in cognitione fabularum veterum, præsertim cum & Hesiodi & Thamyridis eadem fuerit patria, ut vix videatur hac in re errare potuisse. Thessalus enim fuit Thamyris ex urbe Oechalia. Hoc ut credam facit versus ille Homeri,

Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

Nam si locus iste accipiatur de Oechalia Arcadiæ, ibique natus sit Thamyris, jam nullo modo Thrax dici potuisset, quomodo tamen ab omnibus appellatur. Sed vero si Thessalus fuit, recte quoque Thrax dictus est, cum Thessalia olim Thracia nominata fuerit, ut supra docuimus. Pari ratione & cæteri illi antiquissimi vates Orpheus, Musæus, Linus aliique, Thraces appellantur, cum tamen in Thessalia, Græciaque proprie dicta, aut nati sint, aut saltem Poëticæ operam navarint. Hinc quoque factum est ut montes fontesque quamplurimi, Olympus, Pindus, Aonius, Pimpleus, aliaque innumera Thessaliæ Macedoniæque ei vicinæ loca, quæ olim Thraciæ nomine censebantur, postea in alteram illam translata sint Thraciam, cui solæ Thracum nomen inclusere Philippus & Alexander. Quasi vero fontes Poëtarum carminumque, qui præcipue humanum genus cicurarunt, & mitius vivendi genus persuaserunt, inter illas quærendi sint gentes, quæ id unum semper affectarunt ut & barbaræ essent, & viderentur.

25. *Ad Pagasæum sinum cursus est*] Et hic errat Mela. Non enim per supra memorata loca cursus est ad sinum Pagasæum, sed per sinum Pagasæum cursus est ad supra dicta loca. Errat quoque cum dicit Sperchium infundi in sinum Pagasiacum, cum in Maliacum effundatur. Recte vero dicit Argo navem Pagasis solvisse. Nam quod Aphetas hic reposuit Pintianus, id non probo. Tum quod id adversetur veteribus exemplaribus, tum quoque quod Aphetæ & Pagasæ pro eodem accipi debeant loco. Portus enim ubi fabricata est Argo Pagasa est. Littus vero ei vicinum à re, ut testatur Apollonius Rhodius, Ἀφέται vocabatur. Itaque & Aphetis & Pagasis recte dicuntur solvisse Argonautæ. Lucanus; *Prima fretum scindens Pagasæo litore pinus.*

26. *Ma-*

ganda [26] Maliacus & Opuntius, grandes sinus, & in his cæsorum etiam Laconum 95
trophæa, Thermopylæ, [27] Opoës, Tarpha, Cnemides, Alope, Anthedon, Larymna, Aulis, Agamemnoniæ Graiorumque classis in Troiam conjurantium statio: Marathon magnarum multarumque virtutum testis, jam inde à Theseo Persica maximè clade pernotus: Rhamnus parva, illustris tamen, [28] quod in ea fanum est Amphiarai: & Phidiaca Nemesis. Thoricos & Brau- 100

26. *Maliacus & Opuntius, grandes sinus*] Pintianus legebat, *non grandes sinus*. Verum nihil muto. Licet enim respectu Thermaici, Corinthiaci, aliorumque sinuum isti perexigui sint, si tamen comparentur cum aliis Græciæ proprie dictæ sinibus, erunt maximi.

27. *Opoes, Scarphia, Cnemides*] Utrumque recte sese habet Ὀπόεις & Ὀπῦς. Pro Scarphia in omnibus veteribus libris scriptum est, *Carpha*; Unde fac *Tarpha* vel potius *Scarpha*. Tarpham & Scarpham (quæ aliter Scarphia) utramque recenset Homerus & ex eo Strabo, licet prius aliter apud hunc posteriorem legeretur, uti recte monuit Casaubonus. Paulo post aliquot libri legunt, *in Trojam commeantium*. Mox dein ubi vulgo *Persarum maxima clade* legebatur, lectionem optimi codicis in textum recepimus.

28. *Quod in ea fanum est Amphiarai*] Et hic quoque errat, cum dicit Amphiarai fanum esse Rhamnunte. Nec mendum hic latere, uti credebat Pintianus, ostendunt tot alii Melæ errores in hoc capite, & Solinus, qui eadem habet. Athenis enim petentibus Oropum transeundum erat per Amphiarai templum, at vero longe inde satis aberat Rhamnus. Dicæarchus postquam locutus est de Athenis, subjungit; Ἐνθένδε εἰς Ὠρωπὸν ἀφ' Δαφνοιδῶν ἡ δ' Ἀμφιαράου δὶς ἱερὸν ὁδὸν ἐλαθέρῳ βαδίζοντι ἡμέρας ἀποσαίνει. Vulgo legitur ἀφ' Δαφνιδῶν, unde Salmasius fecit ἀφ' Ψαφίδος, quod hic minime quadrat.

105 Brauronia, olim urbes, jam tantum nomina.

C c [29] Sudrat. Nostram vero lectionem probat ipse Dicæarchus, qui sic solet vias describere, uti paulo infra, ὁδὸς δὶ ἐλαιοφύτου καὶ συνδένδρου χώρας. De Daphnoide sive lauru silvestri agemus ad Apulejum de herbis, quem ita emendatum & auctum dabimus, ut pene alius videri possit. In reliquis Dicæarchi verbis nihil mutandum. Græci enim sæpe sic utuntur Dativis absolute positis. Sic Homerus, ἐμοὶ δέκεν ἐσσομένῳ εἴη. Sic Plato, sic alii loquuntur. Ita quoque locutus Martialis, *fiat quod utrique volenti*, quamvis vulgo aliter legatur is locus. Dicit vero à viro expedito & non onusto illam quæ Athenas inter & Oropum interjacet viam, uno circiter die posse confici. Licet enim sit prærupta & montosa, nullam tamen afferre lassitudinem, propter crebra diversoria, & amœnitatem locorum, quæ non patitur ut viatoribus aliquod obrepat fastidium. Πρόσαντες hic adverbium est ut κάταντες, ἄναντες & similia. Ut vero ad Melam redeam, Salmasius & hic, & apud Solinum, pro Rhamnunte substituit *Harma*, nempe quia sic vocabatur locus, ubi Amphiaraus cum curru absorptus esse credebatur. Sed sane multo hæc lectio pejor est vulgata. Vulgata enim scriptura, quam meliores confirmant libri, unum saltem, uti diximus, continet errorem. Verum si hanc Salmasii sequamur lectionem, quæ quam longissime abit ab omnibus antiquis libris, jam neutrum erit verum. Nemo enim unquam vel Phidiacam Nemesin, vel Amphiarai fanum in Harmate collocavit; omnes in eo conveniunt, hanc Rhamnunte, illud vero in agro Oropio, duodecim tantum stadiis ab ipsa Oropo, collocatum fuisse. Harmatis vero situm, ubi deglutitum à terra fabulantur Amphiaraum, incertum fuisse olim, satis testantur veteres. Quod si quis illum prorsus ignorare velit, legat prolixam dissertationem, quam de hoc instituit Solinianus interpres. Mirum quam apud ipsum Strabo vapulet, cujus tamen verba adeo sunt plana, ut nulla magis. Cnopiam usquam in Bœotia fuisse negat, cum tamen hoc oppidum ita dictum sit à Cnopo fluvio, qui idem est atque Ismenus. Ita ut Ismene oppidulum & Cnopia eadem fuisse videatur. Sed vero Ποτνιὰ ἐνικῶς, quam ipse male sustituit, nulla in Bœotia fuit, cum omnes πληθυντικῶς nomen id efferant. Desinat quoque mirari quod multi Oropum urbem in regione sive agro Thebano collocarint. Recte enim hoc ab illis factum, cum Oropus non sui juris, sed propria fuerit Thebano-

29 Sunium promuntorium eſt, finitque id littus Hellados, quod ſpectat ad orientem. Inde ad meridiem terra convertitur uſque ad Megaram, Atticæ, ut modo latere, ita nunc fronte pelago adjacens. Ibi eſt Piræeus Athenienſium portus: Scironia ſaxa, ſævo quondam Scironis hoſpitio etiam nunc infamia. Megarenſium tractus 30 Iſthmon attingit; Diolco cognomen eſt, qui quatuor millium ſpatio Ægæum mare ab Ionio ſubmovens, anguſto tramite Helladi Peloponneſon annectit. In eo eſt oppidum Cenchreæ, fanum Neptuni: ludis, quos Iſthmicos vocant, celebre: Corinthos, olim clara opibus, poſt clade notior, nunc Romana colonia, ex ſumma arce quam Acro-

co-

norum. Hoc manifeſte Dicæarchus docet; Ἡ δὲ πόλις τῶν Ὠρωπίων εἰχεία Θηβῶν ἐϛί.

29. *Sunium promuntorium eſt, finitque id littus Hellados*] Salmaſius in Solinianis tollit *id eſt*, omninoque hic redundare exiſtimat. Sed ſimul tollit orationis nexum. Supra jam meminit Mela Sunii, verum non addidit quid rei id ſit. Nunc vero dicit eſſe promuntorium, & finire littus, vel latus, uti habent quædam exemplaria, Helladis orientale.

30. *Iſthmon adtingit, hoc illi cognomen eſt*] Cum nemini olim ignotum eſſe potuerit, quid ſit iſthmus, delet Pintianus interpretamentum. Alii ſimilium locorum locutiunculis vulgarem lectionem adſerunt. Sed videtur aliud latere; omnium quippe antiquorum codicum quos vidi, hæc eſt lectio, *Iſthmon attingit, de illo cognomen eſt.* Unde fecerim; *Iſthmon adtingit, Diolco cognomen eſt, qui quatuor millium ſpatio* &c. Quia enim naves ex uno in alterum mare trahebantur per iſtas anguſtias, ideo Διόλκου hic locus vocabatur. Hc-

corinthon appellant, maria utraque contuens. Peloponneſi oram (ſicut diximus) ſinus & promuntoria lacerant: ab oriente Bucephalos & Cherſoneſus, & Scyllæon: 31 ad meridiem Malea, Tænaros, Acritas, Ichthys: ad veſperum Chelonates, & Araxos. Habitant ab Iſthmo ad Scyllæon Epidaurii, Æſculapii templo inclyti, & Trœzenii, fide ſocietatis Atticæ illuſtres. 32 Portus

Cc 2

Heſychius; Διόλκος ὁ ἀπὸ Ακχαίας ἕως Κεγχρεῶν τόπος. Recte vero & hic libri veteres *quatuor millium*, non *quinque*, uti ſupra oſtendimus.

31. *Ad meridiem Malea, Tænaros, Acritas, Ichthys*] Ichthyn Pintianus ad ſequentia transfert verba, quia potius ad meridiale, quam veſpertinum Peloponneſi latus ſitum hoc promuntorium. Sed jam ſuperius monuimus Pomponium toto hoc capite ſui videri oblitum. Aliqua tamen hic ratio ſubeſſe potuit quamobrem Ichthyn ad meridiem collocarit; nempe quia hoc promuntorium altero crure longe admodum in pelagus excurrat, & meridiem potius quam occidentem ſpectare videatur. Porro quod Pintianus totum hunc locum tranſponit, & promuntoriis mox ſinus ſubjungit, ac deinde urbes & flumina, nec hoc probamus. Prius enim populos & urbes recenſet, inter illa quæ retulit promuntoria ſitas. Dein vero ſinus, qui à populis & urbibus nomen accepere, non vero contra.

32. *Portus Saronicus*] Mirum eſt, quod cum omnium magnorum Peloponneſi ſinuum meminerit, Saronici non meminerit. An itaque hic pro *Portus* legendum, *Porus Saronicus?* Strabo docet ſinum Saronicum dici quoque Πόρον Σαρωνικόν. Sed omnino retinenda eſt vulgata lectio. Portum Saronicum vocat, portum Trœzeniorum, qui & ipſe ſinus Saronicus dicebatur, ita dictum à quercubus eum ambientibus, ut teſtatur Plinius. Ab hoc ſinu, ſive portu Saronico, nomen accepit mare Saronicum, ſive ingens ille ſinus, qui inter Atticæ & Peloponneſi latera uſque ad Iſthmum irrumpit. Quem, ut puto, ideo hic non refert Mela, quia non ſola Peloponneſus illum efficit. Eadem ratione ſeorſum

tus Saronicus, [33] & Schœnitas, [34] & Pogonus. Oppida autem, Epidaurus, & Trœzen, & Hermiona his littoribus appoſita ſunt. Inter Scyllæon, & Maleam, Argolicus: inter hanc & Tænaron, Laconicus. Hinc ad Acritam, Aſinæus: inde ad Ich- 135

ſim recenſet ſinum Corinthiacum, nam & hic quoque non magis ad Peloponneſum, quam ad oppoſitum Græciæ latus pertinet. Sinus itaque grandes Peloponneſi ſunt quatuor tantum, Argolicus, Laconicus, Aſinæus ſive Meſſeniacus, & Cypariſſius, contenti à quinque illis, quæ hic memorantur, promuntoriis, multoſque alios minores ſinus comprehendentes. Recte itaque ſuperius Peloponneſum platani folio comparavit. Hoc enim licet ubique ſinuoſum & ſerratum, quinque tamen potiſſimum magnis exit prominentiis, quatuorque ſimiliter ſinus includunt. Vitis folio comparat Euſtathius, quod & ipſum quoque tale eſſe, nemo ignorat.

33. *Et Schœnitas*] Male apud Plinium *Canitas*, cum in melioribus autoris iſtius codicibus, manifeſte *Schœnitas* legatur. Male quoque nonnulli confundunt hunc portum cum Schœnunte ad Iſthmum. Docet hoc Plinius, & ipſa ſitus differentia.

34. *Et Pagonus*] Pogonus rectum eſt, quia Latini terminationem addiderunt. Græcis omnibus Πώγων vocatur. Erat autem Trœzeniorum portus. Hinc proverbium in imberbes & σπανοπώγωνας, quo Trœzenem adire jubebantur, πλοῦσθαι εἰς Τροιζῆνα. Referunt hoc proverbium Euſtathius ad Homerum & Suidas in vocabulo Πώγων. Verum neſcio cur poſterior hic Epicratis mentionem addiderit. Nam quid huic cum Trœzene, cum adeo eſſet barbatus, ut ipſe tantum appendix barbæ ſuæ eſſe videretur? Plato comicus illum ſic alloquebatur,

Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε.

Quod enim Ajaci erat clypeus, id Epicrati erat barba; ſola hac armatura utebatur plebeius iſte orator. Porro ad hujus loci nomen videtur alluſiſſe Æſchylus in Agamemnone, tanquam ſi à face Agamemnonia eſſet appellatus. Ubi enim deſcribit ignes iſtos nuntios eodem die quo capta eſſet Troja Mycenas uſque penetrantes è conſtitutis ad hoc ſpeculis, uti hodieque moris eſt apud multas gentes, addit tandem;

Πέμπωσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθίνῳ μύρει,
Φλογὸς μέγαν πώγωνα, καὶ Σαρωνικὸν
Πορθμὸν κάβατον πρῶν' ὑπερβάλλει σθένος
Φλέγουσαν.

Πρῶνα cum dicit, non intellige incertum aliquem collem, ſed montem vicinum Hermione, qui Πρὼν vocabatur, uti teſtatur Pauſanias. Πορθμὸν vero Σαρωνικὸν vocat, non mare vel magnum ſinum Saronicum, ſed ſinum illum minorem, de quo paulo ſuperius diximus. Valde autem vicina ſunt loca, ſinus iſte Saronicus, Pagon, & Pron. Cæterum Scholiaſtes Homeri antiquus, cujus ſæpe meminit Euſtathius, quemque alias in lucem dabo, Pogona & portum & promuntorium ſic deſcribit: Ἴσθμον δὲ ἔστι μέσον Τροιζῆνος καὶ Ἱερὸν τόπος ἐστὶ Διὸς Ὀφθαλμάσιος λεγόμενος πρὸ ἐκείνοις πώγων, ψιλὸς πάντος δένδρου καὶ ἑτέρων. Πώγων δὲ ἐπλήθη ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ πώγωνος, διότι λήγει εἰς ὀξύ. ὅθεν καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχρείων εἰς Τροιζῆνα χωρεῖν.

35. *Notum oppidum Lerne*] Ptolemæus mediterraneum facit hoc oppidum, ut exiſtimare aliquis poſſit, & hic erraſſe Melam: Maxime cum & Plinius Lernam quam longiſſime à mari removeat. Verum locus ejus monſtroſe corruptus eſt. *Amnes Inachus, Eraſinus, inter quos Argos Hippium cognominatum, ſupra locum Lernen à mari mille millia paſſuum, novemque additis millibus Mycenæ.* Sed profecto ſi quis omnes Peloponneſi ſinus litorumque lacinias circumeat, fruſtra tamen tam immane ſpatium in illa quærat. Optimus noſter liber ita legit; *à mari coco novemque additis millibus Micenæ.* Priſca lectio procul dubio talis fuit; *Amnes Inachus, Eraſinus, inter quos Argos Hippium cognominatum. Supra lacum Lerne*, P. *à mari* CCCC, *novemque additis millibus, Mycenæ.* Lacus Lernæus oppidumque Lerne quadringentis tantum à mari aberat paſſibus. Itaque Mela & Pauſanias recte ad mare oppidum hoc collocant. Convenitque prorſus Strabo, qui à Temenio ad mare ſito, ad Mycenas computat LXXVI ſtadia. Valde itaque errant qui Lernam in

Ichthyn, Cypariſſius. In Argolico ſunt noti amnes, Eraſinus atque Inachus, & [35] notum

tum oppidum Lerne. [36] In Laconico, Gythius & Eurotas. In ipso Tænarò, Neptuni templum & specus illi quem in Ponto Acherusium diximus, facie & fabula similis. In Asinæo, flumen Pamissum. In Cyparissio, Alpheus. Nomen dedêre urbes in littore sitæ: hinc Cyparissus, illinc Asine. Messenii Pyliique terras colunt: & ipsa pelago Pylos adjacet. [37] Cyllene, Enneapolis, Patræ oram illam tenent: in quam Chelonates & Araxos excurrunt: sed Cyllene, quod Mercurium ibi natum arbitrantur, insignis.

in media fere collocant Peleponneso, uti fit in illis veteris Græciæ tabulis, quas Laurembergius consarcinavit. Sed profecto tales sunt passim tabulæ istæ, ut si omnia ista nomina in unum collecta, casu deinde & temere in chartam quis excutiat, vix tamen perversiorem ordinem & situm sint habitura.

36. *In Laconico Gythius*] Gythium erat dicendum, ut Græci. Sed Latini sæpe mutant istas terminationes. Sic statim post Pamisum pro Pamisus.

37. *Cyllene, Callipolis, Patræ*] Callipoleos in hoc tractu nemo quod sciam meminit. Sed neque optimus meus codex oppidum hoc agnoscit, scribitur quippe in eo *Neapolis*. Omnino legendum existimo; *Cyllene, Enneapolis, Patræ*. Quærat aliquis quid hoc sit oppidi? Dico ego Pomponium sic appellare Pylum Eliacam. Tres vero sunt Pyli, juxta illud commune;

Ἔστι Πύλος, ἐστὶ Πύλοιο
Πίλος γέμῳ ἔστι καὶ ἄλλος.

Messeniæ erat una, altera Arcadiæ, tertia vero Elidis ad mare sita inter Penei & Selleentis ostia. Omnes tres Nestorem sibi vindicabant. Nestori novem parebant urbes juxta Homerum, quas omnes ordine in Bœotia recenset. Harum vero caput erat ipsa Pylos, atque inde Ἐννεάπολις vocabatur. Huc quoque refer novem sedilia in litore Pylio

nis. Rhion deinde (maris id nomen est) [38] angustè & velut freto latus oræ sequentis incidens, inter Ætolos & Peloponnesiacos usque ad Isthmon irrumpit. [39] In eo septentriones spectare littora incipiunt. In his est Ægion, & Ægira [40] & Oluros, & Sicyon. At in adversis

lio exstructa apud Homerum initio lib. III. Odyss. Quæ ita interpretatur Eustathius; οἱ δὲ παλαιοὶ φασὶν ἐννέα Πυλίοις ἕδρας εἶναι, ἀφ' ὧν καὶ πόλεις τοσαύτας ὑπὸ ἐξουσίαν κεῖσθαι τῷ Νέστορι. Inepti vero sunt qui Nestorem tribus istis Pylis præfuisse credunt: hoc enim qui potuit fieri, aut cur controversia fuisset, quam Pylum intellexisset Homerus? Itaque verum est, urbes Nestori subjectas, fuisse illas novem quas ordine recensere Homerum monuimus. Porro ab istis tribus Pylis dicta est regio Triphylia. Verum de hac alibi egimus.

38. *Angustè & velut falce lacus ore frequenti incidens*] Et hæc quoque à bonis nimium viris excogitata est lectio, cum meliores libri longe aliter habeant, sic nempe; *angustè, & velut freto, latus ore sequenti incidens*. Prisca scriptura fuit; *Rhion deinde, maris id nomen est, angustè & velut freto, littus oræ sequentis incidens* &c. Sic supra locutus est, cum dicit, *angusto spatio & veluti flumine abscissa à continenti*. Porro quod Rhion maris sive freti nomen esse inquiat, id ex usu vulgari fecit, cum & Livius lib. VII. & iterum lib. VIII. decadis tertiæ, fauces sinus Corinthiaci ab accolis Rhion vocari scribat. Antiquiores tamen Græci unanimiter sita utrinque promuntoria ita appellant.

39. *In eo ad septemtrionem spectare litora incipiunt*] Legendum *septentriones*, uti habent veteres libri. Cum septemtriones dicit, intellige Austrum & Boream. Sic quoque infra de India dicit, in ea neutrum septentrionem apparere. In sinu vero Corinthiaco cum duo sint latera oppositа alterum boream, alterum austros adspiciens, manifestum est veram esse quam reddimus scripturam.

40. *Olyros & Sicyon*] Quidam *Olyros* & *Holyros*, sed verior vulgata lectio. Græcis enim Ὄλυρος. Attamen etiam Græcos priores vocabulum hoc adspirasse existimo. Erat enim Oluros

sis Pagæ, [41] Creusis, Anticyra, OEanthia, Cirrha, & notiora aliquanto nomina [42] Calydon & Euenos extra Rhion. In Acarnania maximè clara sunt, oppidum Leucas, flumen

ros portus Pellenæorum: propter commoditatem vero adpulsus, non dubito quin locum illum vocarint ὀλκῷ, voce idem fere significante quod πύνοερμος.

41. *Creusis, Anticyra, Oeanthia*] Creusa, & Creusis utrumque rectum est. Græci similiter Κρέουσαν & Κροῦσιν, & Κροῦσαν vocabant, & apud Homerum scribebant Κρόυσαν τε ξαθέην, ubi vulgo est Νίσσαν. Erat autem Thespiensium portus. Ut autem Creusa & Creusis, sic etiam Oeanthia & Oeanthis. Verum non recte Oeanthiam ante Cirrham nominat Mela. Ulterior est enim Oeanthia, & in Locris sita, cum Cirrha sit Phocensium. Neque id tantum apud Ptolemæum, & alios, sed etiam apud antiquissimos Græcos. Hecatæus apud Stephanum in voce Χάλαιον. Μετὰ δὲ Λοκροί, οὗ δὲ Χάλαιον πόλις, οὗ δὲ Οἰάνθη πόλις: sic lege. Apud Scylacem vero & Ptolemæum Εὐανθία hoc oppidum dicitur, pro Οἰανθία. Sed & Κύρρα & illic & alibi non recte scribitur, cum verum nomen sit Κίρρα. Quia autem Cirrha & Anticyra vicinæ urbes in sinu Cirrhæo, & Anticyram interpretarentur quasi Cirrhæ oppositam, inde factum esse puto, ut vocales permutarentur. Licet autem hoc ita esse videatur, non debet tamen etymologiæ ratio officere scribendi receptæ consuetudini. Mirum porro videri possit, Plinium lib. xxv. cap. v. Anticyram insulam facere, cum tamen omnes alii in continente Phocidis urbem illam collocent. Nec vero mendum hic aliquod latere testis est Gellius, qui locum istum descripsit. Verum ita sese res habet. Duo sunt Anticyræ; hæc de qua sermo est, & præterea altera Maliensium. Prior nota est omnibus, Maliacæ meminit Stephani compendiator ex Apollodoro. De Phocica cum alii, tum quoque Anonymus qui sub Scylacis nomine prodiit. Insula vero Anticyra sita fuit in sinu Maliaco prope Pyram insulam, juxta quam hodie quoque aliæ duæ exstant insulæ, quarum altera antiquitus proculdubio erat Anticyra.

42. *Calydon & Euenos*] Oppidum hoc fluviusque extra Rhion situm est. Sic itaque legendus & distinguendus hic locus, *Et notiora*

men Achelous. In Epiro nihil Ambracio sinu nobilius est. Facit sinus, qui angustis faucibus, [43] & quæ minus mille passibus pateant, grande pelagus admittit. Faciunt urbes quæ assidunt; Actium, [44] Argia Amphilochis, Ambracia, [45] Æacidarum regna, Pyr-

tiora aliquanto nomina Calydon & Euenos extra Rhion. In Acarnania maxime clara sunt &c.

43. *Et quæ minus mille passibus pateant*] Plinius hoc spatium tribuit non ostio sinus Ambracii, sed faucibus sinus Corinthiaci. Itaque Pintianus omnia hæc verba alio transposuit; cum & ex Strabone & Polybio manifestum sit, fauces sinus Ambracii plus quatuor, minus vero quinque stadiis patere. Sed Mela antiquiores fere sequutus est auctores. Fieri vero potuit, ut cornua istius ostii, utrinque pene concurrentia, cura regum Epiroticorum excreverint, fretumque angustarint. Quod si quis existimet potius errasse hic Melam, & hoc quoque per me licet. Longe certe ignoscibilior est hic error, quam is quem committit Strabo, cum dicit ambitum sinus Ambracii, esse trecentorum stadiorum. Polybius enim certissimus testis prodit tantam esse longitudinem ejus, latitudinem vero stadiorum centum. Polybium secutus esse videtur Plinius, cujus verba ope libri veteris ita sunt restituenda. *Ambracius sinus* DCC *passuum faucibus, longitudinis* XXXVII *millia passuum, latitudinis* XII *millia.* Nisi itaque nos fallat lectio vulgata, quod tamen vix puto, valde exiguum fecit hunc sinum Strabo, quod optime colligere possunt, qui non sunt plane ἀγεωμέτρητοι.

44. *Argi Amphilochii*] Omnes alii Argos Amphilochicum nominant. Stephanus tamen Amphilochos etiam urbem vocat. Verba ejus, quæ in vulgatis exemplaribus desunt, hæc sunt: Ἀμφίλοχοι πόλις Ἀκαρνανίας, οἱ κὴ Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος κληθέντες ἀπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιάρεω, κὴ Ἀμφιλοχία ἡ χώρα, οἱ πολῖται Ἀμφίλοχοι κὴ Ἀμφιλοχικοί, ὡς τὸ Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος. Attamen cum neminem inveniam, qui urbis hujus nomen πληθυντικῶς extulerit, ac præterea in omnibus melioribus libris scriptum sit, *Argi Amphilochis*, non dubito quin prisca lectio fuerit, *Archia Amphilochis*.

45. *Æacidarum regia, Pyrrhique*] Recte quidem ad hunc locum

Pyrrhique. Buthroton ultra eſt. Deinde Ceraunii montes: ab iis flexus in Adriam. Hoc mare magno receſſu littorum acceptum, & vaſtè quidem in latitudinem patens, quà penetrat tamen vaſtius, Illyricis uſque Tergeſte, cætera Gallicis Italiciſque gentibus cingitur. Parthini & Daſſaretæ prima ejus tenent: ſequentia [46] Taulantii, Encheliæ, Phæaces. Deinde ſunt quos propriè Illyricos vocant. Tum Pyræi, & Liburni, & Iſtria. Urbium prima eſt Oricum, ſecunda [47] Dyrrachium, Epidamnos ante erat. Romani nomen mutavêre, quia velut in damnum ituris, omen id viſum eſt. Ultra ſunt, Apollonia,

cum Pintianus, Pyrrhi hic fruſtra mentionem fieri, cum ipſe Æacida fuerit; non tamen placet illa quam adhibet medicina. Vera eſt prior lectio, quam meliores confirmant codices; *Æacidarum regna, Pyrrhique*. Hoc non ad Ambraciam ſolam, ſed ad præcedentes quoque referendum eſt urbes. Ambracia nempe nobilitata eſt quod Pyrrhi fuerit regia. Argos vero Amphilochicum, Actium, aliæque Epiri urbes, cæterorum Æacidarum fuerunt regiæ.

46. *Taulantii, Encheliæ, Phæaces*] Hæc eſt meliorum librorum lectio, è quibus etiam alia quædam minuta emendavimus, quæ non eſt operæ pretium ſigillatim monere. Phæaces vero ex hoc loco adparet, non tantum Corcyram tenuiſſe, ſed etiam in terra continente olim rerum fuiſſe potitos. Corcyræos ſane aliquando Dyrrachenam regionem tenuiſſe, teſtis locupletiſſimus eſt Thucydides.

47. *Dyrrachium Epidamnus ante erat*] Romani ominis cauſa Dyrrachium vocaverunt, ob illam quam hic Mela reddit rationem, ſed vero Appianus ſcribit Græcos vitaviſſe infauſtum Δυῤῥαχίε vel Δυσῤῥαχίε nomen, & maluiſſe Epidamnum vocare. Scaliger in Euſebianis neutrum verum eſſe putat, ſed Epidamnum oppidum, Dyrrachium vero ejus navale fuiſſe exiſtimat.

lonia, Salona, Iadera, Narona, Tragurium, ſinus Polaticus, & Pola, quondam à Colchis, ut ferunt, habitata [48] (in quantum res tranſeunt) nunc Romana colonia. Amnes autem Æas & Nar, ex [49] Danubio, qui jam

ſtimat. Verum fallitur, nemo enim unquam Dyrrachium portum vel navale Epidamniorum appellavit, omnes vero vetuſtiores Græci teſtantur, peninſulam, in qua ſita erat urbs, Dyrrachium; ipſam vero urbem Epidamnum dictam fuiſſe. Eratoſthenes; Ἐχέλμοι δ' οἰκεῖσι Ταυλάντοι, πόλις δὲ Ἑλληνὶς Ἐπίδαμνος, ἐπικεφρονήσασα τῆς καλεμένης Δυῤῥαχίε. Alexander in Europa; Δυσῤῥαχίε τ' Ἐπίδαμνος ἐπ' ἀγχιάλε χθονὸς ἀκτῆς. Manifeſte hic Dyrrachium pro peninſula, ſive pro regione Dyrrachena accipitur, quam & Euphorion Δυῤῥαχίην vocat verſu iſtoc; Ἄσεα Δυῤῥαχίης τε καὶ ἤθεα Ταυλαντίνων. Philonem & alios etiam autores adfert Stephanus, unde hoc ipſum verum eſſe probatur, quamvis epitomator ejus Hermolaus, omnia hæc omiſerit, vixque viceſimam operis partem deſcripſerit. Sed profecto teſtimoniis opus non erat, cum etiam ex iis auctoribus, qui paſſim exſtant, & omnium tenuntur manibus, Strabone dico & Pauſania, idem iſtud ſatis liquide colligi poſſit. Quapropter ſi quis his non adquieſcat, illos adeat.

48. *In quantum res tranſeunt*] Non probo eorum judicium qui hæc verba abjiciunt. Ut enim oſtendat in quantum mutata ſit ſors iſtius civitatis, dicit illam olim conditam & habitatam fuiſſe à viliſſimis barbaris, Colchorum nempe exulibus, at vero nunc, inquit, eſſe eam populi Romani Coloniam, & inhabitari à civibus Romanis. Quanto vero in honore habitæ ſint omnes Romanorum coloniæ, exiſtimataſque fuiſſe tanquam parvas effigies & ſimulachra amplitudinis & majeſtatis Romanæ, opus non eſſe exiſtimo pluribus monere.

49. *Et Danubius, qui jam dictus eſt, Iſter*] Qua Euxino vicinus eſt, ſit Iſter, ut ſuperius monuit: qua vero vicinus eſt fontibus ſuis, Danubius vocatur. Itaque ſic intelligenda eſſe videntur hæc verba, eundem illum Danubium, quem ſupra Iſtrum vocari dixit, effluere in Adriaticum pelagus, & illic vocari Danubium. Quia tamen nemo hic Danubium nominat, verior, ut puto, eſt lectio noſtra; *ex Danubio*,

jam dictus est Ister: 50 sed Æas secundum Apolloniam, Nar inter Pyræos & Liburnos:

nubio, qui jam dictus est, Ister. Græcorum antiquissimos existimasse Istrum etiam in hoc pelagus exire, notissimum est. Certe de hujus fluminis fontibus non minus fabulati sunt veteres quam de fontibus Nili. Quæ de iis prodit Herodotus & Aristoteles in meteorologicis, & illa quoque satis sunt nota. Verum istud operæ pretium est monere, inepte quosdam Adduam & Dubin flumina Danubium vocare, tanquam si eadem essent, aut ex iisdem profluerent fontibus. Julianus Apostata, Δάνεβιν vocat, non Δᾶβιν, fluvium illum qui Ararim influit. Adduam vero vel Aduam, utrumque enim dicitur, qui Pado miscetur, dici Danubium testatur Festus Pompejus; *Addubanum, Danubium.* Per Adubanum enim hoc intelligendum esse flumen docent Glossæ veteres *Adubanus*, Ἀδόβας. Verum hæc penitius inspicienda. Sic itaque existimo; vocem *Adubani* uti habent Glossæ, promanasse ex vetusta quidem, attamen corrupta Festi lectione. Notum est quam multa ex hoc auctore hauserint omnes fere Glossographi. Pro eo vero quod est in melioribus Festi codicibus, *Addubanum, dubium*, reponendum esse arbitror, non uti Scaliger existimabat *Ad dubium*, sed vero; *Adduam, Dubim.* Confudit ista duo flumina Festus, vel nominis aliqua similitudine, vel quod ex iisdem fontibus provenire legisset, uti existimarunt veterum nonnulli. Sed nihil efficimus, nisi ex ipso Cæsare verum hoc esse ostendamus. Is igitur lib. 1. de bello Gallico, de Vesontione urbe dicit; *Flumen Alduabis, ut circino circumductum, pene totum oppidum cingit.* Meliores libri legunt, *Alduasdubis*, vel *Abduasdubis*, corrupte pro *Adduas, Dubis.* Sed profecto scripserat Cæsar, *Flumen Dubis.* Alterum vero quis jam non videat ex hoc Festi loco pro interpretamento fuisse adscriptum?

50. *Sed Æas secundum Apolloniam*] Αἴας & Ἀᾶς utrumque rectum est, ut apparet ex Strabone aliisque. Solus Ovidius in fabula Jûs flumen hoc Peneum ingredi dicit, & convenire cum reliquis Thessaliæ fluviis ad Tempe. Sed profecto non unum in illa Penei descriptione errorem committit. Nam quid Æanti, quid Amphryso, quid Sperchio, cum Peneo aut Thessalicis Tempis? Quia hæc flumina ex Pindo oriri legerat, ideo quoque existimavit ea confluere, & in Peneum exonerari. Confundit præterea Inachum Argiæ Peloponnesiacæ, cum Inacho Epiri, qui iisdem atque Æas oritur

nos: per Istros Ister emittitur. Tergeste 190 intimo in sinu Adriæ situm finit Illyricum.

oritur montibus. Illud præterea quam ineptum;

—— vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effusus Pindo spumosis volvitur undis.

Nam si è plano oritur, quomodo potest spumosas volvere undas? Verum hoc proculdubio est librariorum flagitium, vel saltem ita interpretandum, uti infra docebimus. Ut autem ad Æantem redeam, Apolloniatarum id erat flumen, vicinumque admodum erat ipsorum mœnibus, non vero Epidamniorum. Ita enim scribenda Valerii Maximi verba cap. de ominibus, uti habent veteres nonnulli libri; *Atque illi flumen vicinum mœnibus Æantem in adjutorium sese mittere dixissent.* Apolloniatæ ab Epidamniis opem postulabant. Respondernnt illi, habetis Ajacem, ab eo petite auxilium. Quis non videat lusisse eos in nomine fluvii? Et tamen miror ineptias interpretum ad hunc locum.

CAP. IV.

ITALIA.

DE Italia, magis quia ordo exigit, quam quia mønstrari eget, pauca dicentur: nota sunt omnia. Ab Alpibus incipit in altum excedere, atque ut pro- 5 cedit, ı se media perpetuo jugo Apennini attol-

1. *SE media perpetuo jugo Apennini attollens montis*] Ita rescripsimus auctoribus libris. Omnia hæc imitatus est Solinus vel potius descripsit, miscens suo more Plinii verba cum Pomponianis. Conferant eorum loca, quibus voluptas est parallela scribere. Nobis non licet esse tam bonis ut in tam sterili labore, & unde nihil aliud concludi possit, nisi alterum descripsisse alte-

tollens montis, inter Adriaticum & Thuſcum, ſive (ut aliter appellantur) inter [2] ſuperum mare & inferum excurrit, diu ſolida.

alterum, multum temporis collocemus. Porro mirabilis eſt Alpium & Apennini ſitus, adeo ut neſciam an uſquam rerum natura tam artificioſe montes collocarit. Hinc Plinius in fine operis inter Italiæ laudes, ponit etiam *montium articulos*. Dicit Salmaſius ad Solinum noſſe ſe montium, pedes, ſuras & ſcapulas, articulos vero non ſe noſſe: itaque legendum eſſe, *montium obſtaculis*. Verum egregie fallitur. Articuli montium ſunt nexus & juncturæ quibus ſibi invicem adhærent. Ordo vero montium ab Alpibus uſque ad extrema Apennini promuntoria, non eſt minus mirandus in Italia, quam articulorum in corpore humano collocatio. Quod autem negat quemquam ſic locutum eſſe, & in hoc quoque fallitur. Plutarchus de Atho monte, libello de fortuna Alexandri. Ἔχων ἐκεῖ τῷ σύμμετρον τὴν πλάτη καὶ ὕψη καὶ μέλη καὶ ἄρθρα καὶ ἀφάσματα μορφοειδῆ. Alterum quoque Plinii locum de iiſdem montibus ibidem corrigere conatur, ſed infeliciter valde. Locus Plinii exſtat lib. III. cap. v. *Jam vero tota ea vitalis ac perennis ſalubritas, talis cœli temperies, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſilvarum genera, tot montium adflatus, tanta frugum & vitium & olearum fertilitas*, &c. Multus eſt ad hunc locum vir doctus, ut oſtendat contra omnium exemplarium fidem legendum eſſe, *tot marium adflatus*, qui montium, inquit, nullus eſt adflatus, ſed marium & ventorum. Sed profecto & hæc quoque aliter ſeſe habent. Marium adflatus neque ſalubris ſemper, neque jucundus admodum, niſi mitigandis magnis æſtibus. Verum quis eſt, qui neſciat auram illam odoratam, quæ per omni frugum florumque genere conſita montium latera deſcendens, totum inficit & perungit aëra, quamque ipſi quoque navigantes ad multa millia occurrentem ſibi in mari perſentiunt, adeo ut aliquando naribus prius, quam oculis vicinam Italiam hauriant? In re tam clara ſupervacuum fuerit alios adducere teſtes; ne quis tamen putet ſolum Plinium ita eſſe locutum, audiat etiam juniorem Plinium lib. V. epiſt. VI. *Triclinium ſaluberrimum, adflatum ex Apenninis vallibus recipit.*

2. *Superum mare & inferum*] Ex iis quæ ſuperius diximus ſatis manifeſtum quare hæc maria ita appellantur; nempe quia partes mundi boreales ſuperiores & altiores eſſe exiſtimarent, quam auſtrales. Plura itaque hic non addam,

lida. Verum ubi longè abit, [3] in duo cornua
10 funditur, reſpicitque altero Siculum pelagus, altero Ionium: tota anguſta, & alicubi multo quam unde cœpit anguſtior. Interiora ejus [4] aliæ aliæque gentes: ſiniſtra parte Carni & Veneti colunt togatam Galliam.
15 Tum Italici populi, Picentes, Frentani, Dauni, Appuli, Calabri, Salentini. Ad dextram ſunt ſub Alpibus Ligures, ſub Apennino, Hetruria. Poſt Latium, Volſci, Campania, & ſuper Lucaniam, Brutii.
20 Urbium quæ procul à mari habitantur, opulentiſſimæ ſunt ad ſiniſtram; Patavium Antenoris, Mutina & Bononia, Romanorum coloniæ; ad dextram, Capua à Thuſcis, & Roma quondam à paſtoribus
25 condita: nunc ſi pro materia dicatur alterum

dam, niſi hoc unum, locum Plinii libro III cap. poſtremo; ubi ſinum Ionium interpretatur inferum mare, non debere quemquam in errorem abducere. Abſunt enim illa verba à veteribus libris, & utique ab inepto homine ſunt aſſuta, cum ipſe Plinius alibi contrarium adſerat. Sic itaque lege; *In eo duo maria (quo diſtenximus ſine) Ionium in prima parte, interius Adriaticum, quod Superum vocant.*

3. *In duo cornua ſcinditur*] Alii libri *finditur*, verum optimus *funditur*, uti repoſuimus. Sic quoque alibi loquitur. De eadem re agens Salluſtius in fragmento apud Servium ad III Æn. ſimiliter locutus eſt; *Omnis Italia coacta in anguſtias funditur in duo promuntoria, Brutium & Salentinum.* Sic legendum, non *inter duo promuntoria*, ut vulgo. Idem hic dicit Mela, qui paſſim Salluſtium imitatur.

4. *Aliæ aliæque gentes habitant*] Lectionem quam dedimus confirmant vetera exemplaria, in quibus deeſt τὸ *habitant*.

5. *Proxi-*

rum opus. At in oris [5] proxima eſt à Tergeſte, Concordia. Interfluit Timavus, novem capitibus exurgens, uno oſtio emiſſus. Deinde [6] Natiſo non longe à mari ditem attingit Aquileiam. Ultra eſt Altinum. [7] Su-

5. *Proxima eſt à Tergeſte Concordia*] Geminum hic videtur committere errorem, tum quod Concordiam oræ maritimæ faciat oppidum, tum quoque quod illam collocet inter Aquilejam & Tergeſte. Exigua tamen à mari diſtantia facit ut prius illud excuſari quodammodo poſſit: in altero vero inſigniter erravit, niſi dicamus ita eſſe accipienda Pomponii verba; inter Tergeſte & Concordiam ſitum eſſe Timavum & Natiſonem fluvios. Natiſonem vero attingere Aquilejam. Ultra vero Concordiam ſitum eſſe Altinum. Aut ita intelligenda hæc verba, aut graviſſime erravit.

6. *Natiſo non longe à mari ditem attingit Aquilejam*] *Aquilegiam* habent libri veteres, quemadmodum etiam paſſim apud auctores alios ſcribi notiſſimum eſt. Exiſtimant plerique verum nomen eſſe Aquilejæ, dictamque eſſe ab aquila quæ dextra cum urbs conderetur advolavit, ut ait Julianus Imperator oratione de geſtis Conſtantii. Hinc aliqui Aquiliam vocarunt. Ego aliter puto, nempe Aquilegiam antiquum fuiſſe nomen, ſicque appellatam fuiſſe à fontium & rivorum copia: nam & fluvialibus aquis & putealibus urbs hæc abundabat ut docet Strabo. Itaque Aquilegia ab aquilegio. Gloſſæ, *aquilegium* κρηνιὸς. Ab eadem origine aquileges. Gloſſæ Philoxeni; *Aquilices*, οἱ τὰ πήγυρα ἐργαζόμενοι, οἷον ἐχετάριοι, ποταμῖται, ὑδρογιώποι. Sic legendus ille locus, quem infeliciter tentavit Scaliger ad Feſtum. Differunt tamen aquilices & aquileges, uti quoque aquilicium & aquilegium, cum iſti ab aqua lacienda, illi vero à legenda aqua nomen habeant. Itaque aquileges & aquilegium de libratoribus & libramento aquarum proprie accipi debent: aquilicum vero & aquilicii tantum in ſacris uſus. Sed quia aquilicii mentionem fecimus, operæ pretium eſt inſignem locum in epiſtolis Cælii ad Ciceronem, qui multos hactenus exercuit, reſtituere. Exſtat ille lib. VIII. Epiſt. v. *Si quid novi de Rep. quod tibi ſcriberem haberem, uſus eſſem mea conſuetudine, ut diligenter & quid actum eſſet, & quid ex eo futurum ſperarem, perſcriberem. Sane tanquam aqua in Cilicia omnia adhæſerunt.* Legebat vir eruditus, *tanquam aquælicio omnia adhæſerunt*, faciſque noſtrum obtinuit aſſenſum loco non bene examinato. Verum poſtea animadverti plane hoc eſſe alienum à mente Cælii, longiſſimeque recedere à veteribus libris. Quamvis enim Salmaſius in Solinianis ſic produxerit locum, certus tamen ſum in nullo veteri libro illum ſic concipi. Ipſe inde faciebat, *tanquam aqua in collicia*, vel, *tanquam in quodam incili*. Sed ſane contrarium volebat dicere Cælius, omnia nempe male hærere; aqua vero feliciter hæret in colliciis & incilibus, aliter enim ſi eſſet, ſtultum foret incilia aut collicias fodere. Adeo tamen ſibi placuit hac ſua conjectura, ut paſſim, tamquam pulchrum aliquod emblema, ſcriptis ſuis inſeruerit, iſtud loquendi genus, *hæret aqua tanquam in incili*, pro *hæret aqua*. Optimi libri quibus olim uſus fuit Manutius, ſic hunc locum legunt; *ſane tanquam in quodam vectilicia omnia adhæſerunt*. Alii *intilitia*. Omnino ſcribendum; *Sane tanquam in quodam titivilitio omnia adhæſerunt*. Conqueritur in illa epiſtola Cælius, *quod plus biennium in his tricis moretur*. Idem hic repetit, omniaque ipſorum conſilia ait hærere in quodam titivilitio, in meris tricis, & re nihili. *Adhærere in re aliqua*, probum eſt & Latinum. Ipſe ſic loquitur Cicero.

perna latè occupat littora Padus. Namque [8] ab imis radicibus Veſuli montis exortus, parvis ſe primum fontibus colligit, & aliquatenus exilis ac macer, mox aliis amnibus adeo augeſcit atque alitur, ut ſe per ſeptem ad poſtremum oſtia effundat. Unum de iis magnum, Padum appellant. Inde tam citus proſilit, ut diſcuſſis fluctibus diu qualem emiſit undam agat, ſuumque etiam in mari alveum ſervet, donec eum ex

E e ad-

7. *Superiora late occupat litora Padus*] Veteres libri, *ſuperita* non *ſuperiora*. Scribe *ſuperna*. Padus in ſuperna Italiæ parte exoneratur. Notum vero partem ſupernam dici mari Adriatico & Ionio vicinam, infernam vero Tyrrheno. Hinc ſupernates & infernates.

8. *Ab imis radicibus Veſuli montis exortus*] Sic quoque Strabo, licet ille confuderit Veſulum & Ceniſium montes, cum dicit Druentiam & Padum ex eodem

adverſo littore Iſtriæ eodem impetu profluens Iſter amnis excipiat. Hac re per ea loca navigantibus, quà utrinque amnes eunt, inter marinas aquas dulcium hauſtus eſt. A Pado ad Anconam tranſitur Ravenna, Ariminum, Piſaurum, Faneſtris colonia; flumen Metaurus, atque Aeſis. 9 Exin illa in anguſto duorum promuntoriorum ex diverſo coëuntium inflexu, cubiti imagine ſedens, ac ideo à Grajis dicta Ancon, inter Gallicas Italicaſque gentes quaſi terminus intereſt. 10 Hæc prægreſſos Piceni littora excipiunt: in quibus Numana, Potentia, Cluana, Cupra, urbes: caſtella autem Firmum, Adria, Truentinum: id & fluvio qui præterit nomen eſt. 11 Ab eo Frentani, Apuli ac Marucini habent Aterni fluminis oſtia. Urbes Bucam & Hiſtonium. Dauni autem Tifernum amnem, Cliterniam, Larinum, Teanum, oppida: montemque Garganum. Sinus eſt continuo Apulo littore incinctus, nomine

dem oriri monte. De fonte vero Padi hæc ejus ſunt verba; Ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας πολὺ πεπεινότερον τῶν χειλέων τέτων ἀναδίδωσιν αὐτὸς ὁ Πάδος, πολύς τε καὶ ὀξύς. Dixit paulo ante Strabo in ſummitate montis Veſuli, ἔνθα εἰσὶ κοίλοις χωρίοις, eſſe lacum magnum. Eſſe quoque ibi duos fontes ſibi invicem vicinos, alterum Druentiæ, alterum Padi. Padi fontem dicit longe eſſe inferiorem iſtis κοίλοις χωρίοις. Nempe non cernitur profluens ex iſto lacu, qui enim lacum viderunt adfirmant illum non excedere oras ſuas, ſed per latentes meatus longe inferior erumpit. Hinc fit, ut quamvis fontes ejus conſpicuæ non ſint ſublimes, quia tamen alte cadunt aquæ iſtæ ideo violenter ferantur. Quod ipſum quoque Peneo flumini evenire veriſimile eſt. Namque & is cum ex imo Pindo oriatur, tamen ſpumoſis volvitur undis, ut Ovidius canit. Atque hoc quidem pacto interpretanda ſunt Straboni verba, quæ male corrigit Caſaubonus, ſed longe pejus Salmaſius, cum vulgata lectio optima ſit & veriſſima. Veniamus nunc ad Plinii locum de eodem Pado, quem multi fruſtra tentarunt. Exſtat is lib. III. cap. XVI. Ita vero concipitur in vetuſtioribus codicibus; *Augetur ad canis ortus liquatis nivibus, agis quam navigis torrentior, nihil tamen ex rapto ſibi vindicans, atque ubi linquit, ubertate largiter.* Salmaſius meras hic nugas reponit, nam quid ſibi volunt iſta, *agris quamvis torrentior nihil tamen ex rapto abjudicans?* Quid præterea, *ubertate largior?* Si vis ipſum Plinium loquentem audire, ſic reſcribe; *Augetur ad canis ortus liquatis nivibus, ac his quam nativis torrentior, nihil tamen ex rapto ſibi vindicans, atque ubi linquit, ubertatis largitor.* Liquatæ nives, ſunt aquæ, itaque non opus eſt vocabulum iſtud repetere. Linquit, vero, hic accipitur pro defluit, decreſcit, λείπει, uti ſæpe. Qui genium & brevitatem Plinianam norit, hanc noſtram ſcripturam veram eſſe fatebitur.

9. *Et illa in anguſto illorum*] In melioribus libris ita hic locus ſcribitur; *Et in illa in anguſto duorum promuntoriorum.* Legendum; *Exin illa, in anguſto duorum promuntoriorum ex diverſo coëuntium inflexu, cubiti imagine ſedens, & ideo à Græcis dicta Ancon.* Senæ vel Senogalliæ, quam & hic, & infra temere obtruſerunt, nullus apud Pomponium locus. Inflexum vocat ſinum in quo ſedet Ancona. Sic quoque infra loquitur. Aliter hunc locum corrigit Cluverius, inſignis Geographus, verum & in hoc, & in aliis veterum locis eruendis & interpretandis minus felix.

10. *Hanc enim prægreſſos*] Melius libri quidam, *Hæc prægreſſos.* Pro *Cluerna* uti erat in manuſcriptis, repoſui *Cluanam*, quod etiam Cluverius vidit. Paulo poſt reſcripſi, *Truentinum, id & fluvio qui præterit nomen eſt.*

11. *Ab eo Senegallia maritima, ad Aterni fluminis oſtia*] Monſtroſè hæc ſunt deformata. Alii repoſuerunt, *Ab eo Samnites maritima tenent.* Ut breviter dicam, omnes ſtrenue nugantur, & præterquam quod falſa & ordini Geographico contraria adferant, abeunt quoque quam longiſſime à veteribus libris in quibus conſtanter ita ſcribitur; *Ab eo Frentia villa maritima habent Aterni fluminis oſtia.* Scripſerat Mela,

Ab

Urias, modicus ſpatio, pleraque aſper acceſſu. Extra, [12] Sipuntum, vel (ut Graji dixêre) Sipus: & flumen quod Canuſium attingens, Aufidum appellant. Poſt, Barium, Egnatia, & Ennio cive nobiles Rudiæ: & jam in Calabria, Brunduſium, [13] Valetium, Lupiæ, Hydrus mons,

Ab eo Frentani, Apuli, ac Marrucini. Habent Aterni fluminis oſtia. Tres iſtos populos, ſibi invicem in ora maritima vicinos, ſimul nominat, ac ultimo quidem Marrucinos, quoniam in illis ſunt oſtia Aterni fluminis quæ ſubjungit. Frentanorum vero eſt Buca & Hiſtonium. Daunii, & quæ ſequuntur, ſunt in Apulia.

12. *Sipuntum, vel ut Graii dixere Sipus*] Hæc vera lectio. *Sipilus* habent veteres libri & *Siphus*. Paulo poſt iidem libri *Gnatia* pro *Ignatia*, uti quoque Horatius. Sed & Plinius: nam quo loco apud ipſum legitur, *Rudia Egnatia*, omnino ſcribendum eſt, *Rudiæ*, *Gnatia*. Sic quoque meliores libri Ptolemæi. Deinde vero; *Et jam in Calabria Brunduſium*. Ita ſolet loqui hic auctor.

13. *Valetium, Lupiæ*] Variis modis hoc oppidum concipitur, nam & Βαλήθιον Stephano, ex Theopompo. Ἀλήθεια Straboni, Ἀλήθιον Ptolemæo. Latinis vero Valetium & Valentium & Aletium paſſim nominatur. Non recte Cluverius Valetium & Aletiam tanquam duo diverſa oppida in Calabria deſcribit, cum unum omnino idemque fuerit. Varia ut hoc probet affert autorum loca, ſed omnia fruſtra. Nam quo loco apud Plinium legitur Aletia vulgo, illic meliores codices habent *Sarmadium*. Sic itaque legendus erat locus ille Plinianus; *Oppida per continentem à Tarento Uria (quia cognominis Apulæ) Meſſapia, Sarmadium*. A Sarmadio ſeu Armadio, apud Frontinum Armadillus ſeu Sarmadillus ager, de quo alias. Circa finem vero ejuſdem capitis, ubi Valentinos & Alentinos nominat, ſic legit optimus noſter codex. *Salentinorum, Salentini, Baſterbini, Neretini, Valentini, Veretini*. Salentini iſti poſteriores dicuntur ab oppido Salentia, de quo mox. Alio quoque videtur perſuaſus fuiſſe argumento, ut hoc crederet Cluverius, nempe quia Valentia bis occurrit in tabula itineraria. Verum & hic quoque male Valentia pro Salentia ſcribitur. Liquet hoc ex Geographo Ravennate anonymo, qui in plurimis convenit cum tabula itineraria, in quo ita procedit ordo; *Brunduſium, Baletium, Lubiæ, Hydruntum, Minervium, Verentium, Salentium, Neretum, Manduris, Tarentum*. Hinc itaque apparet nullam in Calabria Alentiam fuiſſe, quæ diverſa fuerit à Valentia, ſive ab illo oppido, quod hodie Lezza vel Lecce dicitur, quinque circiter paſſuum millibus à mari remoto, unde Strabo μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης illud colloceat.

mons, tum & [14] Salentini campi, & Salentina littora, [15] & urbs Graia, Callipolis. Huc uſque Adria, huc uſque Italiæ latus alterum pertinet. Frons ejus in duo quidem ſe cornua (ſicut ſupra diximus) ſcindit: cæterum mare quod inter utraque admittit, tenuibus promuntoriis ſemel iterumque diſtinguens,

[16] non

14. *Salentini campi & Salentina littora*] Salentinos campos videtur ex Marone hauſiſſe; *Et Salentinos obſedit milite campos*. Sed vero uti Calabrorum, ita quoque Salentinorum nomen late aliquando accipitur. Itaque vel inepte hic imitatus eſt Virgilium, cujus campi Salentini longe hinc abſunt; vel ſi recte locutus ſit, dicendum de agro Salentino ita proprie dicto, in quo Salentum vel Salentia oppidum fuit, capienda eſſe hæc Pomponii verba. Aliis hoc oppidum dicitur, Soletum vel Solentum, ſed uſu proculdubio depravatum à Salentum. Stephano Grammatico eſt Σαλεντία, forma prorſus Romana. Græcis videtur fuiſſe Σαλόεις. Ut autem Ὑδρόεις Hydrentum, ſic à Σαλόεις Salentum. Recte itaque Grammatici veteres à ſalo dictos eſſe autumant Salentinos, quia tot undique maribus adflatur tota ipſorum peninſula.

15. *Et urbs Graja Callipolis*] Ridicule apud Plinium Callipolis dicitur Senonum eſſe colonia. Cluverius pro Senonum reponi debere contendit *Salentinorum Callipolis*. Sed minime opus hoc loco repetere vocem iſtam. Libri manu exarati legunt *Senum Callipolis*. Optimus vero noſter habet *Saenum*. Proculdubio hoc verum eſt, itaque ſic totum lego locum; *Oppida per continentem à Tarento Uria (quia cognominis Apulæ) Meſſapia, Sarmadium. In ora vero Saenum, Callipolis, quæ nunc eſt Anxa*, LXII *millia paſſuum à Tarento*. In tabula itineraria male locus iſte vocatur *Scanuium* pro *Saenum*. Geographo Ravennati eſt *Sannum*.

16. *Non*

[16] non uno margine circuit, nec diffusum patensque, sed per sinus recipit. Primus Tarentinus dicitur, inter promuntoria, Salentinum & Lacinium: in eoque sunt, Tarentus, Metapontum, Heraclea, Croto, Thurium. Secundus Scylaceus, inter promuntoria, Lacinium & Zephyrium, in quo est Petilia, [17] Carcinus, Scylaceum, [18] My-

16. *Non uno margine circuit*] Libri aliqui habent, *nisi uno margine circuit*. Forte, *sinuoso margine circuit*. Sed vulgata, quam etiam optima representant exemplaria magis placet. Supra vero ex iisdem libris rescripsimus *admittit*, non *admisit*, mox dein *Salentinum*, non *Salen*.

17. *Corinthus, Scylaceum*] Reposuimus è libris *Carcinus*, uti quoque habent vetera Plinii exemplaria, & nummi veteres. In recentioribus vero codicibus *Corinthus* vel *Corinus*, quod manifeste corruptum ex Cocinto vel Cocino, quo modo hoc ipsum oppidum ac promuntorium ab aliis appellatur. Utrunque enim variis modis scriptum reperitur, nam & Κάρκινον & Καρκῖνον & Cocinthum & Cocinum vocant. Corruptum est hujus promuntorii nomen apud Ovidium lib. xv. ubi describit iter Legatorum Æsculapium è Græcia Romam advehentium; quem locum integrum adscribam, quoniam pluribus mendis fœdatus est.

Italiam tenuit præterque Lacinia templa
Nobilitata dea, Scyllæaque litora sertur.
Linquit Japygiam, lævisque Amphrysia remis
Saxa fugit: dextra præruptaque Ceraunia parte
Romechiumque legit, Caulonaque, Nariciamque.

Ac primo quidem Scylla ac Scyllæa litora, locum hic habere non possunt, nondum enim adtigerant fretum. Legendum est itaque *Scylaceaque litora*. Ad Amphrysia saxa Turnebus aliique viri magni misere impingunt. A læva illa quærenda sunt, non à dextris. In codice nostro scriptum invenio à prima manu *Arangia*. Omni procul dubio legendum est *Argennia*, sic dicta ab Argenno Siciliæ promuntorio, quod à læva situm erat fretum Siculum intrantibus. Sed & ad Ceraunia ista Ovidiana naufragium fecere iidem. Variant & hic veteres libri, *celenia, cerinia, celentia* & alii aliter. Omnino legendum est *Cocintia*, sic dicta à Cocinto promuntorio

85 [18] Mystiæ. Tertius inter Zephyrium & Brutium, [19] Consilinum, Cauloniam, Locrosque circundat. In Brutio sunt, [20] Columna regia, Rhegium, Scylla, Taurianum, & Metaurum. Hinc in Thuscum 90 mare est flexus, & ejusdem terræ latus alterum

rio. Pro *Romechiumque* libri quidam manu exarati legunt *Plemyrium*, quod avide amplexi sunt viri quidam eruditi. Sed profecto non sic scripsit Ovidius, cum Plemmyrium ad lævam sita sit, longissimeque absit. *Rumetiumque* legunt alii vetusti libri vel *Romethumque*. Veram lectionem esse existimo *Lametumque*. Oppidum Lametum situm fuit in angustissimo illo Italiæ isthmo, quem Scylaceus & Hipponiates sinus efficiunt, haud procul à fontibus Lameti fluminis. Hodie Maida vocatur, corrupto proculdubio nomine ex Lamatia, extrita priore syllaba, quod & ipsum in adsiti fluminis vocabulo factum est, quem Matum vel Amatum vocant pro Lameto. Quia vero hoc oppidum situm est in medio fere isthmi istius, procul à mari, ideo factum est ut aliqui ad sinum Scylaceum illud collocarint. Sic sane Hecatæus apud Stephanum; cujus locum sic lege ex veteribus libris; Λαμηνῖνοι πόλις ἀπὸ Λαμήτου ποταμοῦ πρὸς Κρότωνι. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἐν δὲ Λαμήτῳ πόμπιμος, οὐ δὲ Λαμηῖνοι, ὁ πολίτης Λαμηῖνος. Reprehendunt viri eruditi hunc Stephani locum, sed ipsi falluntur, cum hoc oppidum in ipso litore sinus Hipponiatis collocant, hodieque S. Euphemiæ appellari credunt. Nullam illic vel Lampetiam vel Lametum exstitisse mox docebimus.

18. *Mystra*] Rescripsi *Mystiæ* uti veteres libri. Sic quoque Plinius. Stephano est Μυσία.

19. *Consilinum*] Libri fere omnes *Consentia*, in uno tantum *Consentinum* reperi, in nullo vero *Consilinum*. Hoc postremum tamen verum esse apparet ex Plinio. Meminerunt quoque hujus oppidi auctores de Coloniis, & Cassiodorus variarum lib. VIII. cap. XXXIII, qui aliquanto fusius de hoc loco agit.

20. *Columna Regia, Regium*] Sic quoque multi alii, qui hanc columnam (quæ sane videtur fuisse columella miliaris) Regiam vocant, non Reginam. Ab urbe enim Regio utrumque ἐθνι-

ηὸν

rum [21] Medama, Hippo, nunc Vibon, Temesa, [22] Clampetia, Blanda, Buxentum, Velia, Palinurus, olim Phrygii gubernatoris, nunc loci nomen: Pæstanus sinus, Pæstum oppidum,

κὴν recte deducitur. Paulo post ex libris veteribus reposuimus, *hinc in Thuscum mare est flexus.*

21. *Terina, Hippo nunc Vibon*] Sic Hermolaus, cum prius legeretur *Maticana, Ionium Vibon.* Sed hæc emendatio longe abest à vestigiis veteris lectionis, ordinique Geographico est contraria; inter Temesam enim & Clampetiam collocanda erat Terina. Verum est itaque quod reposuimus; *Medana, Hippo nunc Vibon.* Apud Plinium similiter, ubi veteres libri habent *Meddua* vel *Medara*, rescribendum est *Medana.* Nam non tantum Medama & Medma vocabatur hoc oppidum, sed & Medana & Medna. Male apud Strabonem Casaubonus περὶ Μέδμας plurium numero corrigit, cum proba sit lectio vulgata; Ἐν δὲ τῷ Θουρίῳ τούτῳ Μέδμα πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν. Ὁμώνυμον κρήνη μεγάλη, ὡλησίον ἔχουσα ἐπίνειον καλέμενον Ἐμπόριον. Cum dicit Λοκρῶν τῶν αὐτῶν, intelligit Locros Ozolas, illos namque paulo ante dixit Hipponium condidisse. *Hippo* vero pro *Hippon*, ut supra *Jaso* pro *Jason.* Romani Hipponem vocarunt, mutata adspiratione in quintam vocalem, ut solent.

22. *Clampetia*] Supra monuimus Lametum vel Lametiam hodie vocari *Maida.* Hæc vero alia est, vocaturque hodierno nomine *Mantia.* Latini omnes hanc Clampetiam vocant, addita litera tertia initiali ut in multis aliis vocabulis, cum Græci Λαμπετίην illam appellarint. Sic Stephanus ex Polybio. Lycophroni vero est Λάμπητις Poëtice pro Λαμπετία. Male vulgo Λαμπέτης. Quod autem Cluverius Lametum & Lampetiam eandem existimet, in eo valde fallitur. Lameti enim situm supra ostendimus ad Lametum flumen, aliquot millibus à mari, ad pedem Apennini. Male enim ipse S. Euphemiæ oppidum interpretatur, quod longius abest à flumine. In Clampetiæ vero sive Lampetiæ situ omnes conveniunt, ut sit Mantia, sive Amantia hodierna. Loca vero Lycophronis unde adstruere conatur opinionem suam, plane contra ipsum faciunt. Si enim Λάμπητις & Λάμητος idem fuisset Lycophroni,

dum, [23] Silerus amnis, Picentia, [24] Petræ quas Sirenes habitavêre, Minervæ promuntorium, [25] omnia Lucaniæ loca. Sinus Puteolanus, Surrentum, Herculaneum, [26] Vesuvii montis aspectus, Pompeji, Neapolis, Puteoli, lacus Lucrinus, & Avernus, Baiæ, Misenum, id nunc loci, ali-

F f quan-

phroni, non diversa usus fuisset appellatione. Quod autem Lampetiam collocet in extimo cornu Hipponii montis, hoc ideo est, quoniam sinus Hipponiates pertingit usque ad Clampetiam; itaque mons Hipponius accipitur, pro monte sinus Hipponiatæ. Clampetia vero sita est in loco arduo, & quasi in extimo sinus Hipponiatæ cornu.

23. *Silarus amnis*] Libri manu exarati habent *Silerus.* Et hoc bene, nam utrumque dicitur Silarus & Silerus & Siler. Lucanus lib. II. *Radensque Salerni culta Siler.* Verum & sic apud Virgilium scribendum ex antiquissimo omnium codice Medicæo;

Est lucos Sileri circa ilicibusque virentem
Plurimus Alburnum volitans
&c.

24. *Petræ quas Sirenes habitavere*] Male in quibusdam veteribus libris *habitant* pro *habitarunt.* Scopuli vero sive petræ istæ quas inhabitarunt Sirenes in Sicilia à multis collocantur. Hinc Ausonius in gripho ternarii numeri.

Tres in Trinacria Siredones; Omina trina.

Scaliger putat Σειρηδόνας hic dici tanquam Σειροφηδόνας. Sed hoc est vocabulum nihili, omninoque scribendum *Sirenides.* Sic appellatas fuisse istas Sirenum insulas testantur cum alii, tum præcipue Servius, agens de Sirenibus; *His responsum erat tamdiu eas victuras, quamdiu cantantes eas nemo esset prætervectus. Quibus fatalis fuit Ulysses. Astutia enim sua cum prætervigasset scopulos, in quibus commorabantur, præcipitaverunt se in mare; A quibus locus Sirenides appellatur, qui est inter Siciliam & Italiam.* De Sirenibus plura alibi diximus.

25. *Opima Lucaniæ loca*] Inepte hic legitur *opima* cum omnes libri veteres habeant *omnia*, quod verum est. Postquam enim oram litoralem Lucaniæ absolvit, addit omnia ea esse Lucaniæ loca. Hinc jam Campani litoris oppida sequuntur.

26. *Vesuvii montis aspectus*] Et hoc quoque imitatus Plinius, licet inverso aliquantum ordine;

Hercu-

quando Phrygii militis nomen, Cumæ, Linternum, Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum, amœna Campaniæ littora. Sinueſſa, Liris, Minturnæ, Formiæ, Fundi, Tarracina, Circes domus, aliquando Circeji, Antium, Aphrodiſium, Ardea, Laurentum, [27] Oſtia, citra Tyberim in hoc litore ſunt. Ultra Pyrgi, Minio, Caſtrum novum, Graviſcæ, Coſſa, Telamon, Populonia, Cecina, Piſæ, Etruſca & loca & nomina. [28] Deinde Luna Ligurum, & Tigulia, & Genua, & Sabatia, & Albigaunum. Tum [29] Paulon & Varum flumina, utraque

Herculaneum, Pompeji; haud procul ſpectato monte Veſuvio; alluente vero Sarno amne. Sic libri veteres, male vulgo *ſpectante monte Veſuvio.*

27. *Oſtia circa Tiberim in hoc latere ſunt*] Et hæc quoque emendata ſunt à nobis conſentientibus libris veteribus. Romæ enim erat Pomponius cum hæc ſcriberet. Itaque hoc littus, vocat littus Latii, quod extendit à Sinueſſa uſque Oſtiam. Paulo poſt pro *Minio*, quod nullum locum habere poteſt in litore Thuſco, recte Cluverius emendavit *Mimio*. Notum iſtud flumen ex Virgilio, quem imitatus eſt hic noſter aliquot in locis, præcipue in Italia. Verum non recte is illa, quæ deinceps ſequuntur, ita reformat; *Hetruſca & loca & flumina*, quia nempe loca, quæ enumerat, non Thuſcam ſed Græcam habeant appellationem. Sed Etruſca loca & nomina tralatitium eſt loquendi genus, pro locis & nominibus in Etruria ſitis. Minionem porro quod adtinet, illum Minium vocat Geographus Ravennas. In tabulis à Velſero editis *Mindo* male ſcribitur, pro *Minio*.

28. *Dein Luna Ligurum, & Liguria*] Proba eſt conjectura Pintiani, & Mariangeli, *& Tigulia*, confirmantque illam veteres libri.

29. *Paulon & Varum flumina*] Plinius

que ab Alpibus delapſa. Sed Varum, quia Italiam finit, aliquanto notius. Alpes ipſæ ab iis littoribus longè latèque diffuſæ, primo ad Septentrionem magno gradu excurrunt: deinde ubi Germaniam attigerunt, verſo impetu in orientem abeunt, diremptiſque populis immanibus, uſque in Thraciam penetrant.

Plinius *Padum* hoc loco habet, ubi tamen optimus meus codex habet *Palo* manifeſte pro *Paulo*.

CAP. V.

GALLIA NARBONENSIS.

GAllia [1] Lemanno lacu & Gebennicis montibus in duo latera diviſa, atque altero Thuſcum pelagus attingens, altero Oceanum, hinc à Varo, illinc à Rheno, ad Pyrenæum uſque promittitur. Pars noſtro mari appoſi-

1. *Lemanno lacu & Gebennicis montibus*] Plinius non Lemannum lacum, ſed Juram montem terminum ſtatuit Narbonenſi provinciæ. Verba ejus hoc pacto emendanda ſunt. *Narbonenſis provincia appellatur pars Galliarum quæ interno mari alluitur, Braccata ante dicta, amne Varo ab Italia diſcreta, Alpiumque vel ſaluberrimis Romano Imperio jugis. A reliqua vero Gallia latere*

posita, fuit aliquando Braccata, nunc Narbonensis, magis consita, ideoque etiam lætior. Urbium quas habet opulentissimæ sunt, Vasio Vocontiorum, Vienna Allobrogum, Avenio Cavarum, Arecomicorum Nemausus, Tolosa Tectosagûm, Secundanorum Arausio, Sextanorum Arelatæ, [2] Septumanorumque Bæterra. Sed antestat omnes Atacinorum Decumanorumque colonia, unde olim iis terris auxilium, nunc & nomen & decus est, Martius Narbo. In littoribus

latere septentrionali, montibus Gebenna, & Juribus. Libri manu exarati habent *jugeribus*, non *Jura*. Unde facile fuit alterum illud formare. Idem hoc vocabulum reddendum Solino, cui mons est Jus, vel plurium numero Jures appellatur. *Galliæ inter Rhenum & Pyrenæum, item inter Oceanum & montes Gebennam ac Jures porriguntur.* Male hoc loco Juram substituerunt, cum libri scripti habeant *Juris*. Sane & apud Cæsarem sic scriptum fuisse videtur à prima manu in codice vetusto Reginæ Suedicæ. Straboni circa finem libri quarti Ἰόρας vocatur cum tamen antea Ἰουρασίου nominarit. Ptolemæo est Ἰουρασσός. Ego non dubito quin Jures verum sit nomen horum montium, sed Græci, more suo, varias dedere terminationes. Hodie *Joux* appellantur, vocabulo manifeste corrupto ex *Jus*.

2. *Septimanorumque Blitera*] Veterem scripturam reduximus, quam omnia vetera exemplaria confirmant. Bæterra enim olim vocabatur oppidum quod nunc *Beziers* vocant, non Blitera. Apud Plinium in veteribus libris similiter Bæterra legitur. Sed & in veteri inscriptione (quam apud Gruterum vide) *Bæterrenses* nominantur. Perperam itaque Casaubonus ex corrupto Strabonis loco, cæteros corrigere conatur, cum ipse Strabo sit corrigendus. Stephano est Βαίτερρα. Ejus locum sic emendabis; Βαιτερρῆς κώμη τρίτης Παλαιστίνης, οἱ κατοικοῦντες Βαιτερρηνοὶ· ἔστι κὴν

ribus aliquot sunt cum aliquibus nominibus loca. Cæterum raræ urbes, quia
203 rari portus, & omnis plaga austro atque africo exposita est. Nicæa tangit Al-

Ff 3 pes,

κὴν πόλις Κελτικὴ Βαίτερρα, ἧς ὁ πολίτης Βαιτερρίτης· τῆς δὲ πρωτέρας Βαιτερρέσιοι. κλίνεται Βαιτερρῆντος. Male hæc vulgo separantur, tanquam si & aliqua urbs esset in Gallia, quæ Βαιτερρές vocaretur.

3. *Rari portus & omnis plaga Austro atque Africo exposita est*] Ventis expositam esse totam hanc plagam notat quoque Strabo, verum is μελαμβορέᾳ tantum meminit, non Austri aut Africi. Utrumque verum, estque peculiare quippiam, tam in marinis, quam in terrestribus ventis, qui istic locorum spirant. Melamboreas quem Strabo dicit adeo esse violentum, ut eo & homines dejiciantur, & lapides agitentur, prorsus ille est, quem Latini Circium vocant. Hunc quoque Æschylus novit, in Ἡφαιστεῖ λυομένῳ, cujus versus exstant apud Galenum VI Epidemiorum, qui ita sunt legendi;

Εὐθείαν ἔρπε τῇδε κὴν πεδίλοισι μὴν
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοάς, ἵν' οὔλαβῆ
Βρόμον κωφιεῖζοντα, μὴ σ' ἀναρπάσῃ

Δυσχειμέρῳ πέμφιγι τρέψας ἀΐφνω.

Isti vero versus conjungendi sunt, cum iis, quos ex eadem tragœdia citat Strabo agens de campis lapideis. Idem vero quod Strabo & Æschylus de hoc vento prodiderunt, dicit quoque Diodorus Siculus, & Cato apud Gellium; *Ventus Cercius cum loquare, buccam implet, armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.* Recte itaque Phavorinus ibidem ventum illum vocat sævissimum; *Nostri namque Galli ventum ex sua terra flantem, quem sævissimum patiuntur, Circium appellant.* Interpres Solini hæc Phavorini verba absurdissima & falsissima esse dicit. Gallos enim ipsos adfirmat non posse pati ventum ex sua terra flantem, sed vicinos Galliæ populos, quibus ex Gallia flaret. Sed profecto nihil verius verbis Phavorini, nihil vero absurdius hac censura excogitari possit. Nam si in Galliis oriatur Circius, qui potest fieri ut flatum ejus non sentiant Galli? An existimavit ventos origini vicinos non sentiri, sed demum ubi longe processerunt? Verum quis ignorat illos ubi nascuntur, ibi maxime sævire? Pari jure Plinium irridet, quod Circium peculiarem Galliæ ventum fecerit, & Phavorinum quod

pes, tangit oppidum Deciatum, tangit Antipolis. Deinde forum Julii, Octavanorum co-

quod Circium à vertigine ac turbine dictum existimarit. Græcum enim sive Siculum ait esse vocabulum κεραίαν. Verum non recte corrigit verba Theophrasti. Nam quo apud ipsum loco legitur, οἱ περὶ Σικελίαν δερκίαν, non Σικελίαν κερκίαν, sed οἱ περὶ Σικελίαν δὲ κίρκαν legendum est, uti Turnebus, & libri veteres. Omnes Græci, quotquot hujus venti faciunt mentionem, semper κίρκιον vel κιρκίαν, nunquam vero κερκίαν nominant. Agathemerus; Μέσον δὲ ἀπαρκτίας καὶ Αργέστου, θρασκίαν ἤτοι κίρκιον ὑπὸ τῶν Φωκαέων. Si tamen alicubi Κερκίας vel Cercius, uti apud Catonem, scriptum sit, hoc nihil officit etymologiæ. Sive enim Latinum, sive Græcum accipiatur esse vocabulum circias, non erraverit Phavorinus, cum à turbine & vertigine dictum credidit. Nam & Græcis κίρκος & κρίκος semper in usu fuit, etiam antequam Roma esset. Peculiarem vero Galliæ Narbonensis hunc esse ventum, nemo inficias iverit, qui dari peculiares ventos concesserit. Quamvis enim ex omnibus cœli regionibus venti promiscue adveniant, usus tamen & ratio persuasit, ut particulares & cujusque regionis proprii dicerentur, illi, quorum effectus a cæteris discreparent. Circium vero multa singularem efficiunt, tum vis ejus insignis in Narbonensi, quæ tanta est, ut non eminentia tantum tecta & turres dejiciat, verum integras quoque silvas excidat; tum quoque illud, quod cum tantus sit, statos tamen non excedat terminos, sed solum inter Pyrenæos & Gebennam sæviat. Verum & ob aliud magis etiam memorandus est hic ventus, quodque annotasse vitæ intererit. Nimis jam sæpe compertum est, damno quoque & naufragio nostrarum navium, nullum in nostro orbe inveniri mare quod in magis præruptos aquæ cumulos adsurgat & intumescat, atque fretum illud quod Aphrodisium promuntorium & ostia Rhodani interjacet, vento licet mediocriter flante. Ignari nautæ primo vadosum esse existimabant, verum bolide jacta ad viginti quinque orgyias, fundum tamen adsecuti non sunt. Itaque alii alias adtulere rationes, ego hoc totum tribuendum esse existimo concursui & conflictui Circii, cum ventis è mari flantibus. Veram autem hanc esse causam ipsa docet experientia. Cum enim, ut hic ait Mela, tota hæc plaga raros habeat portus,

colonia. [4] Tunc post Athenopolis, & Olbia, & Taurois, & [5] Citharistes, &

tus, & exposita sit Africo & Austro, ac præcipue Euro; ita disposuit naturæ auctor, ut semper illic aliquis è terra esset ventus, qui marinis contrarius flaret, impediretque ne navigantes in importuosum littus impingerent. Itaque ad triginta à litore millia nullus unquam vel Auster vel Eurus regnat aut nocet, repulsi plerumque à ventis terrestribus ac præcipue Circio, qui compressus à montibus quos superare nequit, & in angustius spatium redactus, omnium vehementissimus in sinum Narbonensem exit. Hunc ventorum conflictum, necessario sequitur maris collisio, quam tamen prævidere possunt nautæ ex ipsius aquæ brevitate. Navigantes hoc beneficium Circio acceptum ferunt, itaque vel hoc solo nomine dignum quis existimet, cui antiquitas aram exstruxerit. Avari autem hujus sinus accolæ istam Circii benignitatem deprecantur. Verum etiam è navigantibus non desunt, qui malint in litore, quam in medio mari naufragium facere.

4. *Tunc post Athenopolis, & Olbia, & Glanon*] Glanum hic locum non habet, cum longe ultra Massiliam sita sit, in mediterraneis. Legunt libri manu exarati; *Tunc post Athenopolin & Olbiam & Laurion* &c. Inepti nempe librarii, ut alibi passim, ita hic quoque casus rectos in obliquos mutarunt, cum prius scriberetur, *Athenopolis, & Olbia, & Laurios.* Unde facile est veram lectionem eruere; *& Taurois.* Ταυρόεις, vel Tauroentum vel Taurentum satis notum Massilienſium oppidum. Perperam vulgo confundunt cum Telone Martio, isto illustri hodie piratarum receptaculo. Ex itinerario maritimo liquet Taurentum XII. P. M. Massiliam versus abesse à Telone. Male quoque Ptolemæus Taurentum inter Citharisten promuntorium & Massiliam collocat. Valde quoque errant qui Telonem & Citharisten promuntorium confundunt, cum loca illa plurimum à se invicem absint.

5. *Citharistes & Halycidon Massilienſium portus*] Sic Hermolaus, at ipse Mela scripserat, *Citharistes & Lacydon Massilienſium portus.* Sic etiam veteres libri. Eustathius in Dionysium; Ἀγαθὸς τοῖς Μασσαλιώτοις λιμὴν ὁ Λακύδων. Citharistes promuntorium Κιθαριστὴς Ptolemæo, Plinius; *Promuntorium Citharista, portus, regio Camatullicorum.* Codex noster optimus manu exaratus sic legit; *promuntorium Zacitharista.* Manifeste duo vocabula syllabarum similitudine in unum coaluerunt, & ex *Lacida Citharista*

& [6] Lacydon, Maſſilienſium portus, & in eo ipſa Maſſilia. Hæc à Phocæis oriunda, & olim inter aſperas poſita, nunc ut pacatis, ita diſſimillimis tamen vici-

riſta alterum illud fecerunt. Sed neque ſic tamen ſatis perſanatus fuerit Plinii locus, quia Lacydon eſt portus, Citharistes vero promuntorium. Sic ita ſcribe; *Promuntorium Citharista, Lacydon portus, regio Camatullicorum.* Feſto Avieno in Ora maritima Citharistium prominens vocatur.

-----Terga celſum Prominens
Quod incolentes Citharistium vocant.

Male vulgo *Cecyliſtrium*. Hodie nullum promuntorium hoc nomen ſervat, ſed locus aliquis haud procul mari *Ceireſte* vocatur. Ipſum vero promuntorium vulgo Caput Aquilæ.

6. *Lacydon Maſſilienſium portus, & in eo ipſa Maſſilia*] Mirum loquendi genus, civitatem ſitam eſſe in portu. Libri manu exarati legunt *& in ea*. Omnino ſcribendum, *& hinc* vel, *& inde ipſa Maſſilia*. Lacydon olim, ut diximus, vocabatur portus Maſſilienſium. Sed ſciendum, etiam Olbiam, Antipolin, Taurentum, & alias colonias in hoc litore, portus Maſſilienſium fuiſſe appellatas. Puto tamen aliter hoc vocabulum accipiendum, nempe de portu ipſi Maſſiliæ adſito. Verum ut cognoſcamus quis ille portus fuerit, operæ pretium eſt monere veterem Maſſiliam non ſitam fuiſſe ubi eſt hodierna, ſed ſatis longe inde remotam, nempe ad promuntorium, quod vulgo *La Crocetta* appellatur. Illic rudera veteris Maſſiliæ apparent, nummique in dies quamplurimi effodiuntur. Sed neque portus Maſſilienſium ille olim fuit, qui nunc eſt. Sane Strabo illum Auſtro obverſum fuiſſe prodit. At vero qui nunc eſt, is plane Zephyro eſt objectus. Duo vero ſunt portus ad promuntorium Crucettæ, qui utrique meridiem adſpiciunt, unus paulo remotior, qui in itinerario maritimo appellatur *Portus Æmines* vel *Mines*, quique etiam hodie nomen fere ſervat, vocatur enim *Pormion* vel *Pormino*: alter vero Portus promuntorio, & veteri Maſſiliæ propior, longe ſatis littus excavat, figura θεατροειδὴς, & ipſe quoque navibus commodam præbens ſtationem. Hunc poſtremum puto fuiſſe, qui olim Λαπίδων diceretur, quoque priſci Maſſilienſes uſi ſunt, antequam alterum excavaſſent, quo nunc utuntur. Atque hoc quidem pacto verum erit id quod Cæſar dicit ſecundo de bel-

30 vicina gentibus; mirum quam facilè & tunc ſedem alienam ceperit, & adhuc morem ſuum teneat. Inter eam & Rhodanum [7] Maritima Avaticorum ſtagnum obſidet. [8] Foſſa Mariana partem ejus

G g am-

bello Civili, Maſſiliam à tribus partibus mari allui, quod de hodierna accipi non poteſt. Sed & cætera plana erunt, quæ tamen viri docti non intellexerunt, cum dicit ab utraque parte aggerem vineaſque fuiſſe actas, ab illa nempe iſthmi parte, ubi erant navalia & portus, qua patet iter in Italiam, & ab altera, qua aditus erat ad Maſſiliam, venientibus ex Gallia Hiſpaniaque. Verba autem illa Cæſaris, ita repurganda ſunt; *Una erat proxima portui navalibuſque; altera ad partem, qua eſt aditus ex Gallia atque Hiſpania, ad id mare quod attingit oſtium Rhodani.* Libri enim vetuſti legunt *adigit hoſtium.* Qui ex Hiſpania Maſſiliam proficiſcebantur, hujus maris oram cogebantur legere.

7. *Maritima Avaticorum ſtagno adſidet*] Quia liber antiquus optimus legit *obſidet*, ideo non dubitavimus reſcribere. *Maritima Avaticorum ſtagnum obſidet.* Oppidum enim hoc aditum & oſtium vaſti illius ſtagni claudit & obſidet. Ptolemæus; Μετὰ δὲ τὸν Ῥοδανὸν ἐπὶ θαλάσσῃ κεῖται Αὐαϊκῶν πόλις Μαρτίμα πολίχνια. Sic recte libri veteres. Plinius de eodem oppido & ſtagno; *Ultra foſſa ex Rhodano, C. Marii opere & nomine, inſigne ſtagnum Maſtramela, oppidum Maritima Avaticorum.* Et oppidi, & lacus nomen eſſe Maſtramelam docet Stephanus. Eadem itaque eſt Maſtramela, & Maritima. Nunc *Martegue* vocatur oppidulum, & lacus quem obſtruit, *Lac de Martegue.* Apud Feſtum Avienum memorantur hoc loco;

------ oppidum priſcum Ramas,
Trabalæ paludes. &c.

Sed profecto, portentoſe locus ille eſt inquinatus. Totum ſic lego;

Gens hic Veragri: Bergineque civitas,
Salyes atroces, oppidum Maſtramela
Priſcum paludis, terga celſum prominens
Quod incolentes Citharistium vocant.

8. *Foſſa Mariana partem ejus amnis navigabili alveo effundit*] Et hæc quoque ſola diſtinctione ſanavimus. Omnes foſſam Marianam ab hac parte Rhodani

amnis navigabili alveo effundit : 35
2 alio-

ni collocant. Solus Ptolemæus illam ad ulteriorem collocat ripam, quem perperam ſecuti ſunt multi. Foſſa iſta Mariana hodie non effluit, ſed denuo veterem ſuum alveum recuperavit Rhodanus. Errant enim qui putant Marianam Foſſam eſſe id oſtium, quod hoc noſtro ſeculo omnium eſt maxime orientale, quodque olim vocabatur *ad gradus*, vulgo *gras de Paſſon*, à pontibus ligneis, quibus in naves deſcenditur, uti paſſim. Plus etiam errant qui ad Camariam vel Camaricam inſulam vulgo *Camargue* dictam foſſas has fuiſſe exiſtimant, tanquam ſi à Cajo Mario inſulæ huic nomen eſſet inditum; & non potius à Cammarorum ſive cancrorum illo genere, quorum immenſa copia in marinis circa hanc inſulam ſtagnis, capitur, nominis ratio eſſet petenda. Ex itinerario maritimo manifeſte apparet Foſſas Marianas abfuiſſe à Maſſilia quadraginta tantum paſſuum millibus. A foſſis vero Marianis ad Gradum, ſive Rhodani oſtium, quod diximus, referuntur ibi millia paſſuum ſedecim. Clarum eſt hinc Foſſas Marianas ductas fuiſſe per campos lapideos, & exitum habuiſſe haud procul ab oſtio Maſtramelæ paludis. Hoc fuit illud os, in quod Marius maximam Rhodani partem derivavit, ut Maſſilienſibus gratificaretur, quibus hanc foſſam adſignavit. Plinius Maſſalioticum vocat hoc oſtium & ſimiliter ampliſſimum id eſſe dicit. Sed errat, cum id diſtinguit à foſſis Marianis. Verba ejus ſunt; *Libyca appellantur duo ejus ora modica; ex his alterum Hiſpanienſe, alterum Metapinum: tertium idemque ampliſſimum Maſſalioticum.* Pro *Libyca* malim legere *Ligyca*. Ut à Λιβύη, Λιβυκὸν & Λιβυστικὸν, ſic quoque à Λιγύη, uti Ligyrum regio dicebatur, fit Λιγυκὸν & Λιγυστικὸν, quamvis hoc poſtremum uſitatius. Notum vero Ligurum nomen uſque ad Iberum flumen & ultra olim extenſum fuiſſe, licet Rhodanus verus Ligurum terminus vel ipſorum olim Ligurum judicio fuiſſe videatur. Quod facilè ex hoc Feſti Avieni loco colligo;

------Multa nos Rhodano ſuper
Narrare longo res ſubegerunt ſtylo.
At nunquam in iſtud animus inclinabitur
Europam ut iſto flumine & Libyam adſeram
Diſterminari, Phileas hoc quanquam vetus
Putaſſe dicit incolas; deſpectui
Deriſuique inſcitiæ hac ſit barbara.

Sed manifeſtus eſt error vel Avieni, vel ipſius Phileæ. Quis credat accolas Rhodani tale quid potuiſſe credere? Verum illi dicebant

cebant terminum Λιγύης, nempe Liguriæ proprie dictæ, eſſe Rhodanum flumen. Iſtud vero vocabulum etiam apud antiquiſſimos Græcos ſemper fere corrumpebatur in Λιβύη, uti quoque Λίγυες in Λίβυες, Λιγυστικὸι in Λιβυστικὸι, Λιγυῆνοι in Λιβυῆνοι. Quia vero vel Avienus in Philea, vel Phileas in alio auctore legiſſet terminum Λιγύης vel Λιγύων eſſe Rhodanum fluvium, hinc nata fabella, flumine hoc dirimi Europam & Libyam, ex vitioſa nempe permutatione tertii elementi in ſecundum. Innumeris autem locis hæc vocabula mutata ſunt, tam apud Græcos, quam apud Latinos, multiſque multorum errorum occaſionem dedere, Libyam fruſtra in Europa quærentibus. Ex eodem vitioſo ſcribendi genere natum puto errorem de urſis Libycis & Numidicis, cum revera Ligyſtici vel Ligyci eſſent. Conſtat enim, quidquid alii contradicunt, Libyam nullos gignere urſos, ne in Atlante quidem, ubi frigus ac nix perpetua. Certum eſt illos Domitii urſos Numidicos, meros fuiſſe leones. Optima ſunt, quæ de his Lipſius, licet ea plumbea & nugatoria vocet Solinianus ſcholiaſtes, cum tamen ipſe mera reponat mapalia. Verum ut ad locum Plinii revertamur, neque ſequens vocabulum rectè ſeſe habet, cum prorſus nulla ratio excogitari poſſit, quamobrem Metapinum dictum ſit alterum Rhodani oſtium. Puto ſcribendum *Metalpinum*. Græci vetuſtiores, qui duo tantum Rhodani oſtia noverunt, illud quod trans Alpes eſſet ſitum, Μεταπέλπειον appellarunt. Pari ratiotione ſuperius docuimus Metagonitin regionem dictam fuiſſe, quod μετὰ τὸ Γώνιον eſſet ſita. Tertium oſtium, quod Maſſilienſe vocabatur, idem eſt atque Foſſa Mariana. Antequam tamen hæc foſſa duceretur, oſtium Μασσαλιωτικὸν dictum, idem fuit, atque Metalpinum. Sive de hoc, ſive de altero acceperit Plinius, erravit. Porro, quod alii tria, alii quatuor, vel quinque, nonnulli etiam ſeptem Rhodanum oſtia habere ſcribant, in eo non ſunt reprehendendi. Alii enim aliter oſtia illa computant. Olim tria vel quatuor tantum fuiſſe videntur. Reliqua exiſtimo eſſe factitia. Conſtat certe illud quod in Lateram ſtagnum effluit, id non eſſe naturale, uti infra oſtendemus. Plures præterea oſtiis adjacent inſulæ, ad quas ſcinditur Rhodanus. Si quis igitur quot inſulas efficit, totidem quoque exitus huic flumini tribuat, jam decem vel undecim habebit. Huc accedit quod etiam nunc, modo plura, modo pauciora oſtia habeat. Cum eſt humilis, tum plurimas facit inſulas pluresque canales qui illo aucto in unum confluunt. Quanto itaque torrentior eſt Rhodanus, tanto pauciora habet oſtia.

9 alioquin littus ignobile & Lapideus (ut vocant) campus; in quo Herculem 10 contra Albionem & Bergiona, Neptuni liberos, dimicantem, cum tela defeciſſent, ab invocato Jove adjutum imbre lapidum ferunt. Credas pluiſſe, adeo multi paſſim & latè jacent. Rhodanus non longè ab Iſtri Rhenique fontibus ſurgit. Deinde Lemanno lacu acceptus tenet impetum, ſeque per medium integer àgens, quantus venit egreditur. 11 In-

9. *Alioqui littus ignobile eſt lapideum*] Non littus tantum lapideum, ſed & totus tractus mediterraneus iſtic locorum campi lapidei dicuntur. Libri omnes exarati habent hic *lapideus*. Itaque non dubito quin vera ſit lectio; *alioqui littus ignobile, & lapideus, ut vocant, campus; in quo Herculem* &c. Nemini in Galliis ignotus eſt campus lapideus. Vulgo *La Crau*, vel aliquanto integriori vocabulo *Crautium* vocant. Puto olim hunc locum dictum fuiſſe *campum clavatum*, quod propter ſilicum copiam tanquam clavis confixus eſſe videretur. Hinc *clavoſa* & *clavata* inæquialia interpretantur Grammatici. Eadem ratione in Galliis oppidum *Laon* vulgo, olim *Laudunum clavatum* appellatum fuiſſe exiſtimo. In colle quippe ſita eſt.

10. *Contra Albionem & Bergiona*] Nonnulli veteres libri legunt *Burgiona*, alii *Gergion*. Anonymus de diis, qui Apollodorus vulgo creditur, hoſce Neptuni filios vocat Ἀλεβίωνα & Δέρκυνον, aitque eos occiſos fuiſſe ab Hercule. Sic quoque Tzetzes chiliadibus ubi de Hercule agit. At vero alter Tzetzes, Lycophronis interpres, fratrem Alebionis vocat Ligurem, Λίγυν. Verſus Æſchyli de hoc conflictu vide apud Strabonem. Non bene eos corrigit Salmaſius in Solinianis. Rectum eſt vulgatum δγάσις, uti ex ſupradictis liquet. Verum iſtud leve. In hoc vero gravius errat, quod tanquam diverſas recenſeat opiniones, eorum qui in Liguria, & aliorum, qui in Narbonenſi hoc Herculis certamen cum filiis Neptuni fuiſſe ſcripſerunt. Nam quis neſcit Liguriam

11 Inde contra occidentem ablatus, aliquandiu Gallias dirimit. Poſt curſu in meridiem abducto, hâc intrat, acceſſuque aliorum amnium jam grandis, & ſubinde grandior, inter Volcas & Cavaras emittitur. 12 Ultra ſunt ſtagna Volcarum, 13 Ledus flumen, 14 caſtellum Latera,

guriam & Ligures ad Rhodanum uſque olim pertinuiſſe? Nec ad Rhodanum tantum, ſed ad Iberum uſque flumen, quamvis hi poſteriores Ἴβηρες καὶ Λίγυες μιγάδες nominentur.

11. *Inde contra in occidente ablatus*] Et hæc quoque perperam mutarunt. Vetus & vera ſcriptura fuit; *Inde contra occidentem ablatus*. Paulo poſt iidem libri, *curſu in meridiem adducto hac intrat*. *Hac intrat*, id eſt in noſtrum mare effluit. Sed redundat hic quoque Mela & bis idem dicit. Pintianus non male *hanc* legit, & interpretatur Narbonenſem.

12. *Ultra ſunt ſtagna Volcarum*] Forſan, *ultra ſunt ſtagnum* &c. ut de Latera ſtagno, de quo mox plura dicemus, accipiatur. Nihil tamen mutandum cenſeo, cum plura Volcarum ſtagna occurrant, tum illa quæ ad occiduum Rhodani oſtium ſunt, quæque Aquæ mortuæ nominantur; tum quoque præcipuè iſta, quæ toto Volcarum litori uſq; ad Promuntorium Setium, prætenduntur.

13. *Ledum flumen*] Malo *Ledus*. Sic Sidonius Apollinaris. Sic & Feſtus Avienus in ora maritima, cujus verſus ſic leges.

At nuncce Ledus, nunc & Orobis flumina
Vacuos per agros & ruinarum aggeres
Amœnitatis indices priſcæ meant.

14. *Caſtellum Latara*] *Latera* verum eſt nomen, & ſic libri veteres melioris notæ. Hodie caſtellum id *Lattes* appellatur, ab adjacente lacu ejuſdem nominis. Lacus non oppidi meminit Plinius, qui egregie deſcribit operam quam piſcatoribus delphini olim iſtic locorum navabant in captura mugilum. Verum quia locus inſignis eſt, & valde contaminatus, multoſque expertus ſit medicos, licet fruſtra, operæ pretium eſt emendatum hic adſcribere. Exſtat vero lib. IX. cap. VIII. *Eſt provinciæ Narbonenſis & in Nemauſienſi agro ſtagnum Latera appellatum, ubi cum homine delphini ſocietate piſcantur. Innumera vis mugilum ſtato tempore angustiis faucibus ſtagni in mare erumpit obſervata æſtus reciprocatione. Quæ de cauſa prætendi non queunt retia aquæ, molem ponderis nullo modo tole-*

tera, [15] Mesua collis incinctus mari penè undique: ac, nisi quod angusto ag-

toleratura. Jam si nonsolertia insidietur tempori, simili ratione in altum protinus tendunt, quod vicino gurgite adstigitur, locumque solum pandendis retibus habilem effugere festinant. Quod ubi animadvertere piscantes, concurrit autem multitudo temporis gnara, & magis etiam voluptatis hujus avida, totusque populus è litore quanto potest clamore conciet Simonem ad spectaculi eventum. Celeriter delphini exaudiunt desideria, aquilonum flatu vocem prosequente. Austro vero tardius ex adverso referente æstum, tum quoque improviso in auxilium advolant. Properare apparet; acieque protinus disponitur in loco, ubi conspectus est pugnæ: opponunt sese ab alto, trepidosque in vada urgent, &c. Vulgaris lectio & sensu & ratione caret, hæc vero nostra, quam fere confirmant vetusti codices, manifesta est & clara. Superius monuimus ventos à Septentrione flantes & præcipue Circium, vehementiores esse multo, atque sint australes & reliqui, qui è mari contra id litus feruntur. Hinc fit ut multo velocior sit reciprocatio æstus, quam accessus in hac ora. Celeriter ergo delphini inclamantes exaudire poterant. Æstum vero superabant celeritate natandi, itaque improvisi aderant, non exspectato maris accessu. Atqui hic quidem est germanus sensus verborum Plinii. Ipsam quod attinet historiam, de ea nos dubitare non patiuntur multa similia exempla, quæ à veteribus produntur, præsertim cum hodie quoque in multis maris mediterranei tractibus similia delphinorum beneficia piscatores agnoscant. Verum hæc obiter. De Latera oppido sive castello hoc unum addiderim, mirum quomodo ejus nomen irrepserit in Rufi Festi oram maritimam, idque loco adeo alieno. In Sordicenis enim prope Pyrenæum id collocat.

In Sordiceni cespitis confinio
Quondam Pyrene Latera civitas
ditis laris
Stetisse fertur.

Manifestè hic delendum est alterutrum, vel *Pyrene*, vel *Latera*. Sed cum Latera longe ab hoc tractu absit, Pyrenes vero civitatis mentionem fecerint antiquissimi Græci, quos plerunque in hoc scripto secutus est Avienus, non dubito quin altera ejecta, hæc retinenda sit.

15. *Mesua collis incinctus mari pene undique*] Mesua vel Mensua collis is est, qui vulgo *Sette* olim Setius vel Segius mons appellabatur, nempe tota illa peninsula, quæ Volcarum littori usque ad Agatham & Blasconem insulam prætenditur. Setium vero promuntorium, est id, quod hodie *Cap d'Agde* dicitur, præjacente Blasco ne insula vulgo

Brescou dicta. Apud Strabonem male Σίγιον pro Σήγιον legitur. In manu exaratis Ptolemæi exemplaribus similiter Σήγιον scribitur non Σήπιον. Meminit & Avienus in ora maritima, qui postquam Blasconem insulam recensuit, mox subdit Setium montem. Versus ejus emendatos adponam.

--- Setius inde mons tumet,
Procerus arcem, & piniser Setii
jugum
Radice fusa inusque Taphrum
pertinet.
Taphron paludem namque genitici vocant
Rhodani propinquam flumini.

Hodie *Sette*, non totam peninsulam, sed collem tantum, nisi fallor, unicum, eumque arce munitum, appellant.

aggere continenti annectitur, insula. Tum ex Gebennis demissus [16] Arauris juxta Agathan, secundum Bæterras Orbis fluit. Atax ex Pyrenæo monte digressus, quà sui fontis aquis venit, exiguus vadusque est, & ingentis alioquin alvei tenens, nisi ubi Narbonem attingit, nusquam navigabilis: sed cum hybernis intumuit imbribus, usque eo solitus insurgere, ut se ipse non capiat. [17] Lacus accipit eum Rubresus nomine, spatiosus admodum, sed quà mare admittit, tenuis aditu. Ultra est [18] Leucata, littoris nomen,

16. *Arauraris juxta Agatham, secundum Bliteras, Obris fluit*] Arauris restituimus. Sic veteres membranæ, & Ptolemæus. Sic quoque legendum apud Plinium qui ad Agatham recenset flumina *Ararim* & *Liriam*, pro quibus omnino reponendum censeo *Arauris* & *Libria*, ineptum enim alterum nomen istic loci. Strabo Ῥωσσηρις corrupte. Vulgo *l'Ayraut*. Sequentia sic corrige; *secundum Bæterras Orbis fluit*. Fluminis enim hujus nomen verum est Orbis vel Orobis.

17. *Lacus accipit eum Rubresus nomine*] Rubrensis Plinio, & hoc verius, ut puto. Hodie *Stagnum Rubinæ* vocant.

18. *Leucata Litoris nomen*] Parthenio est Λευκαδίας αἰγιαλὸς, uti est apud Constantinum

men, & Salſulæ fons, non dulcibus, ſed ſalſioribus etiam quam marinæ ſint, aquis defluens. Juxta [19] campus minuta arundine gracilique perviridis, cæterum ſtagno ſubeunte ſuſpenſus. Id manifeſtat media pars ejus, quæ abſciſſa proximis, velut inſula natat, pellique ſe atque attrahi patitur. Quin & ex iis quæ ad imum perfoſſa ſunt, ſuffuſum mare oſtenditur. Unde Graiis noſtriſque etiam autoribus, verine ignorantia, an prudentibus etiam mendacii libidine, viſum eſt tradere poſteris, [20] in ea regione piſcem è terra

tinum Porphyrogennetam, cujus locum infra illuſtrabimus. Hodie nomen ſervat.

19. *Campus minuta arundine gracilique perviridis*] Campum hunc ſimiliter deſcribit Polybius apud Athenæum, quem vide. Cæterum errat Caſaubonus ad Strabonem cum putat, Polybium confundere hunc locum, in quo piſces foſſiles reperiuntur, cum campis Herculeis. Si ullus unquam ſcriptor exſtiterit, qui nihil ſcripſerit, quod vel ipſe non viderit, vel certis argumentis non cognoverit, quique, ut ita dicam, fuerit impeccabilis, certe ille fuit Polybius. Ne Straboni quidem ſucceſſit, quotieſcunque contra Polybium diſputat, ut vel ſemel merito eum reprehenderit. Verum de his alibi erit dicendi locus. Rationem vero quam adfert Caſaubonus, quod nempe plurima ſit ἄλῳωσις in campis lapideis, ea plane futilis eſt. Quotus quiſque enim eſt campus qui gramen non producat? Hunc vero campum eo non deſtitui manifeſte hic docet Mela, cum dicit minuta arundine gracilique eſſe perviridem. Nam quis dubitet quin per minutam arundinem Mela hic intellexerit illud graminis genus quod arundinaceum, Græci ἄλῳωσιν, vocant?

20. *In ea regione piſcem è terra penitus erui*] Mirus eſt Mela, qui cum illorum explodat opinionem, qui dixerunt piſces hic è terra erui, idem tamen ipſe adſumet. Sed profecto aliter eum ſcrip-

è terra penitus oriri, qui ubi ex alto huc uſque penetravit, per ea foramina [21] ictu capulantium interfectus extrahitur. H h [22] In-

ſcripſiſſe ſuadent manu exarati libri, quorum optimi legunt, *oriri* non *erui*. Sic itaque ſcribo totum hunc locum; *In ea regione piſcem è terra penitus oriri, quia ubi ex alto huc uſque penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur.* Negat hic Mela piſces iſtos eſſe terrenos aut in terra naſci, ſed ex ſuffuſo huic inſulæ mari à piſcantibus extrahi. Libenter & ipſe hic accedo opinioni Melæ, quem αὐτόπλῳ hujus miraculi fuiſſe exiſtimo. Ex accuratiori enim hujus oræ deſcriptione, facile apparet, auctorem hunc luſtraſſe hæc litora cum in Italiam proficiſceretur. Non tamen propterea falſa ſunt, quæ alii de foſſilibus piſcibus prodiderunt. Tot paſſim exempla apud veteres non patiuntur quemquam de eo dubitare, niſi illum cujus fides, tota eſt in oculis. Minus quidem mirum, piſces nonnunquam terram ſubire ubi ſolum eſt aut fiſtuloſum & aquis pervium, aut molle & dilutum; cum vulgo quoque notiſſimum ſit gobiones & alios piſces luti incolas, ſatis longe terram ingredi: iſtud vero mirandum, illic quoque effodi, ubi nullæ prorſus ſunt aquæ. Plinius lib. IX. cap. LVII. *Idem* (Theophraſtus) *in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis, terrenos, altis ſcrobibus, in his locis in quibus nullæ reſtagnent aquæ, miraturque & ipſe gigni ſine coitu; Humoris quidem vim aliquam ineſſe quam puteis arbitratur, ceu vero in illis reperiantur piſces.* Ex Theophraſti ſcripto de piſcibus in ſicco degentibus hæc deſumſit, ſed male in vulgatis Plinii exemplaribus hæc verba concipiuntur. Dicit vero Theophraſtus, quia coire iſti piſces non poſſunt, jacent enim immobiles, ideo neceſſarium eſſe, ut ſponte procreentur in loco humido & generationi idoneo. Nihil hic de puteis. Sed per χώρην ἔνυδρον Plinius intellexit puteos & ſcaturigines è terra prodeuntes: ac ridet Theophraſtum quod ita ſenſerit, quoniam inquit, in puteis nulli reperiuntur piſces. Licet autem hoc verum ſit, melius tamen à Theophraſto manus abſtinuiſſet. Ubicunque enim piſces foſſiles reperiuntur, illi parum abſunt à ſuperficie terræ. In puteis vero & locis profundis nullum generari poteſt animal, ne inſectum quidem.

21. *Ictu captantium interfectus extrahitur*] Ita mutarunt correctores, cum prius legeretur *capulantium*, quomodo habent omnes libri veteres. Et verum eſt

22 Inde est ora Sordonum, & parva flu- 85
mina, Telis, & 23 Tichis: ubi accrevère, per-
sæva

est hoc omnino. *Capulum* enim dixere veteres, quidquid aliquam rem intra se capit, ut ait Nonius. Itaque non sarcophagum tantum & manubrium gladii, quo gladius continetur, sed etiam fuscinam sive tridentem, quo anguillas & mugiles configunt rustici, recte capulum dixeris. Hinc *capulare* & *capulator*, qui capulis aliquid prehendit. Utuntur hac voce Cato & Columella, pro eo qui capulis oleum deplet. Mansit hoc vocabulum etiam apud sequioris ætatis homines, ut cum dicunt hominem capulare, vel pedem alicujus capulare, pro confodere & vulnerare. Sane in hac significatione sæpissime vox hæc occurrit in corpore legum barbaricarum.

22. *Inde est ora Sardonum*] *Sordonum* scripsimus. Sic quoque habent vetera Plinii exemplaria. Isti vero Sordones appellabantur etiam Sordi. Sic illos vocat Avienus in ora maritima, qui Ceretibus & Acroceretibus subjungit.

------- *Sordus inde denique*
Populus agebat inter avios locos
Ac pertinentes usque ad interius mare,
Qua piniferæ stant Pyrenæ vertices;
Inter ferarum lustra ducebat greges
Et arva late & gurgitem pontî premit.

Sic constituendus totus locus. A *sertus* enim, quo vocabulo usus quoque est Cicero, est *piniser tus*. Sed & flumen quoque Sordus dicebatur, quod influebat in paludem Sordicen Σορδικὴν, uti testatur idem Avienus, in versibus sic legendis;

Stagnum hic palusque, quippe diffuse patet,
Et incolæ istam Sordicen cognominant,
Præterque vasti gurgitis crepulas aquas
Nam propter amplum marginis laxæ ambitum
Ventis tumescit sæpe percellentibus.

Eadem est palus, de qua hic miraculum piscium narrat Mela; quamvis Strabo id videatur tribuere stagno, prope Ruscinonem, vulgo Sancti Nazarii dicto. Huic paludi adsitam regionem, Sordicenam glebam vocat Avienus.

23. *Telis & Tichis*] Sic meliores libri. Telis est id flumen quod Perpinianum, eique vicinam Ruscinonem præterfluit. Vulgo *Tet* appellatur. Tichis vero fluvius nomen hodie quoque conservat: vocatur enim *Tech*. Plinio est *Tecum*.

24. *Vi-*

sæva. Colonia Ruscino, 24 vicus Eli-
berri magnæ quondam urbis, & mag-
narum opum tenue vestigium. Tum
90 25 inter Pyrenæi promuntoria Portus Ve-
neris insignis fano, & Cervaria locus,
finis Galliæ.

24. *Vico Eliberri magnæ quondam urbis*] Hæc pene ad verbum descripsit Plinius, quamvis in hujus auctoris vetusti codicibus non *Iliberri*, sed *Elisabere* scriptum inveniam, quam hic noster Auscorum facit urbem. Verum de ista inferius agemus, est enim alia. Hæc vero est ad mare sita, nempe illa quæ vulgo *Colibre*, vocabulo corrupto ex Colonia Iliberi, appellatur.

25. *In Pyrenæi promuntorio templum Veneris*] Et hæc quoque Pintianus mutavit, cum prius legeretur; *portus Veneris est sinus salso*. Sed quis est iste sinus salsus? An & hic quoque salinæ à quibus sic dictus sit? Nonne etiam absque illis salsus foret? Omnes hic memorant templum Veneris. Marcianus; Ἀφροδίσιον ἐφ' ᾧ ἵδρυται τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης. Optimus Melæ codex sic habet; *Tum inter Pyrenæi promuntoria Portus Veneris in sinu salso, & Cervaria locus, finis Galliæ*. Scribendum; *Tum inter Pyrenæi promuntoria portus Veneris, insignis fano, & Cervaria locus, finis Galliæ*.

CAP. VI.

HISPANIÆ ORA CITERIOR.

1 PYrenæus primo hinc in Britannicum procurrit Oceanum, tum in terras fronte conversus, Hispaniam irrumpit, & minore ejus parte ad dextram exclusa trahit perpetua latera continuus,

1. *Pyrenæus primo*] Ut passim ita quoque hic mutavimus capitis titulum. Quoniam enim hic describit illam tantum Hispaniæ oram, quæ à Pyrenæo usque ad fretum extenditur, ideo neque Hispania, neque Hispania citerior locum hic habere potest. Hæc nimis angusta, illa vero nimis ampla appellatio. Citerioris enim & ulterioris Iberiæ, juxta primam Romanorum divisionem, termini communes erant fontes Bætis & Cartago urbs. Verum postea cum tota potiti essent regione, in tres partiti sunt provincias. Hoc quidem ex aliis etiam liquet auctoribus, verum clarius ex Stephano Grammatico, cujus locum describsit Porphyrogenneta de Administratione Imperii cap. XXIII. Verum quoniam caput illud quædam contineat non spernenda, adeoque corruptum sit, ut vir doctus, qui primus nobis illum auctorem dedit, ne interpretari quidem illud quemadmodocunque potuerit, totum hic emendatum adscribam. Ἰβηρία δύο. Ἡ μὲν πρὸς παῖς Ἡρακλείους στήλας ἀπὸ Ἴβηρος ποταμοῦ, ἃ μέμνηται Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ περιηγῆς β'. ἐντὸς δὲ Πυρήνης Ἴβηρ τ' ἐστὶ μέγας ποταμὸς φερόμενος εὐδοτέρω. Ταύτην δὲ εἰς πολλὰ φασιν ἔθνη διαιρεῖσθαι, καθάπερ Ἡρόδωρος ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν κατ' Ἡρακλέα γέγραφεν ἱστοριῶν, ἔτους. Τὸ δὲ Ἰβηρικὸν γένος τοῦτο ὅπερ φημὶ οἰκεῖν τὰ παράλια ἀπὸ Δρακίλου διώρισμα ὀνόμασιν, ἓν γένος ἐόν, κατὰ φύλα. Πρῶτον μὲν οἱ ἐπὶ τοῖς ἐκβάσεις οἰκοῦντες τὰ πρὸς

tinuus, donec per omnem provinciam longo limite immissus, in ea littora quæ occidenti sunt adversa, perveniat. Ipsa Hispania, nisi quà Gallias tangit, pela-10 go undique incincta est: ubi illis adhæret,

πρὸς δυσμέων Κυήτης ὀνομάζονται. ἀπ' ἐκείνων δὲ ἤδη πρὸς Βορέαν ἰόντι Γλῆτες, μετὰ δὲ Ταρτήσιοι, μετὰ δὲ Ἐλβυσίνιοι, μετὰ δὲ Μασσηνοί, μετὰ ταῦτα Καλλαικοί, ἔπειτα δὲ ἤδη ὁ Ῥοδανός. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἐν τῇ β' τῶν γεωγραφουμένων ὕστερα διαιρεῖσθαι φησίν. Ἀπὸ δὲ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν, ἕως τῶν κατὰ Γάδειρα τόπων ἐνδοτέρω καὶ συνωνύμως Ἰβηρία τε καὶ Σπανία καλεῖται. Διήρηται δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς δύο ἐπαρχίας. Πρώτη μὲν ἐπαρχία Δαλματίνοι ἀπὸ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν ἅπασι μέχρι τῆς Καινῆς Καρχηδόνος καὶ τῶν ἐπὶ Βαίτιος πηγῶν, τῆς δὲ δευτέρας ἐπαρχίας τὰ μέχρι Γαδείρων καὶ Λουσιτανίας. Λέγεται δὲ καὶ Ἰβηρία. Παρθενίος ἐν Λευκωδίαις. Ἰβηρίτην πολύσαρκα ἐν αἰγιαλῷ. Ἡ δ' ἑτέρα Ἰβηρία ἐστὶ πρὸς Πέρσας ἐσὶ, τὸ ἔθνος Ἴβηρες, ὡς Πίερες, Βύζηρες. Διονύσιος, Ἀγχοῦ σηλάων μεγαθύμων ἔθνος Ἰβήρων. Καὶ Ἀριστοφάνης Τερφάλῃ; Μανθάνοντες τὰς Ἰβηρὰς τὰς Ἀριστοτέχνας πάλαι. Καὶ, Τὰς Ἰβηρὰς ἃς χορηγεῖς μοι βοηθῆσαι δρόμῳ. Καὶ Ἀρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ τῶν γεωγραφουμένων. Γεωμορικῇ δὲ χρῶνται τῇ τῶν Ἰταλῶν οἱ πρὸς θάλατταν οἰκοῦντες τῶν Ἰβήρων. καὶ ἀπὸ τοῦ Ἴβηρος ποταμοῦ Ἰβηρὶς τὸ θηλυκὸν, Ἑλληνὶς οὖσα Ἰβηρὶς, Μένανδρος Ἀσπίδι. Λέγεται καὶ Ἰβηρικὸς. Διονύσιος, Πάντος μὲν πρώτιστος Ἰβηρικὸς ἀρχεμόροισι. Διηρεῖτο δὲ ἡ Ἰβηρία εἰς ἐπαρχίας δύο, νῦν δὲ εἰς τρεῖς,

ret, maximè angusta, paulatim se in nostrum [2] & Oceanum mare extendit: magis magisque latior ad occidentem abit, ac fit ibi latissima. Viris, equis, ferro, plumbo, ære, argento auroque tam abundans, & adeo fertilis, ut sicubi ob penuriam aquarum effœta & sui dissimilis est, linum tamen aut spartum alat. Tribus autem est distincta nominibus: parsque

πρεῖς, εἰς Σπανίαν Βαιτικὴν, Σπανίαν Λυσιτανίαν, καὶ Ταρρακωνησίαν. Ἀπὸ τῆς ἡμετέρας Ἰβηρὸς εὐθείαν τῷ Δόρῳ Ἀπολλώνιος, ὡς δ' Φύλακος, ὁ Φύλακος. ὃν ἐᾷς παρωνύμοις φησὶν ἀπὸ ἡμετέρων ὑθείαν τῷ Δόρῳ. τὸ μὲν Ἴβηρ δύο ἀυλλαβὰς, ὁμοίως τῇ διθείᾳ, κατὰ τὸν τόνον παροξυνόμενον, καὶ ἢ ἐν ἀπλῷ χήμματι ἢ ἐν σωθέτῳ. ἀπλῶν μὲν ἐν μάρτυρ μάρτυρος, ὁ μάρτυρος. χάρτῃ χάρτης, ὁ χάρτης. χαρτάριον τ' ἄνακτος. Τριζῶ Τριζῶνος, ὁ Τριζῶνος. ὑὸς Τριζώνειος. Ἴβηρ Ἴβηρος, ὁ Ἴβηρος. ΑΦ' ἧς τῷ Δόρῳ Κυαθάρτῳ δ' Ῥωμαικῆς χιλιάδος ἑ ἐστὶν Ἰβήρεσιν, ἔτω; καὶ τοι Λίγυσι θ' ἅμα καὶ Ἰβήρεσι πολεμέοντες. Τὸ αὐτὸ καὶ Ἀβρὼν ἐν παρωνύμοις φησὶ. καὶ αὐτὸς Ἴβηρος. τραγέπωγον, ἐν μαλθακοῖς εἰρῆσθαι Κρατίνος. Λέγουσι δ' Ἴβηρες ὑδροποτεῖν, ὡς Ἀθηναῖος ἐν Δειπνοσοφισταῖς β' ἔτω; καὶ τὰς Ἴβηρός φησιν ὑδροποτεῖν πάνυ, καί τοι πλεῖστον τῶν πάντων ἀνθρώπων τυγχάνοντας. κέκτηνται γὰρ ἄργυρον καὶ χρυσὸν πλεῖστον. μνησικεῖν τε αὐτὰς ἀεὶ λέγει διὰ μικρολογίαν, ἐθῆσαί τε φορεῖν πολυτελεστάτας. Capitulum sequens, quod & ipsum de Hispania agit, jam olim emendavimus.

2. *Et Oceanum mare extendit*] Auctoritate veterum librorum sic

que ejus Tarraconensis, pars Bætica, pars Lusitania vocatur. Tarraconensis altero capite Gallias, altero Bæticam Lusitaniamque contingens, mari latera objicit nostro, quà meridiem: quà septentrionem spectat, Oceano. [3] Illas fluvius Anas separat, & ideo Bætica maria utraque prospicit: ad occidentem, Atlanticum: ad meridiem, nostrum. Lusitania Oceano tantummodo objecta est, sed [4] latere ad septentriones, fronte ad occasum. Urbium de medi-

sic rescripsimus. Paulò post iidem, *magisque & magis latior*, quod & ipsum probum est. Dein verò; *argento auroque & tam abundans & tam fertilis* &c. Tædet his minutiis immorari.

3. *Illas fluvius Anas separat*] Nempe Lusitaniam Bæticamque, quæ præcessere. Quia verò Anas est extra fretum Herculeum, ideò dicit Bæticam utrumque mare prospicere. Nihil itaque mutandum. Sed hæc melius retulisset ad alterum caput, ubi de Hispaniæ ora ad Oceanum sita agit. Verum & quorsum Emeritam Lusitaniæ urbem hic recensèt, quæ inferius erat reddenda? Miror hominem Hispanum in ipsâ Hispania ita sui esse oblitum.

4. *Latere ad septentriones, fronte ad Occasum*] Lusitaniam ab Ana, usque ad Oceanum Cantabricum extendit. Voce enim *lateris* nunquam aliter utitur nisi de parte mari adsita. Verum hic neque antiquiorum sequitur divisionem, neque Romanam. Antequam enim Hispania in tres provincias à Romanis esset partita, Lusitania à Tago demum fluvio incipiebat; versus septentrionem verò multo longius procurrebat, ad oceanum usque Cantabricum, Callaicos aliasque gentes comprehendens. Illa verò regio quæ inter Anam Tagumque media est, non alio quam Celticorum nomine noscebatur. Sed postquam ea terræ portio Lusitaniæ accessit, desiit Lusitaniæ nomine censeri totus ille tractus qui ultra Durium est. Postea tamen sæpe iterum mutati sunt termini Lusitaniæ, pro lubitu Imperatorum. Sub Theodosio Imp. Lusitaniæ accensebantur Asturica & Gallæcia. Patet hoc ex descriptione terrarum facta

mediterraneis in Tarraconenſi clariſſimæ fuerunt Pallantia & Numantia, nunc eſt Cæſarauguſta: in Luſitania, Emerita: in Bæ-

ta juſſu Theodoſii, cujus verba quoniam corruptiſſima in omnibus ſcriptis codicibus inveniuntur emendata hic adſcribam; *Hiſpania Luſitania cum Aſturica & Gallæcia finitur ab Oriente Noica Cantabrum, quæ eſt ad mare Oceanum in dicta regione: ab occaſu Atlantico, à Septentrione Oceano, à meridie flumine Ana. Patet in longitudinem millia paſſuum* CCCCLXXX. *in latitudinem* CCCCL. Plures tamen eoſdem, quos Ptolemæus, faciunt terminos: Qui ſi ponantur jam Luſitaniæ nulla portio cum Portugallia communis ſupererit. Et ſane miror qui factum ſit ut hoc tempore duo iſta vocabula pro eadem regione promiſcue ſumantur. Medii ævi ſcriptores Portugalliam paſſim à Luſitania diſtinguunt, & certe portus ille *Calle* vel *Cale*, qui Portugalliæ nomen dedit, extra Luſitaniam ſitus eſt. Meminit vero hujus Antoninus in itinere ab Oliſipone Bracaram Auguſtam, à qua eam diſtare inquit millibus XXXV, quod ſpatium ſatis probe convenit cum veritate, quum etiam hodie ab urbe *Porto* ad *Bragam* totidem numerentur millia. Vir inſignis Hieronymus Surita putabat, hoc loco apud Antoninum Latinum eſſe vocabulum *Callem*, ſed egregie fallitur. Antiquiſſimum enim eſt hoc oppidum, neque dubito quin ab eo Callaicis nomen obvenerit. Olim quippe Callaici uſque ad Durium amnem extendebantur, cum nunc non ultra Minium pertingant. Portucalenſis vero urbis crebra mentio in conciliis Hiſpanicis, & in Latinobarbaris ſcriptoribus. Apud Iſidorum in Chronico Gothorum *Portucula* vocatur & *Portale*, cum *Portucale* recte habeat Chronicon Idatii, quem ſequitur paſſim Iſidorus. Hujus oppidi Cale primus quod ſciam meminit Salluſtius apud Servium ad VII Æn. cum ait, Cale eſſe etiam in Gallæcia oppidum, quod captum ſit à Perperna: male vulgo *in Gallia*. Sed & Vitruvius oppidi hujus mentionem facit lib. II. cap. III. quamvis id in editis non compareat libris, ita enim vulgo ſcribitur; *Eſt autem in Hiſpania ulteriore Calentum, & in Galliis Maſſilia, in Aſia Pitane, ubi lateres cum ſunt ducti & areſacti projecti natant in aqua.* Verum hæc profligatiſſima eſt lectio. Codices omnes veteres habent, *civitas maxima & in Galliis & in Aſia Itane.* Lege; *Eſt autem in Hiſpania ulteriore civitas Maxilua & Cale, & in Aſia Pitane.* Probat hanc conjecturam Plinius lib. XXXV. cap. XIV. qui hæc ex Vitruvio deſcripſit. *Pitanæ in Aſia & in ulterioris Hiſpaniæ civitatibus Maxilua & Cale fiunt lateres qui ſiccati*

Bætica, [5] Aſtigi, Hiſpal, Corduba. At
35 ſi littora legas, à Cervaria proxima eſt rupes quæ in altum Pyrenæum extrudit. [6] Dein Ticer flumen ad Rhodam, Clodianum ad Emporias. Tum mons Jovis,

I i cu-

ſiccati non merguntur in aqua. Ita enim emendavi hunc Plinii locum ex optimis Sereniſſimæ Reginæ membranis in quibus legitur, *Maxilua & Canlet.* Peſſime autem hæc in editis concipiuntur exemplaribus.

5. *Aſtigi, Hiſpalis*] Libri veteres *Hiſpal*, uti quoque Auſonius & alii. Per Aſtigin hic intellige oppidum illud quod nunc *Ecija* dicitur. Tria enim hujus nominis oppida fuerunt. Præcipua eſt hæc cujus plurimi faciunt mentionem. Altera erat in Celticis ad Luſitaniam, quam recenſet Antoninus in itinere à Corduba Emeritam. Sed & Plinius hujus meminiſſe videtur, cum in Celticis urbibus Laſtigin numerat perperam, ut puto, pro Aſtigi. Tertiæ ſitum oſtendit Ptolemæus, cujus quoque eſt mentio apud Plinium ſub nomine Aſtigi veteris. Viri docti has male confundunt. Utroque vero modo ſcribitur, Artigis vel Aſtigis, vel etiam Aſtigi, quod poſtremum uſitatius.

6. *Dein Thicis flumen ad Rhodam*] Plinius etiam in hoc tractu meminit Tichis fluvii, nulla tamen facta mentione Rhodæ. Verum omnes manu exarati libri legunt iſtic loci *Ticer*, & omnino hoc aliud eſt flumen, atque illud quod jam ſuperius monuimus vocari *Tech*. Porro quod Plinius hoc loco non meminerit Rhodæ, ea eſt cauſa, quod illam cum Rhodanuſia confuderit, & in Gallia collocarit, cum ſit Hiſpaniæ oppidum, illud nempe quod vulgo *Roſes* vocatur. Verba illius ſunt lib. III. cap. IV. *Atque ubi Rhoda Rhodiorum fuit, unde dictus multo Galliarum ſertiliſſimus Rhodanus amnis.* Hunc ſecutus eſt Hieronymus Prologo epiſtolæ II ad Galatas. *Oppidum Rhoda coloni Rhodiorum locaverunt; unde amnis Rhodanus nomen accepit.* Verum uterque egregie fallitur. Rhoda enim eſt Hiſpaniæ oppidum, & quam longiſſime abeſt à Rhodano. Falſum præterea eam dediſſe nomen flumini Rhodano, cum id exſtiterit, antequam Rhoda eſſet. Rhodanuſia vero nomen Rhodano non dedit, ſed ab eo accepit. Confudiſſe autem Plinium Rhodam & Rhodanuſiam ex eo quoque liquet, quod ut nullum Rhodæ in Hiſpania fecerit mentionem, ita etiam nullam Rhodanuſiæ circa Rhodanum. Atqui non unum eſſe oppidum, ſed diver-

cujus partem occidenti adversam, eminentia cautium, quod inter exigua spatia ut gradus subinde consurgunt, [7] Scalas Annibalis appellant. Inde ad Tarraconem parva

diversa, cum ex aliis patet, tum vero maxime ex Scymno Chio, cujus versus emendatos adscribam.

--- Ἐπεὶτα Θυμιαλαῖοι πάλιν
Λίγυες ἔχοντες πόλεις Ἑλλωτίδες
Ἂς Μασσαλιῶται Φωκαεῖς ἀπῴκισαν.
Πρώτη μὲν Ἐμπόριον,
Ῥόδη δὲ δευτέρα.
Ταύτην μὲν ἓν οἱ πελν κρατῆντες ἔκλισαν
Ῥόδιοι. Μεθ' ἃς ἐλθόντες εἰς Ἰβηρίαν
Οἱ Μασσαλίαν κλίσαντες ἔχον Φωκαεῖς.
Καὶ βαρβάρους περὶς Ῥοδανὸν ἔκλισαν πόλεις
Ἀγάθην Ῥοδανουσίαντε,
Ῥοδανὸς ἣν μέγας
Ποταμὸς παραῤῥεῖ.

Versum penultimum addidimus, sine quo nec sensus, nec veritas sibi constat Geographica. Agathen enim & Rhodanusiam non Iberorum, sed Massilienium esse oppida prope Rhodani ostia, omnes fatentur. Exstructa vero fuisse contra Barbaros Rhodanum accolentes testatur Strabo lib. IV. Τῶν δὲ Ῥοδανουσίην καὶ Ἀγάθην τοῖς ἐπὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦσι τὸν Ῥοδανὸν βαρβάροις. Vulgo legitur Ῥόην ἀγαθὴν, pro quo Casaubonus scribebat Ῥόδην καὶ Ἀγαθὴν. Sed ita, ut dixi, scripsit Strabo, vel turpiter erravit. Absurdum enim fuerit existimare, Rhodam, quæ est in Hispania, adversus accolarum Rhodani excursionem à Massilienibus fuisse conditam. Rhodam vero in Gallia nemo unquam somniavit. Nam errorem illum Plinii, quem supra memoravimus, ex confusione Rhodæ & Rhodanusiæ ortum esse, tam est certum, quam quod certissimum. Strabo præterea Rhodæ in finibus Iberorum superius jam meminit. Hic vero inquit Massilienses oppida & munimenta circumjacentibus undique Barbaris opposuisse; Iberis quidem Rhodam & Emporias; barbaris circa Rhodanum, Agatham & Rhodanusiam; Liguribus & Salyis, Tauroentium, Olbiam, Antipolin & Nicæam. Aliter verba Straboni accipi nec possunt, nec debent.

7. *Scalas Hannibalis*] Hodie etiamnum locus ille scalarum nomen obtinet. Ipse vero mons appellatur *Mon jui*, vocabulo corrupto ex monte Jovis.

parva sunt oppida, Blanda, [8] Eluro, Bætullo, Barcino, Subur, [9] Telobi: parva flumina, Bætullo juxta Jovis montem, Rubricatum in Barcinonis littore, inter Subin & Telobin amnes Tarraco urbs est in his oris maritimarum opulentissima. Tulcis eam modicus amnis super, ingens Iberus Dertosam attingit. Inde se in terras pelagus insinuat, & primum magno impetu admissum, mox in duos sinus promuntorio quod Ferrariam vocant, finditur: prior Sucronensis dicitur, major hic & magno satis ore pelagus accipiens, & quo magis penetratur, angustior, [10] Sætabim, & Turium, & Sucro-

8. *Eluro*] Ptolemæo Διλυρὼν male pro Ἰλυρὼν vel Ἀιλυρὼν potius. Illuro est Plinio. In multis quippe Hispaniæ urbibus secunda & tertia vocalis promiscue in se invicem commutantur, ut Eliberri & Iliberri, Ilici & Elici, Elepola & Ilipula & innumera alia. Perperam vero quidam confundunt hanc Iluronem cum altera hodie *Oleron* dicta, quam recenset Auctor itinerarii & alii prope Beneharnum: quæ immensum quantum hinc abest.

9. *Telobi*] Ptolemæo est Τήλοβις. Male autem Pintianus & alii delent verba illa; *inter Subur & Telobin majus*. Sic solent ubi aliquid occurrit, unde se nequeunt expedire. Omnino legendum; *inter Subin & Telobin amnes Tarraco urbs est*, &c. Subin hoc ipso loco recenset Plinius. Telobis vero sive Tolobis urbi, quam præterfluit, cognominis est. Ptolemæus autem hoc oppidum in mediterraneis collocat.

10. *Sætabin, & Turium & Sucronem*] Atqui Sætabis non pervenit ad mare, sed influit in Sucronem, & huic conjunctus sinum Sucronensem ingreditur. Itaque

cronem non magna excipit flumina: urbes complexus, & alias quidem, sed no-

Itaque vel sic intelligendus Mela, vel eundem atque Ptolemæus committit errorem. Certum est Sætabin illud esse flumen, quod hodie *Rio de Xativa*, ab adsito oppido Sætabi, vulgo *Xativa* dicto, nominatur. Verum & Turius vel Tyrius non peculiari ostio exit in mare, sed eodem atque Sucro. Tria itaque ista flumina uno tantum in mare effluunt ostio. Verum ut hoc manifestius constet, & simul ut ostendamus veteres Sicanorum origines, operæ pretium est integrum Festi Avieni locum emendatum adscribere & interpretari. Is itaque in ora maritima postquam de Balearibus insulis egit, ait;

Econtra Iberi inusque Pyrenæ jugum
Jus protulere propter interius mare
Late locati. Prima eorum civitas
Idera surgit. Littus extendit dehinc
Steriles arenas. Hemeroscopium quoque
Habitata pridem hic civitas. Nunc jam solum
Vacuum incolarum languido stagno madet.
Attollit inde se Sicana civitas
Propinquo ab amni sic vocata Ibericis;
Neque longe ab hujus fluminis divortio
Præstringit amnis Tyrius oppidum Tyrin.

Ait ex adverso insularum Balearicarum sitos esse Iberos populos. Nempe sciendum Poëtam hunc in descriptione oræ maritimæ sequi tantum vetustiores Græcos, ut ipse fatetur; illi autem Iberos & Iberiam non pro tota Hispania accipiebant, sed pro parte ejus littorali, quæ à columnis Herculis usque ad Iberum flumen extenditur. Horum itaque Iberorum duas ad Sucronem recensetur urbes, quæ vetustis istis Græculis notæ fuerint, Hemeroscopium & Idéram. Idera est quam Deram, vocat Stephanus. Δηρὰ γῆς Ἰβηρίας, ἧς ὁ Σικανὸς ποταμός. In innumeris enim vocabulis, in hac præsertim Hispania, modo additur modo demitur tertia illis vocalis, quod jam sæpe alibi monuimus. Ipse Stephanus alibi Ἰνδιγέτην vocat ex Theopompo, inserta, ut sæpe, liquida. Ilerda, quemadmodum vulgo legitur, locum hic habere non potest. Nam præterquam quod ea urbs priscis illis Græcis, quos solos sequitur Avienus, fuerit ignota; etiam hoc accedit, quod ea remotissima sit ab ora maritima, & à tractu illo, quem hic

notissimas Valentiam, & Saguntum illam

 fide

hic describit. Jam vero Hemeroscopium esse eam urbem quæ olim quoque Danium, vulgo *Denia* vocatur, notissimum est. A Dianio autem oram legentibus septentrionem versus, occurrit urbs Sicana & Sicanus fluvius apud Festum, qui non potest alius esse, à Sucrone. Fluminis autem Sicani meminit Stephanus loco superius allato. Urbis vero Sicanæ alibi facit mentionem. Recte itaque apud eum rescripsimus *Sicana*, pro eo quod vulgo legitur, *Sitana*. Qui *Seditana* hic reposuerunt, eos multum fugit ratio. Quæ enim est illa Seditana civitas, quæ dicta sit ab amne Seditano? Nostra autem lectio non solo nititur Stephano, sed & antiquissimis Græcis Thucydide, Philisto apud Diodorum Siculum, aliisque, qui Sicanum fluvium in Iberia recensent, quique inde Sicanos in Siciliam perveniisse contendunt. Recte necne, de eo alibi disputamus. Sufficiat nunc demonstrasse flumen istud non esse fabulosum, uti neque Sicanam civitatem, cum earum situm manifeste ostendat Rufus Festus. Obiter autem monemus errare Servium qui Sicanum interpretatur Sicorim, cum Sucronem dicere debuisset. Ut vero Sucro & Sicanus ejusdem fluvii est nomen, ita etiam Súcro & Sicana eadem est urbs. Meminit Sucronis oppidi Strabo & Plinius. Creditur ea esse quæ vulgo *Sueca* appellatur. Sed omnino est illa quæ vulgo *Alzira* dicitur. Nomen autem istud corruptum est ex *Algezira*, uti insulam vocant Arabes. Nubiensis Geographus vocat hoc oppidum *Algezirat Socar*, ita ut nullum relinquatur dubium, quin hæc sit *Sucro urbs*. Confirmant id ipsum veteres reliquiæ quæ ibi reperiuntur. Neque obest quod insula ista quatuor à mari leucis absit, cum nec Strabo, nec Plinius illam ad mare collocent. Pergit dein Festus Avienus, & ait, non longe à divortio Sucronis vel Sicani fluminis esse amnem Tyrium, eumque præstringere oppidum Tyrin. Atque hoc quidem verissimum esse arbitror. Tyrius enim vel Turius fluvius is est, qui vulgo dicitur *Rio de Carlete*. Intrat vero ille Sucronem non longe ab Alzira oppido, de quo mox diximus, ubi divortium facit Sucro. Jam vero quod conjecturam nostram firmat, est quod hodie quoque oppidulum Tyris, cujus hic meminit Avienus, nomen suum servat, vocaturque *Turis*, estque quasi in ripa situm ejus fluminis, quem *R. de Carlete* vocari monuimus. Verum est interim, etiam aliud flumen vicinum dictum fuisse Turin vel Turiam; illud nempe quod Valentiam præterfluit. Hoc *Guadalayar* vulgo nominatur. Sallustius apud Priscianum; *Inter lava mœnium*

fide & ærumnis inclytam. [11] Sequens Illici- 60
tanus

& dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit. Apud Ptolemæum *Turulis* nominatur. Τυρέλιος πολίχνη ἐκβολαί. Sed rectius libri veteres Τύριος; Corruptio proculdubio nata ex eo, quod ſcriptum fuerit Τυρίυ ἢ Τύριος. Utroque enim modo flumen hoc nominatur Turis & Turius. Uſitatius tamen Turias vel Turia. Quod apud Ciceronem in Oratione pro Balbo legitur eum Sucronenſi & Durienſi prœliis interfuiſſe, & apud Claudianum, *Roſeis formoſus Duria ripis*, id errore factum exiſtimo, quod amnem hunc eundem eſſe crediderint, atque vaſtum iſtud flumen, quod Luſitanos à Callaicis diſterminat.

11. *Sequens Illicitanus*] Neſcio quid Pintianum moverit, ut hic dubitaret. Nam quis non videat Illicitatus, eſſe ineptum vocabulum, cum ab Ἰλλικι vel Ἰλλικις tale ἐθνικὸν formari non poſſit? Recte itaque ſinceriores Ptolemæi codices legunt Ἰλλικιτανὸς λιμήν. Portus autem Ilicitanus ſitus eſt in ſinu Ilicitano abeſtque ſatis longe ab Ilici oppido, hodie dicto *Elche*; verum non tam longe quam Ptolemæus credidit. Juxta hujus enim deſcriptionem Allona magis Illicitanorum videtur fuiſſe portus, quam ipſe Ilicitanus. Sed perturbatiſſimus eſt ordo locorum hujus oræ apud Ptolemæum. Omnia namque iſta nomina, Lucentum, Allona, Ilici, Valentia, Dianium &c. perverſo apud ipſum leguntur ordine. Erraſſe autem Ptolemæum hoc loco non miror, cum ſexcentis aliis etiam in locis lapſus ſit, ſed modum erroris ſatis mirari nequeo. Eſt ſiquidem difficillimum in mediterraneis locis non ſubinde impingere, cum nulla prorſus ſeries in iis recenſendis poſſit reperiri: ſed vero in littoralibus locis & urbibus enumerandis, raro admodum labuntur auctores. Qui enim littora legunt errare non poſſunt, cum una ſemita unaque ſemper ſit via. Verum quidem eſt eandem eſſe incertitudinem in diſtantiis, ſed loquimur de ordine, qui invariabilis & ipſiſſimus ſemper eſt. Nec tamen tranſponenda vocabula, aut corrigendos eſſe numeros exiſtimo. Ipſius eſt error Ptolemæi, qui ſi diligentius in ordinem iſtorum locorum inquiſiviſſet, utique hunc tenuiſſet modum. Κονβετάνων παραλία. Καρχηδὼν Νέα. Σκομβραρία ἄκρα. Σκόβερος ποταμοῦ ἐκβολαί. Ἰλλικιτανὸς λιμήν. Ἀλωνὶς. Λεύκεντον. Διάνιον. Σαιτάβις πόλ. ἐκβολαὶ. Σέκερων πόλ. ἐκβολαὶ. Τύριος πόλ. ἐκβολαὶ. Ἡδηβωνῶν. Παλ-

tanus [12] Alonem habet & [13] Lucentiam, & unde ei nomen eſt Illicen. Hic jam terræ magis in altum eunt, latioremque quam fuerat Hiſpaniam faciunt. Verum ab iis quæ 65 dicta ſunt, ad principia Bæticæ, præter Carthaginem quam dux Pœnorum Aſdrubal condidit, nihil referendum eſt. In illis oris ignobilia ſunt oppida, & quorum mentio tan-

Παλλαντία ποτ. ἐκβολαὶ. Ἰλεργαόνων.

12. *Alonem*] Alonen alii. Ptolemæo Ἀλωναὶ πληθυντικῶς. Verum nomen puto eſſe Ἀλώνη vel Ἀλάνη. Fuit hoc oppidum Maſſilienſium colonia, ut teſtatur Stephanus, cui Ἀλωνὶς vocatur. Ἀλωνὶς νῆσος καὶ πόλις Μασσαλιάς. Græcum igitur oportet ſit vocabulum. Ut ergo ὁ δῆμος τῶν ἀνέμων ἀνεμώνη, & ſimilia, ſic ὁ δῆμος τῶν ἀλῶν fit ἀλώνη. Præſtantiſſimo enim ſale & olim & nunc quoque abundat. Atque hoc ſolo argumento convinci poſſunt, qui Alonam hodie putant eſſe Alicante, cum ea urbs nullas habeat ſalinas. Certum eſt Alonam eſſe id oppidum, quod olim Arabes *Iudemir*, Hiſpani vero *Guardamar* vocant, ſitum in peninſula ad os Taberis fluminis, quem vulgo Seguram vocant. Innumeræ illic & præſtantiſſimæ ſalinæ, eoque ipſo loco veteres Alonam deſcribunt.

13. *Lucentiam*] Λεύκεντον Ptolemæi libri meliores, non Λευκέντι. Livius Lucentiam ſimiliter vocat lib. XXII. *Inde jam præda gravis ad Lucentiam pervenit claſſis*, &c. Male vulgo *Longunticam*. Errat vero Ptolemæus, quod Lucentum ponat inter Carthaginem novam & Urcin, cum quam longiſſime inde abſit, nempe inter Illicin & Dianium. Non poſſum ſatis mirari ſupinitatem quorundam Hiſpanorum, qui Lucentum hodie appellari *Luchent* vel *Lucenam* oſtenderé conati ſunt. Vici iſti non tantum immenſum quantum abſunt à veteri Lucentia, ſed & plurimum à mari recedunt, cum Lucentiam ad mare omnes unanimiter ponant. Miror itaque nulli in mentem veniſſe, id quod tamen veriſſimum eſt, oppidum id hoc tempore vocari *Alicante*, nempe famoſiſſimum illud regni Valentini em-

po-

tantum ad ordinem facit. [14] Virgi in ſinu quem Virgitanum vocant. Extra, [15] Abdera, [16] Salam-

porium. Articulum præfixere Arabes; ſitus vero tam bene congruit, ut melius non poſſit.

14. *Virgi in ſinu quem Virgitanum vocant*] Οὔργη eſt Ptolemæo & ſimiliter Marciano Heracleotæ. Sed tamen, ſi Latinos ſequamur, ſcribendum fuerit Οὔργι. Multis ineptiendi præbuit materiam oppidum iſtud. Res ita ſeſe habet. *Urci*, *Urgi*, *Virgi*, *Birgi*, *Murgi* omnia ejuſdem oppidi ſunt nomina. Adparet hoc ex Plinio qui Bæticæ longitudinem ad Murgim uſque extendit, idem alibi Tarraconenſis provinciæ oram orditurab Urci. Ita quoque faciunt omnes qui Bæticæ longitudinem definiunt, niſi quod illis nonnunquam locus iſte vocetur *Virgi*, vel *Birgi*. Ut autem V, in B. ita B in M plerunque ſolet mutari, quod innumeris jam locis oſtendimus. Urci itaque & Murgi idem eſt. Sed tamen præter hanc etiam alia eſt Murgis, quam ſuperius retulit Ptolemæus, inter Turdulorum Bæticorum mediterraneas urbes. Ejus meminit Antoninus in itinere à Caſtulone Malacam. Sed ea nihil huc facit. Communis fere eſt opinio hanc eſſe *Murciam* hodiernam, quæ toti regioni nomen dedit. Sed falſiſſimum hoc; cum ea neque littoralis ſit civitas, & longiſſime abſit. Sed neque eſſe poſſit aut *Muxacra*, aut *Vera*. *Vera* eſt quam Bariam dixerunt veteres; ordo enim Geographicus docet errare eos qui *Beriam* putant Bariam, utpote cum Abdera & Charidemi promuntorium intercedant. Murgi vel Urci veterum eò ipſo ſita fuit loco, quo nunc conſpicitur vicus *Almaçaran*, & forſan Sataceni iſtud nomen altero permutarunt.

15. *Abdera*] Stephanus hanc Abderam vel Abdaram ponit ὡς τοῖς Γαδείροις. Sed abeſt inde quam longiſſime. De hac urbe etiam capienda ſunt illa Apollodori (quem tamen non eſſe Apollodorum ſuperius oſtendimus) lib. II. de Hercule; Ἐλθὼν δὲ Ἄβδηρόν εἰς Λιγύην ἦλθεν. Veteres enim Λιγύην dixerunt Liguriam. Per totam autem pæne Hiſpaniam fuiſſe Iberos & Ligures quoſdam ſibi invicem permixtos, alibi monuimus.

16. *Suel*] Miror Melam in his locis natum tam alieno tamen ordine oppidum hoc recenſere, demum enim poſt Malacam id collocare debuerat. Verum hic memorare debuerat Salambinam. Forte librarii alterum pro altero ſubſtituerunt, neque enim videtur Auctor talem hic potuiſſe committere errorem. Salambina vel Salabina etiam hodie nomen ſervat, vocatur enim *Salabrena*.

lambina, Ex, [17] Mænoba, [18] Malaca, Suel, [19] Sal-

K k

labrenna. Geographo Nubienſi; *Salobania*. In concilio Illiberino perperam vocatur *Silvanus de Sagalbina*; neque enim dubito, quin Salabina ſcriptum prius fuerit. Innumeris in vocabulis liquida illa modo additur, modo demitur. Hinc Oppianus IV. Cyneg. ἀστέρῳ Σαλαβίνιδι dixit, quamvis male vulgo ſcribatur Πλεξάμβοι ἀστέρῳ Σαλαμινίδι. Nulla enim ratio veriſimilis poſſit dari, quamobrem ſpartum Salaminium vocetur, neque placent quæ viri eruditi de Teucro Salaminio annotarunt. Non autem ſola Carthago nova ſparti eſt ferax, ſed & univerſus ille tractus qui à Carthagine Abderam & Salabinam uſque extenditur, eo quam maxime abundat.

17. *Mænoba*] Ptolemæo Μάνοβα perperam pro *Μαίνοβα*. Fallitur vir magnus ad Strabonem qui hanc cum Mænaca confundit. Falluntur quoque qui putant eſſe eandem, atque illa de qua Stephanus; Μαινόβωρος πόλις Μασιηνῶν. Ἐμπορεῖον Εὐρώπης. τὸ ἐθνικὸν Μαινοβωρεύς. Si eſt Maſtienorum urbs, non eſt Mænoba; illa enim longius abeſt à freto, Maſtieni autem proximi. Veriſſimum eſt Stephanum more ſuo in malum Hecataei incidiſſe codicem, & legiſſe Μαινόβωρος, pro Μαινάκη, Ἔβωρος, quæ ambæ Maſtienorum erant urbes. Mænaces urbis Phœniſſæ ſupra jam meminimus. Eboræ hujus meminerunt multi, & ipſe alibi Stephanus, Ἔβορος πόλις πυρωκεανῖτις ἡ καὶ Γάδειρος.

18. *Malaca*] Urbs notiſſima, quam tamen multi cum Mænaca confundunt. Stephanus; Μαλάκη Κελτικὴ πόλις. Εὑρητὴς καὶ Μαινάκη. Ita debuerat legere Stephanus, non Μάκη. Feſtus quoque Avienus Malacam & Mænacam eandem facit, cum tamen hæc licet omnium Græcarum urbium in Europa poſtrema, ut ait Periegetes ille qui Nicomedi periplum ſuum inſcripſit; longius tamen à columnis abfuit, atque Malaca. Itaque exiſtimo Mænacam eſſe illum locum, qui vulgo *Veles Malaga* appellatur, ac octodecim circiter paſſuum millibus à Malaca diſtat. Vide Strabonem, cujus verba, quæ valde exercuerunt viros doctos; ſic emendabis; Ἐμπορεῖόν δ' ἐστὶν ἐν τοῖς ἐν τῇ περιοδίᾳ σημείοις, πειρατείας δ' ἔχει μεγάλας. Male vulgo σταθμοῖς. Ἐμπορεῖον hic eſt non ipſa Malaca, ſed locus mercatus, ut ſæpe.

[19] Salduba, Lacippo, [20] Barbeſul. Aperit deinde anguſtiſſimum pelagus, & proxima inter ſe Europæ atque Africæ littora montes efficiunt, ut initio diximus, columnæ Herculis Abyla & Calpe: uterque quidem, ſed Calpe magis, & penè totus in mare prominens. Is mirum in modum concavus, ab ea parte qua ſpectat occa- 75

ſæpe. Ait itaque emporium Malacitanorum non fuiſſe in ipſa urbe, ſed in oppoſita inſula, in qua portum & navium receptacula ſibi effoderant. Inſulæ hujus meminit Feſtus Avienus;

Tarteſiorum juris illic inſula
Antiſtat urbem noctiluca ab incolis
Sacrata pridem. In inſula ſtagnum quoque
Tutuſque portus. Oppidum Menace ſuper.

Perperam primam in Μαινάκη corripit. Sed videtur in vitioſos incidiſſe codices, in quibus Μενάκη vel Μινάκη ſcriptum eſſet. Hodie inſula illa fluctibus obruta eſt, veſtigia tamen ſuperſunt molium in profundo jactarum, quas nautæ ſummo ſtudio evitant.

19. *Salduba*] Ita Plinius, & alii. Sed apud Ptolemæum oppidum id in mediterraneis ponitur, verum idem hic collocat Σαλδύκῃ πόπμῳ ὑβελαὶς. Ubi tamen manifeſte reſcribendum eſt Σάλδυβα. Porro liber noſter optimus manu exaratus legit hic, *Siſal duba*, alii vero *Ciſal duba*. Unde liquet verum eſſe quod ſtatim ſuſpicabamur, hic collocandum eſſe *Suel* vel *Sivel* & legendum *Suel*, *Salduba*: pro *Suel* vero ſuperius reſcribendum eſſe *Salabina*. In vetuſtiſſimis etiam Plinii libris ſimile eſt mendum, ſimiliterque id vocabulum truncatum eſt. Nam quo loco vulgo legitur, *Selambina*, *Abdara*, illi exhibent *Sel*, *Abdara*. Ut vel Plinius in vitioſum Melæ codicem inciderit, vel Melæ exemplaria corrupta ſint ex hoc loco Plinii.

20. *Barbeſul*] Alii *Barbeſola*, utrumque recte. In ſitu omnes conveniunt præter Ptolemæum, qui oppidum hoc collocat ad fretum, inter Cartejam & Tranſductam, cum tamen omnes alii id ponant ad flumen Barbeſul. Hodie quoque id verum eſſe apparet. Dicitur enim flumen id *Rio verde*; non autem longe ab ejus ripa eſt oppidulum *Marbella*, quod

occaſum, medium ferè latus aperit: atque inde ingreſſis totus admodum pervius, [21] prope quantum patet ſpecus. Sinus ultra eſt, in eoque Carteia (ut quidam pu-

quod omnino eſt Barbeſola. Solet enim B in M mutari ſæpiſſime. Nec tamen quidquam in Ptolemæo mutandum eſſe, apparet ex Marciano Heracleota.

21. *Prope quantum patet ſpecus*] Mirum alicui poſſit videri, quare ſpecum à ſinu diſtinguat, & dicat ſinum ſitum ultra ſpecum, cum tamen ſpecus in ipſo ſitus ſit ſinu. Sed ſinus latius patet, multoque longius porrigitur, quam vel mons Calpe, vel ſpecus quem ille efficit. Ab hoc vero ſpecu ſive concavitate, quod eſſet inſtar cavi vaſis, dictum volunt hunc montem. Notum enim urceum & hydriam à Græcis κάλπην vocari. Feſtus Avienus;

Calpeque rurſum in Græcia ſpecies cavi,
Teretiſque vaſi nuncupatur & jugi.

Hæc alii aliter legunt, verum ea, quam damus, vera eſt ſcriptura. Calpen interpretatur valum teres & juge, nempe cui nunquam aqua deficit, nec unquam fluere ceſſet; quale eſt vas iſtud cœleſte quod aquarius tenet. Sic fontes & putei juges dicuntur & perennes, quod juges & perennes contineant aquas. Feſtus ampullam plumbeam interpretatur. *Calpes, ampullæ plumbeæ.* Sic lego, non *Calces* ut vulgo. Ampullæ & urcei in eo conveniunt, quod ventrem habeant teretem & rotundum, cervicem vero anguſtam. Sed in hoc differunt, quod urceus ſit vas μονωτὸν, ampulla vero ἀμφωτὸν. Utriuſque diverſas formas videre eſt apud antiquarios Romanos. Fiebant autem tam ampullæ quam urcei non tantum ex plumbo, ut Feſtus ait, ſed & ex ligno, & omni metallo, præcipue vero ex opere figlino. Verum de ampulla non video quomodo ea vas juge aut perenne poſſit appellari, uti urceus iſte cœleſtis, qui cum ſemper aquam effundat, nunquam tamen evacuatur. Ab urcei igitur ſimilitudine ſpecum & montem iſtum κάλπην appellarunt. Quod ſi cui mirum videatur, ſciat is & alterum locum in Bithynia, qui portus Calpes appellatur, à ſimili ratione eſſe denominatum. Situm ejus deſcribit Arrianus in periplo, ſed multo fuſius & elegantius Xenophon lib. VI. Ἀναβάσεως ſingulas amœnitates ejus perſequitur. Quidquid vero ibi de Calpe Aſiatica dicit, hæc ipſa quoque de Hiſpanica Calpe dici poſſunt. Nam primo quod portum

putant) aliquando Tarteſſos, & quam 85
[22] tranſvecti ex Africa Phœnices habitant:
[23] atque unde nos ſumus, Tingi Cetraria.
K k 3 [24] Tum

tum & appulſum navium attinet, illum præſtat ſecuriſſimum & optimum ſinus ille, quem Calpe mons admittit, cum nulli, niſi Africo, vento pateat, adeo ut portus potius quam ſinus appellandus videatur. Jam vero montis in mare declivitas, fontium & fluminum perennes lapſus, arborum ſilvarumque perpetua viriditas, copia vini, totius denique loci theatralis plane ſpecies, hæc omnia hic quoque occurrunt. Altitudo vero diſpar, major quippe Calpe. Is enim conſpicuus eſt in mari mediterraneo littus Mauritanum legentibus, à ſexaginta leucis Hiſpanicis. Hinc eſt quod eminus cernentibus columnæ inſtar appareat, cum excelſus ſit admodum, & tamen adeo anguſtus, ut qua maxime latus eſt, minus mille paſſibus diſtendatur; qua vero minimam habet latitudinem, non totis quingentis pateat paſſibus. Hæc ex nautarum conſtant diariis, quæ confirmat Strabo lib. III. Κάλπη ὄρος τῇ περιοχῇ μὲν ὑπὲρ μέγα, τῷ δ' ὕψει μέγα καὶ ὄρθιον, ὥστε πόρρωθεν σηλοειδὲς φαίνεσθαι. Vulgo legitur νησοειδὲς, nullo prorſus ſenſu. A ſimilitudine itaque vaſis nomen traxiſſe duos iſtos ſinus ſive portus, mirum videri non debet, cum & alii quoque portus à poculis nomen acceperint, ut Πύλον, Κελέβη, Φιάλων, & Κρατῆρες. Attamen ſi vocabula iſta κελέβη, πώλαπη & πώλαπος ab eadem ſint origine, idemque in primitiva ſignificatione denotarint, jam non opus erit ut à poculis ſimilitudo ſumatur. Neque magis mirandum, quod πώλαπη prius ſinum, deinde vero urceum ſignificarit, quam quod Latini ſinus appellationem ſimiliter ad vaſis quoddam genus tranſtulerint. Ex Virgilio & aliis notum quid ſit ſinus, ac prorſus idem videtur fuiſſe quod κελέβη. Uſus quoque vocabulo Lucanus lib. IX.

Utque ſolet pariter totis ſe effundere ſinis
Corycii preſſura croci.

Male vulgo *ſignis*, quod fruſtra interpretati ſunt viri magni.

22. *Tranſvecti ex Africa Phœnices*] Pro *Phœnices*, *Pœni* legendum cenſet Pintianus; Salmaſius vero hoc vocabulum aufert, & negat Tingitanos fuiſſe Phœnices. Mirum non recordatum eſſe loci iſtius notiſſimi apud Procopium in Vandalicis, ubi Tingitani ipſi ſe Phœnices eſſe teſtantur, & fugiſſe è Phœnicia pulſos à Joſua latrone. Sed profecto etiam abſque illo, quis neſcit totum littus Africæ à Syrtibus uſque ad fretum Herculeum, & ultra,

ultra, Phœnices tenuiſſe? Erravit quoque Pintianus, ſed cum aliqua ratione. Phœnices enim iſti, qui Africam inhabitarunt, ubique Pœni à Romanis appellantur; rariſſime vero, aut nunquam, Phœnices. Sed nemo eſt qui ignoret eoſdem eſſe, & Pœnos ſemper à Græcis Φοίνικας appellari. Mela vero maluit hic Græco more loqui, quam Romano. Itaque cum exoſum eſſet Romanis Pœnorum nomen, Phœnicem ſe appellavit potius, quam Pœnum.

23. *Atqui unde nos ſumus Tingentera*] Sic plurimi codices, unde Caſaubonus faciebat *Tingi contraria*, Salmaſius *Tingi altera*. Quæ lectio magnam quidem habet ſpeciem, attamen vera non eſt. Nam quod dicit id accipiendum uti *altera Pergama* apud Virgilium, in eo fugit illum ratio. Nam quis hic non agnoſcat tralativum loquendi genus à ſimilitudine rei deſumtum? Itaque ſi quis Narbonenſem provinciam vocet alteram Italiam, aut Naxum inſulam alteram appellet Siciliam, aut denique antiquam Maſſiliam alteras dixerit Athenas, is recte & proprie loquetur, propterea quod hic ſit ſimilitudo rei non nominis. At vero ſi nominis tantum ſit convenientia, uti ſi quis Carthaginem novam, alteram Carthaginem; aut Athenas in Libya, alteras Athenas, aut has vel iſtas Thebas, alteras abſolute Thebas vocarit, is non tantum inelegan-ter, ſed neque uſitato more loquetur. In homonymis talis metaphora locum non habet. Alterum quod adfert exemplum id fictitium eſt. Nemo Salamina in Cypro alteram vocavit Salamina. Videamus itaque an aliud lateat vocabulum. Codex Britannicus, cujus uſuram debeo avunculo Junio, legit hoc loco *Tingetaniam*. Optimus noſter *Tingenteria*. Dico ſcribendum eſſe *Tinge Cetraria*. Julia Joza, Julia Traducta, & Tingi Cetraria, unius oppidi ſunt cognomina. Traductam Cetrariam vocat Geographus Ravennas, cujus aliquoties fecimus mentionem; *Salduba*, *Maliana*, *Carteia*, *Tranſducta Cetraria*, *Mellaria*, *Belon*. Paulo poſt relegens oras Hiſpaniæ ſimiliter Tranſductam Cetrariam vocat. Juliam Jozam idem eſſe Pœnicè quod Traducta Latinis optime oſtendit hominum quotquot vivunt doctiſſimus Bochartus. Cetrariæ nomen eſſe à cetris nemo non videat. Apud Ptolemæum latet ulcus in nomine Tingis huic oppoſitæ. Nam quo apud ipſum legitur loco Τίγις ἡ καὶ Καισάρεια, vel uti habent manu exarati libri, Τίγις Καισάρεια; omnino ſcribendum eſt Τίγις Καισαρεία. Si Tingi iſta unquam dicta fuiſſet Cæſarea, jam & Tingitana quoque provincia Cæſarienſis dicta fuiſſet, ac proinde duæ

24 Tum Mellaria, & Belo, & Beſippo, uſque

duæ fuiſſent Mauritaniæ Cæſarienſes, quod abſurdum exiſtimare. Sed ut diximus à cetris vel cætris dicta eſt Καιτραεία. Græci enim vocabulum hoc cum diphthongo exprimunt. Heſychius, Καίτραι ὅπλα Ἰβηρικά. Erravit autem Ptolemæus quod Tingin Cetrariam cum Tingi metropoli confuderit, ac proinde in Africa locarit, cum in oppoſita freti ora collocanda fuiſſet. Huic ſimillimus eſt error Plinii, qui Tingin Traductam eandem eſſe credidit, atque Tingis metropolis: plane ac ſi Cetraria & Traducta non coloniæ in Bætica, ſed cognomina Tingis in Mauritania fuiſſent. Porro quod de hoc oppido dicit Plinius, *Tingi, quondam ab Antæo conditum, poſtea à Claudio Cæſare, cum coloniam faceret, appellatum Traducta Julia*, id minime verum eſſe poteſt. Nam ſi à Claudio deducta, quare Julia appellatur, quomodo ejus meminiſſe potuit Strabo, quomodo Mela in ea naſci, qui ſub Claudio floruit? Liber noſter manu exaratus legit, *poſtea à centum quinquaginta millia Cæſare*. Nempe pro *Cl. Cæſare* legendum eſt, *C. I. Cæſare*. Paſſim in inſcriptionibus nomen Cai Julii Cæſaris tribus iſtis literis C. I. C. continetur. A Cæſare itaque Julio deducta eſt hæc colonia, qui quoniam eam adſignavit Cætratis ulterioris Hiſpaniæ cohortibus, quarum ipſe meminit lib. 1. Civilium, cognominata eſt Cætraria. Cætrarienſis igitur fuit Mela natione, genere vero Pœnus.

24. *Tum Mellaria & Belo & Beſippo*] Nempe extra ſinum Calpetanum. In ipſo ſinu ſita erat Carteja & Cetraria. Itaque non poteſt Mellaria eſſe Algezira, quemadmodum vulgo exiſtimant, nempe quia fluvius præterfluit quem Rivum mellis, ſive *Rio de miel* appellant. Verum toto illo tractu proſtant mella. Geographus Nubienſis ideo hoc flumen melleum dicit vocari, quod hauſtus ejus ſint dulces. Algezira omnino eſt veterum Carteja, niſi quod hæc amplior fuerit & propius mare contigerit. Verum hoc eſſe ipſa diſtantia docet. Sed mirum cur Algeziram vocarint Arabes, cum tamen ea, neque inſula, neque peninſula ſit. Exiſtimo Arabes qui cum Comite Juliano in Calpen montem transfretarunt, montem ipſum, qui revera eſt peninſula, ac anguſta cervice continenti annectitur, ſic appellaſſe. Poſtea vero tranſlatum hoc Inſulæ viridis nomen in Cartejam, quæ tamen duabus leucis Hiſpanicis abeſt à Calpe. Itaque oppidum *Gibraltar*, ſive *Gibeltaric* ſic potius appellari debuerat. Verum is locus eſt recens, & ſero ab Arabibus exſtructus. In ipſo enim Calpe nullum olim fuit oppidum. Sed uti veteres à vicinitate Calpes, ipſam quoque Carteiam nonnunquam Calpen nominarunt; ita quoque Arabes hanc eandem civitatem peninſulam viridem appellarunt, à vicinitate viridis hujus peninſulæ. Duo porro hoc tempore ſunt Algeziræ, (Hiſpani vocant *las Algeziras*) ſibi invicem contiguæ. Sed altera eſt recens, ac demum ab Alphonſo rege pulſis Mauris ædificata. Plurimæ illic etiamnum ruinæ, ac turris exſtat, quam *Torre de Carthagena* (nomine manifeſte corrupto ex Carteja) nuncupant. Verum is una tantum leuca diſtare dicitur à Calpe. Quod autem Mellariam attinet, illa ſita fuit ſtatim extra ſinum Calpetanum, quem vulgo ſinum Gibraltar vocant, in loco ubi etiamnum commoda ſatis navibus eſt ſtatio. Belo hodie eſt *Tariſa*; Beſippo autem *Puerto Beges*. Flumen vero huic vicinum Beſipus dicebatur, qui idem videtur eſſe atque Belo fluvius. Meminit hujus Avienus in ora maritima, licet apud eum Beſilus perperam legatur pro Beſipus, uti quoque apud Ptolemæum male Βείλων pro Βέλων. Aliud quoque oppidum Beſippo nominatum recenſet in mediterraneis Ptolemæus, verum cum diphthongo Βαιπσπω.

uſque ad 25 Junonis promuntorium oram 90 freti occupat. Illud jam in occidentem & Oceanum obliquo jugo excurrens, atque ei quod in Africa Ampeluſiam eſſe dixera-

25. *Junonis promuntorium oram freti occupat*] Et promuntorium & templum hic recenſent Ptolemæus & alii. Apud Marcianum perperam ſcribitur, τὸ ἀκρωτήριον ἐν ᾧ ὁ πορθμὸς, καὶ ὁ ναὸς τῆς Ἥρας, tanquam ſi fretum Herculeum ſitum eſſet in hoc promuntorio. Verum aliud habet Ptolemæus, unde hæc deſumſit; τὸ ἀκρωτήριον, ἀφ' ᾧ ὁ πορθμὸς, ἐν ᾧ ναὸς Ἥρας. Ita male accepit verba Ptolemæi, tanquam ſi ναὸς Ἥρας referendum eſſet ad πορθμὸν. Verum dicit Ptolemæus; Ab eo promuntorio, in quo ſitum eſt templum Junonis, incipere fretum Herculeum. Hoc porro promuntorium non tantum vicinum eſt, ſed etiam tangit Beſipponem, nominaturque vulgo *Cabo de Trafalgar*, corrupte ut puto pro *travalcar*. Italis enim & ſuperioribus Hiſpanis *valicare* & *valcare*, idem eſt quod *varcare*. Omnino itaque promuntorium hoc ex eo nomen accepit, quod illic breviſſimus & commodiſſimus eſſet trajectus in Afri-

dixeramus adversum, quà nostra maria sunt, finit Europen.

Africam. De hoc quoque intelligenda verba Varronis apud Nonium, ubi narrat Pœnos pro palangis Romanos carinis subjecisse.

CAP. VII.

MEDITERRANEI MARIS INSULÆ.

1 GAdes insula, quæ egressis fretum obvia est, admonet ante reliquas dicere, quàm in Oceani littora terrarumque circuitum, ut initio promissimus, oratio excedat. Paucæ sunt, in Mæotide (inde enim videtur commodissimum incipere) neque omnes tamen incoluntur: nam nec pabula quidem largè ferunt. Hac re habitantibus caro magnorum piscium [2] sole siccata, & in pollinem usque contusa, pro farre est. Paucæ & in Ponto. Leuce Borysthenis ostio objecta,

1. *Gades insula, quæ egressis fretum obvia est*] Intempestiva hic Gadium mentio videri possit, quod tamen non est; dicit enim illam non accensendam insulis maris mediterranei; itaque tum de ea dicturum, cum Oceani insulas describit.

2. *Sole siccata & in pulverem usque contusa*] *Pollinem* non *pulverem* habent veteres libri, quod reduximus. Hoc ipsum vero, quod hic Mela de insulis Mæoticis

jecta, parva admodum, & quia ibi Achilles situs est, Achillea cognomine. 15 [3] Non longè à Colis Aria, quæ Marti sacrata (ut fabulis traditur) tulit aves cum summa clade advenientium, pennas quasi tela jaculatas. Sex sunt inter Istri ostia: ex his Peuce notissima & maxima. Thy- 20 nias Mariandynorum finibus proxima, urbem habet, quam quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant. Contra Thracium Bosporum duæ parvæ, parvoque distantes spatio, & aliquando creditæ dictæque 25 concurrere, & Cyaneæ vocantur & Symplegades. In Propontide tantum Proconnesos habitatur. Extra Hellespontum,

L l ea-

ticis, Herodotus de familiis quibusdam Babyloniorum prodit; nempe illos ex piscibus sole arefactis, & pistis deinde, panem & polentam conficere. Verum longe aliam vim in arenis Babylonicis sol exercet, atque in insulis Mæoticis. Vento & frigori longe majorem exsiccandi vim inesse apud Septentrionales, quam soli apud Persas, nemo puto dubitabit, nisi qui nesciat maximam partem borealium gentium non alio vesci pane, quam qui ex piscibus arefactis sit compositus.

3. *Non longe accò'itur Aria*] Ita reposuit Hermolaus Barbarus, cum prius legeretur *non longe à Colisaria*, quemadmodum omnes etiam quotquot vidi manu exarati codices. Legendum; *non longe à Colchis Aria*. Stephanus; Ἀρεία νῆσος, πρὸς τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ Πόντῳ. Σκύμνος ἐν Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν Ἀρεῖος, ἐξ ἑνὸς τῶν δυοῖν παρηλλαγμένον. Quasi vero ἐθνικὸν Ἀρεῖος, non sit potius ab Ἀρεία. Verum nescivit Stephanus, ita quoque appellatam fuisse hanc insulam. Possit & legi nullius literæ immutatione, *non longe à Colis Aria*. Nam & Coli in hoc tractu, quo-

earum quæ Asiaticis regionibus adjacent, clarissimæ sunt, Tenedos, Sigeis adversa littoribus, & quo dicentur ordine, ad promuntorium Tauri montis expositæ; quas quondam dici putavére Μακάρων, sive quod fortunati admodum cœli solique sunt, sive quod eas [4] suo suorumque regno Macar occupaverat. In Troade Lesbos: & in ea quinque olim oppida, Antissa, Pyrrha, Eressos, [5] Arisba, Mitylene. In Io-

quorum regio Κωλική, cujus jam superius meminit Mela. Nec est quod quisquam existimet Colis hic locum non esse, quod ii longius absint septentrionem versus, cum & Plinius hoc loco Colicam recenseat lib. VI. cap. V. *Subjicitur Ponti regio Colica, in qua juga Caucasi ad Riphæos montes torquentur.* Et hic pro Colica reposuerunt Colchicam regionem, contra fidem veterum exemplarium. Si verum est Colos inhabitasse τὴν ὑπάρξειαν τῆς Καυκάσου uti ait Hecatæus apud Stephanum, & Caucasi extrema juga dicta sint Κωλικὰ ὄρη, jam recte dixerit Mela Ariam esse Colis vicinam, cum montes huic insulæ oppositi, Caucasi sint appendices. Porro hanc Ariam, Apollonius & Arrianus in periplo Ἀρηπάδα vocant. Plinio est Chalceritis. Puto ab avibus quas χαλκήρεις, σιδηροπλήγας & σιδηρόνυχας fabulati sunt, χαλκηΐτιν cognominatam fuisse.

4. *Suo suorumque regno Macar occupaverat*] Ὁ Μάκαρ & ὁ Μακαρεύς utroque modo appellatur à Mythologis. Hanc historiam fuse narrat Diodorus Siculus lib. v. qui similiter duplicem nominis adfert causam, ac has ipsas quinque insulas commemorat, quæ beatæ fuerint dictæ. Sed sane multo olim plures fuerunt, sic cognominatæ. Nam ut de insulis Oceani taceam, quas nemo ignorat fuisse complures, etiam Creta, Cyprus, Leuce, multa denique in continente sita loca insularum felicium nomen consecutæ sunt.

5. *Cirava, Mitylene*] In libris quibusdam recentioribus scriptum est, *Methymna, Mitylene.* Sed

Ionia, Chios & Samos. In Caria, Cos. In Lycia, Rhodos. In illis singulæ sunt iisdem nominibus urbes. In Rhodo tres quondam erant, Lindos, Camiros, Jalysos. Quæ contra Tauri promuntorium importunæ navigantibus objacent, Chelidoniæ nominantur. In sinu quem maximum Asia recipit prope media Cyprus ad ortum occasumque se immittens, recto jugo inter Ciliciam Syriasque porrigitur ingens, ut quæ aliquando [6] novem regna ceperit, & nunc aliquot urbes ferat: quarum clarissimæ, Salamis & Paphos, & (quo primum ex mari Venerem

L l 2

Sed hoc proculdubio est à librariis, cum libri antiquiores legant *Cirava*. Vetus nisi fallor lectio fuit *Arisua* pro *Arisba*. Sæpe monuimus Melam antiquiores sequi Græcos. Jam vero antequam Methymna esset, Arisbe fuit. Strabo; Ἦν δὲ καὶ αὐτῷ Λέσβῳ πόλις Ἀρίσβη, ἧς τὴν χώραν ἔσχον Μηθυμναῖοι. Oppidum hoc motu terræ intercidisse testatur Plinius. Ex Arisba vero & Antissa conflata postmodum est Methymna. Pro Mitylene vero libri meliores habent Mytilene. Probum hoc est, licet viri eruditi jubeant contrarium. Utrumque dixere veteres Mytilene & Mitylene. Sed prius illud longe rectius, alterum vero inter barbarismi species refert Stephanus Grammaticus Byzantius in commentariis ad Dionysium Thracem, & Μυτιληναῖον dici jubet, addens rationem, ἀπὸ γὰρ τῆς Μύτωνος τῆς κλίσης Μυτιλήνη καλεῖται. Confirmant hanc scripturam nummi veteres, è quibus potissimum orthographiæ ratio est petenda.

6. *Novem regna*] Plinius Cyprum novem quondam regnorum sedem fuisse scribit, Melam proculdubio in hoc quoque secutus. Quomodo hoc intelligendum sit, apparet ex Strabone, qui singulas urbes singulis olim

rem, egreſſam accolæ affirmant) Palæpaphos. 7 Arados etiam in Phœnice eſt parva, & quantum patet, tota oppidum: frequens tamen,

olim tyrannis paruiſſe tradit lib. XIV.

7. *Arados etiam in Phœnice eſt parva, & quantum patet tota oppidum*] Plinius non Aradum, ſed Pariam inſulam ante Joppen ſitam, ſcribit totam eſſe oppidum. Verba ejus lib. v. cap. XXXI. hæc ſunt; *In Phœnicio deinde mari eſt ante Joppen Paria, tota oppidum, in qua objectam beluæ Andromedam ferunt: & jam dicta Arados, inter quam & continentem, quinquaginta cubita alto mari (ut autor eſt Mutianus) è fonte dulcis aqua, tubo coriis facto, uſque à vado trahitur.* Sed profecto nulla ad Joppen eſt inſula, neque unquam fuit. Series quædam ſcopulorum ab Africo Aquilonem verſus procurrens litori Joppenſi prætenditur, verum illi ſæpe mari obruuntur, & tales ſunt, ut etiam hodie appareat nunquam cultos aut habitatos fuiſſe. De iſtis tamen ſcopulis loqui Plinium certum eſt; in iis quippe oſtendebantur olim catenarum Andromedæ veſtigia, ut teſtatur Joſephus de bello Judaico lib. III. cap. XV. Releganda eſt itaque Paria iſta Pliniana ad inſulas quæ nunquam fuerunt. In vitioſum Pomponii codicem incidit, in quo ita hæc verba conciperentur; *Arados etiam in Phœnice, & Paria, quantum patet tota oppidum.* Quia vero nullam in mari Phœnicio præter Aradum inſulam legerat, ideo Pariam interpretatus eſt inſulam, ſeu verius ſcopulum iſtum Joppenum, cui alligatam fuiſſe Andromedam intellexerat. Sed & tum quoque erraſſe videtur cum ducentis tantum paſſibus inſulam hanc à continente diſtare dicit, & cum ſeptem ſtadiorum oppidum vocat Antaradum, ubi manifeſte Antaradum cum Arado confundit. Coriaceum vero tubum, quo aquam dulcem è fundo maris hauriebant Aradii, cujuſque hic tantum mentionem facit Plinius, illum fuſius aliquanto deſcribit Strabo lib. XVII. Talis autem erat, niſi fallor. E ſcapha aquaria D E dimittebatur tubus coriaceus A B, cui appenſus erat clibanus plumbeus B C, habens os ad C amplum per quod aquæ influebant. Anguſtum vero os ad B, cui adaptabatur tubus coriaceus. Demiſſo itaque tubo, cum appenſo pondere, aqua aſcendebat uſque ad ſuperficiem aquæ D E. Aperto dehinc canali ad F paulo infrà libramentum maris, neceſſario aqua effluebat, primo quidem ſalſa, deinceps vero dulcis. In ſinu Perſico, nam & illic dulcium aquarum fontes ſub fundo maris, Arabes alio modo aquam illam hauriunt, coriis nempe, quæ poſt-

Pag. 268



55 tamen, [8] quia etiam ſuper aliena tecta ſedem ponere licet. [9] Parva & Canopos,

poſtquam fundum attigerunt, ſacculi inſtar conſtringuntur. Verum illorum modum alio explicabimus loco.

8. *Quia etiam ſuper aliena tecta ſedem ponere licet.*] Pædagogicum eſt commentum eorum, qui hic legunt *ſubter* pro *ſuper*. Sed neque capio quid viri docti voluerint, cùm hæc ex Strabone interpretantur, & verba illa Melæ, Aradi licuiſſe ſuper aliena tecta ſedem ponere, nihil aliud ſignificare dicunt, niſi quod exteris illuc confugientibus licitum fuerit, tutiſſime in alieno ſolo vivere. Plana ſunt verba Pomponii, & omnino verum eſt Aradi licitum fuiſſe ſuper tecta ædificare. Hoc illud ipſum eſt quod dicit Strabo, Aradum fuiſſe adeo hominibus refertam, ut domos πολυορόφους id eſt multis tectis & contignationibus adſurgentes habuerit. Quomodo hoc fieri potuerit non intelligent, qui obliqua tantum norunt tecta, & domos in acutum exeuntes angulum. Verum quis adeo in rebus peregrinus, qui neſciat pleraque Syriæ, Ægypti, & fere totius orientis & meridiei ædificia in planum deſinere? Huc accedit & alia præcipua ratio, quæ non permittit ut aliter fieri potuerit. Sita fuit Aradus in ſaxo ſive ſcopulo modicò admodum, quippe cujus ambitus ſeptem tantum ſit. ſtadiorum. Cum vero ſaxum id ſit declive, neceſſario ſequitur, ut alia domus aliâ ſuperior fuerit, ac ubi tectum inferius deſineret, ibi altera demum domus inciperet. Ac ſic quidem intelligi poſſit, Aradi licitum fuiſſe ſupra aliena tecta ædificare. Verum illo poſito, nihil tamen efficimus. Qui enim non ſunt prorſus Geometriæ ignari, facile poſſunt colligere, in convexa ſuperficie montis non poſſe plures domos conſiſtere, quam in plano cui mons inſiſtit. Hoc præterea pacto domus non erunt proprie πολυόροφοι. Ut igitur in tam puſillo ſpatio, tanta hominum multitudo, divertere potuerit, neceſſarium eſt ut credamus, Aradiis, quorum altior eſſet habitatio, licuiſſe in ſubjecta tecta ædificium ſuum producere, & ea vel integra, vel aliquouſque occupare. Ita in immenſam altitudinem & innumeras contignationes ædes Aradiorum potuerunt excreſcere, citra tamen ullum ruinæ periculum; præcipua quippe moles & fere tota, non fornicibus aliiſque fulcris, ſed ſcopulo, in quo ſita erat urbs, incumbebat.

9. *Parva & Canopus*] Non errat Mela quod Canopum quoque inſulam faciat. Idem fecit Stephanus, & ex eo Euſtathius ad Dionyſium. Hodie etiamnum nota

Nili ostio quod Canopicum vocant, obvia est. Menelai gubernator Canopus ibi forte moriens, nomen insulæ, illa ostio dedit. 10 Pharos Alexandriæ nunc ponte 60 con-

nota est nautis, quibus tutam satis præbet stationem. Sita vero est in sinu dicto Madi, inter promuntorium Becur & Rosettam oppidum.

10. *Pharos Alexandriæ nunc ponte conjungitur*] Pomponii tempore Pharus non jam amplius ponte, sed mole continua Alexandriæ jungebatur, idque impensis Cleopatræ. Fallitur vir magnus ad Eusebium, cum negat id Cleopatram fecisse, & Sostrato Cnidio tribuit. Ita sese res habet. Pharus prius octo stadiorum intervallo ab Alexandria aberat. Sed insula hæc, ut inquit Cæsar III de bello Civili, à superioribus Ægypti Regibus, nempe Ptolemæis, *in longitudinem passuum* DCCCC *in mare jactis molibus, angusto itinere, & ponte cum oppido conjungitur.* Strabo, & Josephus, ubi agit de LXX interpretibus, vocant ἑπταστάδιον χῶμα. Verum moles ista non continua, sed interrupta erat duobus pontibus, quorum unus vicinus erat turri Phariæ, qui etiamnum exstat, alter vero propior urbi, & fortior, ut ait Hirtius de bello Alexandrino. Per hunc præcipue egressus erat in Eunosti portum, qui est is, quo Turcæ privatim utuntur, quemque Christianis ingredi non licet. Cæsar autem fornicem quo pons iste sustinebatur, quique etiam erat aquæ ductus Pharitis, lapidibus jussit oppleri, ne Alexandrinis ex uno in alterum portum aditus pateret. Cleopatra vero fuit quæ opus absolvit & isthmum perduxit, si fidendum non Tzetzæ tantum & Cedreno, sed & Ammiano Marcellino, & auctori Fastorum Siculorum. Verum illi omnia miscent, & uni Cleopatræ tribuunt, quæ Sostrato Cnidio, quæ Philadelpho & aliis Ptolemæis, erant tribuenda. Inepte præterea fretum istud faciunt quatuor passuum millium, & Dexiphanem, Dexiphanis filium; & illum æqualem Cleopatræ. Unum quod Cleopatra fecit, est quod ἑπταστάδιον χῶμα urbi conjunxit ponte everso. Turrim vero Phariam esse Philadelphi jussu exstructam à Sostrato Cnidio, vel ipsa inscriptio luculenter docere possit. Inepti sunt itaque qui vel Cleopatræ, vel Alexandro Magno opus hoc tribuunt, uti faciunt Arabes, & vetus Scholiastes in Lucianum necdum editus. Verum recte is vastam hujus turris molem describit, ambitum ei tribuens parem Pyra-

conjungitur, olim (ut Homerico carmine prodi-

midibus, altitudinem vero tantam, ut à centum passuum millibus sit conspicua. Ait enim quod sit πετρήεις, σταδιαῖος τὸν περίμετρον, ἐπὶ πολὺ τοῦ ἠέρος ἀνέχων, ὡς ἀπὸ ρ' ὁρῶντες μιλίων. Hoc ipsum adfirmat Geographus Nubiensis, qui à cursus distantia ignes Phari percipi adfirmat, cursum vocans intervallum centum millium passuum. Altitudinem vero Phari idem esse docet trecentorum cubitorum. Ridiculum possit videri id quod in quorundam legitur itineratiis, tantam molem insistere quatuor cancris vitreis. Utrum hoc verum sit, nec ne, exploratu difficile est, quia Turcæ inferiores Phari partes & angulos præsertim, munimentis suis obruerint, nec Christianis aditus illuc pateat. Interim hoc non esse recens commentum, colligo ex fragmento vetusti auctoris de miraculis mundi, quod penes me exstat, cujus hæc sunt verba. *Secundum miraculum est Pharus Alexandrina super quatuor cancros vitreos per passus viginti sub mari fundata. Hoc namque mirum quomodo tam magni cancri fieri possent, vel quomodo deportari & non frangi valerent: qualiter fundamenta superhærere potuerint; & quomodo sub aqua cæmentum stare valeat, & quare cancri non frangantur, & quare non lubricant desuper jacta fundamenta. Hanc Pharum Sostratus Cnidius construxit in Alexandria.* Puto Sostratum ornatus gratia ad basin Phari, proxime superficiem maris, cancros istos addidisse, tanquam si iis tota moles niteretur. Pari ratione architecti obeliscis & aliis molibus, aut testudines, aut sphingas, aut leones subjiciunt, tanquam si his totum pondus incumberet, quod tamen super propriam basim est libratum. Vitreos autem fuisse cancros istos impossibile est, sed proculdubio ex durissimo aliquo lapide Æthiopico, qualis est Obsidianus, quem vitri generibus annumeratum fuisse testatur Plinius, exsecti fuere. Forsan etiam ex marmore Memphitico, quod & ipsum est gemmantis naturæ. Atque hæc quidem omnia unius Sostrati fuere opera. Verum etiam antequam hæc tam vasta moles exstrueretur, puto Pharum navibus præluxisse. Quin Græcum sit vocabulum nullus dubito, ut enim à φαίνω est φανὸς & deinde φανερὸς, sic quoque à φάω & φάος est φαερὸς, & hinc φάρος translato accentu in priorem syllabam, ut semper fit cum ex adjectivis fiunt substantiva. Ab hac autem Pharo, cæterarum quoque est nomen, quarum eadem fuit ubique forma, ut testatur Herodianus, nisi quod longe fuerint minores. Ægyptiacæ duas alias subjungit Pharos in Italia Plinius,

Puteo-

Puteolanam & Ravennatem. Sed Puteolanæ nulla hodie superſunt veſtigia, & revera nulla unquam fuit. Locus Plinii exſtat lib. xxxvi. cap. xii. ita vero concipitur in vetuſtiſſimis noſtris membranis. *Uſus ejus nocturno navium curſu ignes oſtendere, ad præniuntianda vada portuſque introitum: quales jam complurib⁹ locis flagrant, ſicu eo ſitae ac Ravennæ.* Scribendum; *ſicut Oſtiæ ac Ravennæ.* Sequentia autem Plinii verba recte in veteribus membranis concipiuntur, quamvis ea non intellexerint viri docti: *Periculum in continatione ignium ne ſidus exiſtimetur, quoniam è longinquo ſimilis flammarum adſpectus eſt. Continatio* hic eſt συνοχὴ ſive coarctatio & in anguſtum contractio, ac fere quod corrivatio, quemadmodum in antiquis quibuſdam libris repoſuerunt pro interpretamento, non intellecto altero vocabulo, quo tamen uſus eſt ipſe quoque Plinius in hac ſignificatione, cum alibi, tum quoque lib. iv. cap. iv. *Anguſta cervice Peloponneſum continat Hellas.* Male enim & illic repoſuerunt *contingat.* Verum eſt autem quod hic dicit. Ignes enim illi qui in Pharis diſponuntur, quandocunque ex ingenti cernuntur intervallo, coire & corrivari videntur, ac ſtellæ inſtar apparent. Hoc ſæpe incautis & ignaris impoſuit nautis, qui ita coarctatam Phari lucem conſpicati, ac Canopum aliamve ſtellam rati, in arenas Marmaricæ curſum ſuum direxerunt. Papinius Statius videtur Lunæ comparare iſtas nocturnas flammas;

Lumina noctivagæ tollit Pharius æmula lunæ.

Sed hoc tantum verum eſt, ſi è propinquo videantur. Tum enim vix ulla aliquando differentia apparet inter lunam & alterum iſtud lumen. Memini aliquando virum magnum, cum leuca una à Pariſiorum abeſſet urbe, ac lunam repente ſupra tecta domorum magna ſui parte emicantem conſpicaretur, ſubito tanquam ad magnum incendium exclamaſſe, nec errorem ſuum prius agnoviſſe, quam illa toto orbe ſe videndam præbuiſſet. Ex ſimili errore factum fuiſſe putabat olim proverbium, Μήνη ἀντὶ πυρσοῦ ab imperitis nautis deſumtum, qui lunam pro face accepiſſent. Hujus contrarium eſſe credebat apud Pſellum in tractatu de energia dæmonum, haud procul à fine; ἕως τῶνδε κωλυομένων ὑπ' ἀνθρώπων καὶ μοὶ σῶος ὅλεθρος ἦν ἄν, εἰ μή σύ μοι τῆς ἀληθοῦς ἐξηγήσω τέλος, καθάπερ πυρσὸς ἐπὶ θαλάττης ἀντὶ μήνης ἀναφανείς, ubi vulgo legitur αὐτομήνης. Sed profecto ſcripſit Pſellus σκοτομήνης. Θαλαττία σκοτομήνη eſt mare tenebroſum & illune. Quia autem tam benignum navigantibus Dianæ ſidus, ideo etiam Pharos tanquam Dianæ vicarias, eidem deæ conſecrarunt. Ammianus Marcellinus lib. xxii. *Promuntorium Ceras prælucentem navibus vehens conſtructam celſius turrem, quapropter*

ΕΛΑ-

proditum eſt) ab eiſdem oris [11] curſu diei totius abducta: &, ſi ita res fuit, videri poteſt conjectantibus in tantum mutatæ cauſas Nilum præbuiſſe, dum limum ſubinde, & præcipuè cum exundaret, littori annectens, auget terras, ſpatiumque augeſcentium in vicina vada

65

M m pro-

ΕΛΑΤΑΣ, *appellatur, & vetus inde ſuetus Oripi prægelidus*; Omnino legendum eſt ΕΚΑΤΑΣ. Sequentia optime ſic emendavit Lucas Holſtenius, *& ventus inde ſuetus oriri prægelidus.* Cauſam quare Hecatæ id promuntorium dedicarunt, prodit Stephanus in voce Βόσπορος, Ὅλη Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος διορύξαντος καὶ τὴν πολιορκίαν εἴσοδον κρυπτὴν, ὅθεν ἀφανῶς οἱ ὀρύττοντες ἔμελλον ἐξ ὀρύγματος ἀναδῦναι, καὶ Ἑκάτη φωσφόρος ἔσται, δᾷδας ἐποίησε νύκτωρ τοῖς πολίταις φανῆναι, καὶ τὴν πολιορκίαν φυλάττειν, φωσφόριον τὸν τόπον ὠνόμασεν. In eodem promuntorio fuit quoque Dianæ Luciferæ templum, de quo vide Gilium in Boſporo Thracio. Verum redeamus ad Ægyptiam Pharum, à qua nimium divertimus.

11. *Curſu diei totius abducta.* Mirum eſt veteres quoſdam tam religioſos fuiſſe Homeri cultores, ut maluerint rerum naturam & ſitum regionum ad ejus poëſin componere, quam ipſum erroris arguere, aut ſaltem poëmata ejus ad rei veritatem exigere. Nempe quod Thuſcis eſt Dantes, id illis fuit Homerus. Nulla erat ſcientia quam ex Homero ſolo non exiſtimarent eſſe petendam, ne medicina quidem excepta ac chirurgica. Quia Homerus ſcripſit Pharum navigatione diei abeſſe ab Ægypto, ideo ſcilicet mutandus fuit Ægypti ſitus naturalis; nullo aliunde petito argumento, quam ex aggeſtione limi: verum hoc inſigniter confutavit Bochartus, quem vide. Mihi valde probabilis videtur opinio Eratoſthenis, dicentis Homero ignota fuiſſe Nili oſtia. Explodit hanc tamen Strabo, non ſequi inquiens, ut ignota fuerint, quia non meminit, nam neque patriæ meminiſſe. Verum, ut puto, non bene aſſecutus eſt Eratoſthenis mentem Strabo.

Era-

promovet. In Africa contra majorem Syrtim Euteletos : [12] contra minoris 70 pro-

Eratosthenes ideo dixit Homerum ignorasse ostia Nili, non quia eorum nullam facit mentionem, sed quia Pharum à Nilo diei navigatione abesse tradidit. Hoc ut intelligatur sciendum est, Nilum ab Homero vocari Ægyptum, quod omnes norunt. Cum ergo dicit Pharum ab Ægypto sive Nilo diei navigatione esse remotam, manifeste intelligit Pelusiacum Nili ostium. Tantum enim circiter spatium uno die percurrere potest navis vento stridente, uti ait Homerus, impulsa. Si ergo per Ægyptum intellexit remotissimum à Pharo ostium, clarum est, eum ignorasse cætera Nili ostia.

12. *Contra minoris promuntoria Meninx & Cercina*] Euteleti insulæ, sic enim habent libri plerique manu exarati, nemo quod sciam meminit. Meningis vero & Cercinnæ nemo fere non meminit. Recte autem Mela duas has insulas collocat contra promuntoria minoris Syrtis, male vero Ptolemæus Meningem sive Lotophagitin collocat in intimo Syrtis recessu. Herodoto insula est Κύρνις. Apparet hoc ex mensura longitudinis & latitudinis quam huic tribuit, ducenta nempe stadia, quæ conveniunt cum XXV passuum millibus, quantam esse longitudinem tradit quoque Plinius. Verum is non recte Cercinnæ solæ hanc tribuit mensuram, Cercinnitide separata; Cercinna quippe & Cercinnitis junctæ hanc efficiunt longitudinem. Unam enim quodammodo faciebant insulam, quia ponte jungebantur. Hodie Cercinnitidem vocant *Querqueni*, vel *Chercheni*; ipsam vero Cercinam, *Gameleriam*. Fretum vero quod utrasque interfluit quinque passuum millibus patere scribunt Itali. Verum nostri nautæ, quibus non minus comperta sunt hæc maria quam Italis, fossam esse potius quam fretum affirmant, quæ etiam nunc ponte jungi posset, si industria accederet. Apparet itaque neque hic naturam quidquam innovasse. In Herodoto autem nihil mutandum esse patet ex Stephano, Κυρανὶς νῆσος πρὸς Γύζαντας τὰς ἐν Λιβύῃ. Diodorus Siculus & Palæphatus hanc insulam confundunt cum Cerne in Atlantico sita Oceano. Error natus ex Hannonis periplo, illic enim Cerne insula collocatur κατ' εὐθὺ Καρχηδόνος, quod illi sic interpretati sunt, tanquam si Cerne rectà apposita esset Carthagini. Sed aliud patet ex ipso Hannone, dicit is tantundem insulam hanc à freto distare, quantum fretum à Carthagine. Κατ' εὐθὺ Græci dicunt de locis in eodem sitis pa-

promuntoria, Meninx & Cercinna: [13] contra Carthaginis sinum, Tarichiæ & [14] Ægates, [15] Romana clade memorabiles. Plures Europæ littoribus sunt appositæ. In

parallelo. Sed tum fœde hallucinatus fuisset Hanno, vicinaque admodum freto esset Cerne. Quapropter puto interpretem non recte ex Punico hæc reddidisse. Utcunque enim Hanno non accurate eum quem existimavit cursum tenuerit; satis tamen ex ipsius verbis colligi potest, non adeo erasse, ut Æthiopas & Carthaginenses collocarit sub eodem parallelo. Ptolemæus medium ferire voluit, & ex adverso Atlantis Majoris posuit Cernen. Verum hoc est geminare errorem, sic enim neque in eodem parallelo sitæ erunt Carthago & Cerne, neque eadem erit distantia à freto Herculeo. Cæterum Hannonis iter inferius interpretabimur, nunc hoc saltem operæ pretium est monere, verba illius ita male a quibusdam esse accepta, ut vicinam Carthagini insulam, nempe Cercinnam pro Cerna acceperint. Vide loca Palæphati & Diodori Siculi, & fateberis nihil certius esse, quam nugas illas, quas de Gorgonibus sive Gorgidibus, item de Amazonibus Lybissis scribunt, ex hoc uno Hannonis loco promanasse, & ex mera confusione nominum Cernes & Cercinnæ.

13. *Contra Carthaginis sinum Tarichiæ*] Sic Scylax & Strabo. In Antonini itinerario maritimo perperam *Tragreia* vel *Triajeia* appellatur.

14. *Ægates*] Ægates istæ insulæ ab omnibus vocantur. Sic quoque habent libri manu exarati Nonii Marcelli, non Ægades, uti volebat Cluverius, quia Græcum non sit alterum, sed vero Αἰγάδες dictas esse, quemadmodum Σποράδες & Κυκλάδες dicuntur. Verum hoc si esset, jam media brevis esset. At vero Silius passim producit. Omnino verum est Romanos Ægatas vocasse has insulas, non Ægadas. Sic quoque dixerunt Cassantra & Alexanter. Sed & apud Græcos, qui Αἰγαῖοι, iidem quoque Αἰγαῖον appellabantur, ut alibi monuimus.

15. *Ægates Romana clade memorabiles*] Et hanc quoque lectionem vitiosam putant, vel erasse Melam. Neutrum verum est. Clades hic est, non quam acceperunt, sed quam dederunt Romani. Accipe exemplum vel ex ipso Livio initio lib. XL. *Legationes transmarinæ deinde in senatum introductæ sunt; prima Eumenis & Pharnacis Regum, & Rhodiorum querentium de Sino-pensium*

Ægæo mari prope Thraciam Thaſos, Imbros, Samothrace, [16] Scandile, [17] Polyægos, Sciathos, Haloneſos: & quam aliquando, omnibus qui mares erant cæſis, tantum fœminæ tenuiſſe dicuntur, Atho monti Lemnos adverſa. Pagaſæus ſinus [18] Scyrum proſpicit, [19] Cicynethon amplectitur. Eubœa ad meridiem promuntorium Geræſton & Capharea: ad ſeptentrionem Cenæum extrudit, & nuſquam lata, duûm mil-

penſium clade. Sed & alibi ſic loquitur, niſi me fallit memoria, idem Livius. Cæſar. lib. VI. *Eoſque ad ſe magnis jacturis pollicitationibuſque perduxerunt.* Perperam hæc corrigunt. Simile quoque eſt illud Virgilii; *Et vulnere tardus Ulixi.* De reciprocis iſtiuſmodi vocabulis, vide Gellium lib. IX. cap. XII.

16. *Scandile*] *Scandile* legunt libri veteres. Plinio *Scandira.* Verba ejus ſic emendanda; *Cycladum & Sporadum extimam, Gerontiam, Scandilam; Thermæus, Ireſiam, Solymniam* &c. Pagaſicus nempe ſinus habet Scyrum, Gerontiam, Scandilam &c. Thermæus vero ſinus habet inſulas ſequentes. Vulgo pro Thermæo, Thermeuſin, tanquam ſi inſula eſſet aliqua, ſuppoſuerunt. Scandile vero etiamnum nomen ſuum obtinet, vocatur enim *Scandole*, licet nautæ aliquanto corruptius vocabulum hoc proferant, & *Schaſolam* appellent. Inſula hæc ab occaſu adjacet Scyro, exigua, humilis, & nullius momenti; ut neſciam prorſus; quare in tam brevi compendio auctor hic tam ignobilia recenſeat loca, cum illuſtria ſæpiſſime tranſeat.

17. *Polyægos*] Et hæc quoque ignobilis inſula, & quam neſciremus habitatam fuiſſe, niſi id nos docerent nummi veteres, cum inſcriptione ΠΟΛΥΑΙΓΙΩΝ. Sed debuerat illam inter Cycladas in mari Cretico ſitas recenſere auctor noſter, uti faciunt Plinius & Ptolemæus.

18. *Sciathum proſpicit*] Repoſuimus ex libris *Scyrum.* Sciathi enim paulo ante jam meminit.

19. *Cicynethon amplectitur*] Sic etiam Strabo & alii, qui Cicynethon inſulam in ipſo ſinu Pagaſetico collocant. Errant igitur qui hodie *Pondico* vocari exiſtimant,

millium ſpatium habet ubi arctiſſima eſt: cæterum longa, totique Bœotiæ appoſita, [20] anguſto freto diſtat à littore. Euripon vocant, rapidum mare, & alterno curſu [21] ſepties die ac ſepties nocte fluctiMm 3

mant, quæ eſt longe extra ſinum, nempe ad boreale Eubœæ promuntorium. Hæc vero inſula ſita eſt in ſinu, quem vulgo vocant *Golfo de Volo*, nautis noſtratibus ſatis noto. Male apud Ptolemæum vocatur Πελασγικὸς pro Παγασητὸς. Os hujus ſinus patere tantum ſtadiis quinque prodit auctor quem ſub falſo Scylacis nomine edidimus. Sed legendum; Τὸ δὲ στόμα αὐτῆς ἐστὶ σταδίων πέ.

20. *Anguſto freto diſtat à littore*] Ridiculi ſunt, qui ex Procopio adſtruere conantur, Euripum tam anguſtum eſſe, ut uno ligno totus poſſet tegi & tranſiri. Verum longe aliter ſeſe res habet. Pons Euripi jugeri ſpatium obtinet, ſive pedum ducentorum quadraginta longitudinem. Strabo vocat γεφύρων διαλειθρον. Pons iſte etiamnum hodie exſtat integer. Quare autem Procopius dixerit Euripum tranſiri unius ligni impoſitione aut ablatione, id ex ſequentibus Strabonis verbis intelligi poteſt. Πύργος δ' ἑκατέρωθεν ἔφέστηκεν ὁ μὲν ἐπὶ τῆς Χαλκίδος, ὁ δ' ἐπὶ τῆς Βοιωτίας. διωκοδόμηται δ' εἰς αὐτὸν σύριγξ. Locum ita in veteribus libris concipi monent viri docti, qui tamen illum non intellexerunt. Διοικοδομεῖν proprie eſt ædificationem ſeparare & dividere, locumque intermedium vacuum relinquere. Dicit itaque Strabo, pontem iſtum Euripi non eſſe continuum, neque perpetuis fulciri fornicibus, ſed ab ea parte, qua eſt turris litori Bœotico vicina, habere unum canalem, qui ſit apertus, quemque præſidiarii turris ponte penſili ſoleant tegere, tum ſecuritatis gratia, tum etiam ut navibus pateat tranſitus. Hoc illud eſt lignum, quod Procopius dicit, Eubœam modo inſulam facere, modo continenti jungere. Ab hoc porro ponte multi Chalcidem, totamque adeo Eubœam, Nigropontem dictam putant. Alii non *Negropontem*, ſed *Egripontem* vocarunt tanquam pontem ægrorum. Apud Chriſtophorum vero de Bondelmontibus, qui ante annos CCXXXIV. librum de inſulis edidit, inſula hæc appellatur *Egrippos.* Omnino exiſtimo hoc vocabulum corruptum eſſe ex *Euripos.*

21. *Septies die ac ſepties nocte*] Locus

fluctibus invicem versis, adeo immodicè fluens, ut ventos etiam [22] ac plena ventis navigia frustretur. Aliquot in ea sunt oppida, Istiæa, Eretria, Pyrrha, Nesos, Oechalia: verum opulentissimæ Carystos & Chalcis. In Atthide Helene est, nota stupro Helenæ, & Salamis excidio classis Persicæ notior. Circa Peloponneson etiam nunc in Ægæo Pityusa, & Ægina

Locus recte sese habet, plurimique veterum id ipsum dixerunt. Negat Livius, ac non statis temporibus fretum hoc reciprocari adfirmat, sed temere à ventis huc illuc jactari. Verum natura nihil temere facit. Utrumque verum est, Euripum habere & statum fluxum, & non statum, qui totus à ventis pendeat. Status Euripi fluxus est qui singulis diebus ac noctibus quater cursum mutat, sive qui bis fluit & refluit, quemadmodum alia maria. Instabilem vero cursum efficit Auster & Eurus præcipue, qui in angustias compulsum mare ad tempus retroagit. Quia vero æstus tum colliduntur, necessario utrinque refluunt, quemadmodum & in Magellanico, & in aliis etiam fretis. Hinc fit ut spatio diei septies aliquando Euripus, cursum mutet, nunquam vero sæpius. Theon Smyrnæus de septenario. Οἱ Εὔριποι τὸ πλεῖστον ἑπτάκις τῆς ἡμέρας μεταβάλλεσι. Male hæc interpres intellexit, tanquam si septies in die æstuaret & reciprocaret Euripus. Hoc enim non fit nisi spatio diei noctisque. Alia est ratio freti Siculi; in eo enim licet flante austro fluctus utrinque venientes collidantur, non tamen omnes redeunt. In freto quippe latiore undæ cursum dividunt. Qui ab austro veniunt fluctus, illi Italico adhærent litori. Qui vero à borea, illi Siculum radunt latus. Peritiores itaque nautæ ab austro fretum hoc transituri, semper vitant litus Siculum. Venientes autem à borea, per mediam charybdin cursum dirigunt. At vero in freto Euripi, quia canalis intimus est angustissimus, nec fluctus progredi potest, necessario undæ utrinque venientes in sua relabuntur maria. Hæc nautis nostratibus cognitissima, & quotidiana experientia comprobata, quæ tamen mirifice torserunt omnes hactenus Philosophos.

22. *Ac plena ventis navigia frustretur*] Et hic & infra veterem

na Epidaurico littori proxima, Trœzenio Calàuria inter ignobiles, alias letho Demosthenis nobilis. In Myrtoo Cythera contra Maleam. Oenusa & Theganusa contra Acritam. In Jonio Prote, Hyria, Cephalenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium: & inter non ignobiles, Ulyssis nomine Ithaca maximè illustris. In Epiro Echinades, & Strophades, olim Plotæ. Contra Ambracium sinum Leucadia, & vicina Adriatico mari Corcyra: hæ Thracum Graiorumque terris objacent. At interius Melos, Oliaros, Ægilia, [23] Cothon, Ios, Thia, Thera, Gyaros, Hip-

rem lectionem reduximus, quam in pejus mutarant.

23. *Cathon, Ios, Thera, Gyaros*] Jam à Plinii seculo locus hic in mendo jacuit. Omnia hæc nomina in suam transtulit historiam, nec situm, nec vocabula vera secutus, adeo ut facile appareat, illum vitioso Pomponii codice esse usum, uti jam multis locis ostendimus. Verum quo hoc manifestius appareat adscribam & Melæ & Plinii verba, quemadmodum ea exstant in manu exaratis libris. Sic itaque Mela; *Hæ Thracum Grajorumque terris objacent. At interius Melos, Olearos, Ægina, Cothonius, Tyatira, Gyaros, Hippuris, Dionysia, Cianos, Chalcis, Icaria, Pinaria, Nispyros.* Plinii vero vetus lectio hæc est lib. IV. cap. XII. *Ante Ætoliam Echinades, Ægialia, Cothonis, Tyatira, Gæoaris, Dionysia, Cyrnus, Chalcis, Pyrana, Nystrus.* Quis non videat Plinium ex Mela vocabula hæc hausisse, eademque prorsus esse nomina, Ægina & Ægialia, Cothonis & Cothonius, Tyatira, Gyaros & Gæoaris, Dionysia, Cyanos & Cyrnus, Chalcis, Pinaria & Pinara, Nispyros & Nystrus? Omnino itaque erravit Plinius, quod vitiosi codicis nomina in opus suum transtulerit. Verum & in eo insigniter erravit, quod insulas has ad Ætoliam collocarit, cum omnes in Mari Cretico sitæ sint. Hoc quo facilius accipiatur, adscribam verba Pomponii, non quem-

Hippuris, Donuſa, Cia, Icos, Chalcia, Icaria,

quemadmodum ea legit Plinius, ſed quemadmodum ea emendanda eſſe exiſtimo. *Hæ Thracum Grajorumque terris objacent. At interius Melos, Oliaros, Ægilia, Cothon, Jus, Thia, Thera, Gyaros, Hippuris, Donuſa, Cia, Icos, Chalcia, Icaria, Cinara, Niſyrus.* Jam ſingularum ſitum breviter demonſtremus. Melos & Oliarus notæ ſunt. Ægiliæ meminit Stephanus, qui inter Cretam & Peloponneſum collocat. Plinius inter Cretam & Cytheram, à qua remotam eſſe dicit quindecim paſſuum millibus. Varie autem hujus inſulæ nomen exprimitur, Æglia, Ægilia, Ægialia. Ptolemæo Ἔωλα manifeſto errore pro Αἴγιλα Nautæ & Veneti Serigottum, ſive Cytheram minorem appellant. De Cothone inſula idem Stephanus, Κάθων νῆσος ἐ πόρρω Κυθήρων. Ios nota tumulo Homeri. Thia eſt illa inſula quæ inter Theram & Therasiam emerſit, imperante Auguſto. Theræ ſitus notus ex omnibus. Unus tamen Strabo neminem fallere debet, cum Theram & Therasiam collocat inter Cretam & Cyrenen libro primo, quem male ſecutus eſt Stephanus Byzantius. Verum ipſe ſibi contradicit Strabo lib. x. ubi verum Theræ ſitum oſtendit. Gyaros etiam pueris nota. Sequitur Hippuris, cujus meminit Apollonius lib. IV, qui illam Theræ vicinam facit. Plinio duæ diverſæ ſunt inſulæ Hippuris & Hippurias. Sic namque legunt vetuſti codices, non Hippuriſſa, aut Hippuriſcus, uti maleſubſtituit Hermolaus. Sed quis adeo Græce ignarus, qui non videat idem eſſe Ἱππυρὶς & Ἱππυρία, & ejuſdem inſulæ nomen? Hippuriſcus vero Stephani vitioſum eſt vocabulum. Ἱππυρίσκος νῆσος Καρίας. Manifeſte hæc appellatio conflata eſt ex duabus vocibus, nempe Ἱππυρὶς & Κῶς. Simili ratione ex Μαινάκη & Ἔβορος ipſum Μαινόβορον feciſſe ſuperius oſtendimus. Donuſæ vero cum alibi, tum quoque apud Euſtathium in Dionyſium fit mentio, cujus verba ita legenda; Σποράδες δὲ λέγονται αἱ πρὸς τῇ Ῥόδῳ Δονυσία, ἣν τινες Φολεγάνδρου φασὶν ἔκπεσεῖν. διόνυσος γὰρ Διονυσία τις ἐστὶν· ἐπεὶ Διονύσου τοῦ Ἀριάδνην εἰς αὐτὴν ἐκ τῆς Νάξου ἠγαγόντος. Idem habet Stephanus. Sed inepte Dionyſiam à Dionyſo dictam volunt. Verum enim nomen eſt Donuſa, Græce Δονῦσα. Sic quoque Tacitus Annalium quarto. Sic quoque apud Virgilium legendum *virudemque Donuſam*. A crebra terræ concuſſione, qui & hæc, & omnes fere vicinæ

Icaria, Cinara, Niſyros, [24] Lebynthos,
115 Calymnia, Syme. Hæ, quia diſperſæ ſunt, Sporades. [25] Ab eis Cythnos, Siphnos, Seriphos, Rhene, Paros, Syros, Tenos, Myconos, Naxos, Delos,

vicinæ inſulæ ſunt obnoxiæ, nomen ſortita eſt. Cia, Icos, Icaria ſive Icarus, item Niſyros ſatis ſunt notæ. Niſyri tamen appellatio ſæpe in aliud vocabulum deformata occurrit. Apud Pollucem lib. VII. cap. XXIII. Syrum aut Iſyrum ſubſtituerunt. Apud Ariſtotelem de hiſtoria animalium lib. IX. ubi agit de ſaxatili avicula Cyano dicta, Scyrum repoſuerunt, cum libri manu exarati habeant; ἔστος ὁ ὄρνις οὗ ἰσύρῳ μᾶλιστα ἐστι, manifeſte pro Νισύρῳ. Sed & Chalcia ſive Chalce Rhodiorum non ignota eſt. Supereſt Cinara, cujus meminit Plinius, licet vulgo apud ipſum Cynara legatur, cum vetuſti libri habeant *Cinara*. Athenæo & Plutarcho eſt Κίναρος. Verum quia apud Melam Cinara mutata fuit in Pinaram à librariis, quibus ſolenne eſt C in P commutare, non mirum eſt Plinium vitioſam ſecutum lectionem, duas feciſſe inſulas. Sed & alias ſuprà memoratas inſulas quare geminarit, & ad Ætoliam collocarit, cum omnes in Mari Ægeo, ut oſtendimus, ſitæ ſint, ſatis ut opinor jam clarum eſt. Pergamus ad reliquas Sporadas.

24. *Lebynthos, Calydnæ, Aſtne,*] Sic correctores, verum libri antiqui manu exarati ſic legunt. *Lebynthos, Caminis, Aſtme.* Et hanc quoque vitioſam lectionem ſecutus eſt Plinius, & inde inſulam Caminiam vel Caminiſam, ut habent aliqui codices ſcripti, in ordinem inſularum repoſuit. Dum ſic facit non mirum eſt catalogum inſularum, quam in hoc mari recenſet Plinius, admodum eſſe locupletem, recurrente ter & quater eadem ſemper inſula. Sed profecto nulla hic unquam Caminia inſula fuit. Proculdubio ſcripſerat Mela; *Lebynthos, Calymnia, Syme.* Calymna & Calymnia utrumque rectum eſt, ut teſtatur Stephanus. Aliter Calydna, aut Calydnæ dicuntur iſtæ inſulæ. Hinc mel Calydnium, appellatur quoque mel Calymnium, ut ex Stephano teſtatur Euſtathius in Dionyſium. Porro Lebynthum cum hac inſula conjungit etiam Ovidius, cum in libris de arte amandi, tum quoque Metamorphoſeon VIII. *Dextra Lebynthos erat, fœcundaque melle Calymne.* Syme vero Rhodiaca nota eſt ex omnibus.

25. *Ab eis Sicinus*] Sicinus non

Andros: quia in orbem jacent, Cyclades dictæ sunt. Super eas jam in medio mari, ingens & centum quondam urbibus habitata Crete, ad orientem promuntorium Samonium, ad occidentem κελῆ μέτωπον immittit: nisi major esset, Cypri similis: multis famigerata fabulis, adventu Europæ, Pasiphaës & Ariadnæ amoribus, Minotauri feritate fatoque, Dædali operibus & fuga, [26] Tali statione atque morte: maximè tamen eo, quod ibi

non est inter Cycladas. Vetus lectio est *Cicynos*. Feci *Cythnos*. Quæ sola hic deerat.

26. *Tali statione atque morte*] Bene hunc locum sic emendavit Pintianus, cujus conjecturam confirmant optimi codices. Ærei hujus gigantis, qui singulis diebus totam circumibat Cretam, quemque veneficiis suis sustulit Medea, meminere complures. Historiam fusè describit Apollonius in Argonauticis. Catullus epigr. ad Camerium, vocat hunc custodem Cretum; *Non custos si fingar ille Cretum*, quod perperam de Dædalo interpretati sunt omnes hactenus interpretes. Dosiadas in Ara secunda vocat γηάλκεον ἔργον. Miror hoc non vidisse viros magnos, qui frustra in poëmatiis istis exponendis laborarunt. Ultimus qui manum admovit est Salmasius, qui omnia ista Dosiadæ poëmatia, una cum inscriptione Herodis Attici, cum prolixa expositione in lucem dedit. Sed profecto in omnibus istis explicationibus nihil omnino est, quod alicujus sit momenti, quod non hauserit ex Scholiis Holoboli Rhetoris, quem totum descripsit, nulla tamen ullibi facta ejus mentione. Geminum istorum scholiorum nactus sum exemplar, alterum Sylburgii, alterum Commelini manu descriptum. Sed & tertium communicavit Lucas Langermannus Hamburgensis, juvenis imprimis eruditus, & de nobis optime meritus, depromptum ex eodem illo codice quo usus est Salmasius, quo & Anthologia Græcorum epigrammatum continebatur. Verum nihil ipsi hic profuit Holobolus, quoniam eum non intellexit. Ipsam hic subjiciam aram, unde hoc manifestum fiat.

εἰμαρ-

ibi sepulti Jovis penè clarum vestigium sepulcrum est, cui nomen ejus insculptum esse

εἰμάρσεν· με φῆτις
πόσις, μέροψ, δίσαβ·
πεῦξ', ἐ σποδάλνας, ἵνις ἐμπάσσις, μάθος
Τάυκρηιο βάπα ἢ κωὸς τεκνώματος,
Χρύσας αἴπυς· ἅμος ἔψανδρε·
τὸν γηάλκεον ἔρον ἐρρᾶισεν,
ὃν ὠπάτως δίσεω·
μόρησε μητρόρριπτος.
ἐμὸν δὲ πεῦγμ' ἀφρήσας
Θεοκρίτοιο κτάνῃς,
Τελεσπέρηιο καύπας,
αἴ ἴξεν αἶν' ἰύξας,
Χάλεψε χάρᾳ νιν ἰῷ
σύργαστρος ἐνδὺς γῆρυς.
Τὸν δ' εἰλινδυντ' ἐν ἀμφικλύστῳ
Πανός τε μητρὸς δύνεπας, φὼρ
δίζω·, ἵνις ἀνδροβρῶ Τ', ἐνορρώσαν
ἦρ' ἀρδίων εἰς Τάυκρεί' ἄγαγεν τρίπορθον.

In ipso codice erat εἰμ' ἄρσεν·. Unde faciebat Salmasius Ἡμάρσεν·. Sed quid virile in Medea? An quod venefica fuerit? Nos rectius εἰμάρσεν·. Medea enim veneficio detecto Theseum fugiens, virilem induit stolam, & sic in Mediam fugit, unde Medicæ stolæ originem arcessunt Grammatici. Πόσις μέροψ hic est maritus Thessalus: nam Meropes Thessali. Δίσαβ· est ὁ δὶς ἠβήσας, nempe Jason, cui Medea juventam coquendo reddidit, ut senserunt multi, licet alii id Æsoni factum contendant. Οὐ σποδάλνας, recte se habet. Sensus est; Me aram posuit Medeæ maritus Thessalus, Jason nempe, non Achilles. Duos namque maritos habuit Medea, Jasonem in Thessalia, & Achillem in insulis beatorum. Achillem enim postquam ad Elysium per-

esse accolæ ostendunt. Urbium notissimæ, Gnosos, Gortyna, Lyctos, Lycastos, Holo-

perveniſſet campum, Medeam conjugem duxiſſe, ex Ibyco & Simonide teſtatur Apollonii Scholiaſtes, Heſychius, Conon apud Photium & alii. Male hæc corrigit Salmaſius, & pejus interpretatur. Σποδιάνας vero hic dicitur Achilles, quia cinere illum texit mater, uti docent Lycophron, & alii. Ipſa vero Thetis quare hic Ἐμπούσα vocetur, notum ex omnibus. Quod autem Achillem vocet mortem Paridis; cum ipſe à Paride occiſus ſit, id tralativum. De reciprocis iſtiuſmodi vocabulis vide Gellium lib. IX. cap. XII. & quæ nos paulo ante monuimus. Chryſæ autem amator hic dicitur Achilles propter Chryſeidem, quæ Chryſenſis erat. Sequitur nunc tempus quo Jaſon aram hanc exſtruxit. Quando nempe viricoqua, id eſt, Medea; cuſtodem æreum, id eſt Talum gigantem, veneficiis ſuis perdidit. Hunc autem Talum fabricarat Vulcanus. Μόγησε hic eſt μετὰ μόχθων τὴν κασιγνήτης ἐπεκτήσατο. Vulcanus vero hic dicitur ἀπάτωρ, quoniam ex ſola natus eſt Junone, δισσὸν quia duas habuit conjuges Venerem & Charin; μητροπάρτος vero à ſola matre projectus tanquam ὄχθος ἐτώ-

σιον. Sequentia ſunt faciliora, ita vero, ut edidimus, in veteribus libris concipiuntur. Ἰύξας αἶνα idem eſt quod ἰώνξεν quod perperam addiderant ejecto altero. Idem codex Palatinus manifeſte habet ἰνοῤῥαίσσων non ἰλιοῤῥαίσσας. Sed utrumque verſus reſpuit. Vera eſt lectio, quam exhibemus. Ανδρογεῶ genitivus Doricus pro ἀνδροβρεῶτος. Totius autem aræ ſenſum ſic quam proxime Latine reddas. *Viriliter amicta me mulieris maritus Theſalus, bis juvenis, ſtruxit; Jaſon nempe; non vero alter Medeæ maritus in cinere cubans, filius Thetidis, Chryſeidis amator, qui occiſus eſt à Trojano bubulco, canis filio. Tunc vero me poſuit, cum viricoqua Medea, ſereis membris præditum Cretæ cuſtodem Talum, perdidit, quem Vulcanus ſine patre natus, duarumque uxorum maritus, à matre vero projectus, cum labore exſtruxerat. Meum vero monumentum cernens dearum judicis Paridis interfector Philoctetes, Trinoctii Herculis uſtor, exiliit vociferans graviter. Læſerat enim eum veneno ſerpens depoſita ſenecta. Hunc autem Philoctetem hærentem in inſula Lemno, Panis matris conjux ac bis vivens fur, Ulyſſes nempe, ac præterea Diomedes filius virivori Tydei, nervi-*

Holopyxos, [27] Panacra, Cydonia, Ma-
135 rathuſa, Dictynna. Inter colles, quod ibi nutritum Jovem accepimus, fama Idæi montis excellit. Juxta eſt Aſtypalæa, [28] Naumachos, Zephyre, Chryſe, Gaudos, & quas Muſagoros numero tres, uno
140 tamen vocabulo appellant: atque unde Carpathio mari cognomen eſt, Carpathos. In Adria [29] Apſoros, Dyſcelados, Apſyr-

nerviperdarum gratia ſagittarum, ad Trojam deduxerunt ter captam, ab Hercule ſcilicet, ab Amazonibus, & denique à Græcis. Hic eſt verus ſenſus antiquiſſimi hujus epigrammatii, à quo mirum quantum abiit Salmaſius, cujus ſi interpretationem ſequare, jam nec ſenſum efficies, plurimum vero peccabis in leges Grammaticæ. Quam enim hoc abſurdum, quod Heroum fortiſſimum ἐυανδρον vocet, ac feminam faciat. Quis concoquere poſſit θωὸς vocabulum, adverſantibus præſertim membranis in quibus ἔνον, in aliis vero rectius ἔθον ſcribitur? Sed ſane quæcunque vir iſte ad hanc aram annotavit, talia ſunt, ut confutatione non egeant. Ne in cæteris quidem Doſiadæ poëmatiis explicandis multo fuit felicior. Quamvis enim Holoboli Rhetoris ſcholia ubique ad verbum deſcripſerit, ejus tamen mentem non adſecutus eſt ubique. Verum quia ab inſtituto jam longius ſumus digreſſi, in aliud hæc tempus reſervabimus.

27. *Phaſtus, Cydon*] Vetus lectio eſt *Phacrana, Cidonea*, unde faciendum erat; *Panacra, Cydonia*, &c. Πανάκρων meminit Callimachus hymno in Jovem. Attamen cum in aliis Melæ codicibus, & illis quoque vetuſtis, legatur, *Pherapne*, dubitet aliquis, num ſcribendum ſit *Therapne*. Therapnes vel Theramnes in Creta meminit Plinius & Solinus, licet hujus nulla prorſus debeat eſſe auctoritas. Plinius vero ex corrupta Melæ lectione oppidum iſtud forſan hauſit. Solas enim Laconicas Therapnas alii norunt Geographi.

28. *Naumachos*] Sic omnes manu exarati libri, Plinio *Naulochos*, quod verius.

29. *Apſoros, Celaduſæ, Apſyrtus, Iſſa*] Et hæc quoque ex Plinio depravata ſunt. Vetus lectio quam exhibent omnes manu exarati codices ita ſeſe habet; *In Adria Apſoros, Dicedalos, Apſyr-*

syrtis, Issa, [30] Pityia, Hydria, Electrides, nigra Corcyra, Tragurium, Diomedia, [31] Æstria, Sason, [32] atque ut Alexandriæ, ita Brundusio adjacens Pharos. Sicilia (ut ferunt) aliquando continens, & agro Brutio annexa: post freto maris Siculi absciſſa est. Id angustum & anceps alterno cursu modò in Thuscum, modò in Ionium pelagus perfluit, atrox, sævum,

Apsyrtis, Issa. Scribendum *Dyscelados.* Ex Apollonio Rhodio, quem diligenter legit auctor noster, ut ex aliis quoque apparet locis, hausit hanc insulam, nempe ex hoc versu lib. IV.

Ἴσσα τε δυσκέλαδός τε ἰὼ ἴμερτή Πιτύεια.

Insulæ nomen putavit esse δυσκέλαδον, cum sit epitheton Issæ, à strepitu undarum quibus hæc insula adfligitur. Hic primus Pomponii error. Alter error est, quod Apsorron & Apsyrtida tanquam diversas prodiderit, cum eadem sit insula, & idem nomen, alterumque ex altero corruptum esse adfirment veteres. Nisi forsan duas putarit esse insulas, quia divisa est in medio ac ponte jungitur, oppidoque, in quo solo vetus remanet nomen: appellatur enim *Osero*, vel *Asuero*, voce manifeste corrupta ex Apsoro. Celadussas vero suas manifeste ex hoc Pomponii loco hausit Plinius.

30. *Trucones, Hydria Electrides*] Trucones hic reposuerunt, cum antea *Titana* legeretur, quemadmodum fere habent libri manu exarati, nisi quod in quibusdam *Citana*, & *Tituna* scriptum sit. Legendum *Pityia* ex Apollonio.

31. *Æstria, Asine*] *Æstria* vel *Estria* videtur ea esse, quæ Anonymo, qui sub Scylacis prodiit nomine, vocatur Εἴστρος. Asine alibi non exstat, corruptum censeo hoc vocabulum, & legendum *Sason*, quæ notissima est in hoc tractu insula, quamque præterire non debuit.

32. *Atque ut Alexandriæ ita Brundusio adjacens Pharos*] Et hic errasse Pomponium existimo, ac confudisse duas insulas, Bariam & Phariam sive Pharum, quia nempe utraque in sinu Ionio sita est. Pharos, Paros, sive Pharia, oræ Liburnicæ insula, quæ nunc *Liesina* dicitur, nota est omnibus. Baria vero dicebatur olim scopulus sive insula, quæ

sævum, & Scyllæ Charybdisque sævis nominibus inclytum. [33] Scylla saxum est, Charybdis mare, utrunque noxium appulsis: ipsa ingens & tribus promuntoriis in diversa procurrens, Græcæ literæ imaginem, quæ Delta dicitur, efficit. Pachynum vocatur quod Græciam spectat: Lilybæum, quod in Africam: Pelorias, quod in Italiam vergens Scyllæ adversum est: causa nominis Pelorus, gubernator ab Annibale ibidem conditus: quem idem vir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti videbantur continua esse littora, & non pervium pelagus, proditum se arbitratus occiderat. Ab eo ad Pachynum ora quæ extenditur Ionium mare attingens, hæc fert illustria, Messanam, [34] Tauromi-nium, Catinam, Megarida, Syracusas, & in iis mirabilem Arethusam. Fons est in

quæ adjacet portui Brundusino, tribus circiter passuum millibus ab urbe remota, quingentos lata, duplum vero in longitudine habens. Meminit hujus Festus Pompejus; *Barium urbem Italiæ appellaverunt conditores ejus expulsi ex insula Baria, quæ non longe est à Brundusio.* Sic codex meus antiquus, male vulgo *Bara.*

33. *Scylla saxum est, Charybdis mare*] Viri docti putant hic excidisse vocabulum, & scripsisse Pomponium, *mare vorticosum*; sed errant. Referenda enim huc verba quæ sequuntur, *mare noxium appulsis*, quod perinde est, ac mare vorticosum. Paulo post ex membranis antiquis reduximus τὸ *Pelorias*, ubi vulgo est *Pelorum.*

34. *Taurominium, Catinam*] Hæc

in quo viſuntur jacta in Alpheum amnem, ut diximus, Peloponneſiaco littori infuſum: unde ille creditur non ſe conſociare pelago, ſed ſubter maria terraſque depreſſus, huc agere alveum, atque hîc ſe rurſus extollere. Inter Pachynum & Lilybæum Acragas eſt, Heraclea, & Thermæ. Inter Lilybæum & Pelorida Panormus & Himera. Interius vero Leontini, Centuripinum, & Hybla, aliæque complures. [35] Famam habet ob Cereris templum Enna. Præcipui montium Eryx maximè memoratus ob delubrum Veneris ab

Hæc eſt vetus lectio. Non recte Catanam paſſim reponit Cluverius, tanquam ſi alterum recens eſſet, cum tamen in antiquiſſimis etiam auctoribus ita ſcriptum urbis hujus nomen reperiatur. Sic ſolent Latini vocales iſtas permutare, τρυτάνη trutina, πατάνη patina, Μασσαλία Maſſilia, Μασσανίσσης, Maſiniſſa, Μιθριδάτης Mithridates & ſexcenta alia.

35. *Famam habet ob Cereris Templum Enna præcipua*] Locus hic ſic emendandus & diſtinguendus erat; *Famam habet ob Cereris templum Enna. Præcipui montium, Eryx maxime memoratus ob delubrum Veneris ab Æneæ conditum, & Ætna quæ Cyclopas olim tulit* &c. Veneris autem Erycinæ templum præter Melam, etiam alii ab Æneæ exſtructum ajunt, plures tamen ab ipſo Eryce. Sed mirum videri poſſit, quare ſi Æneas templum hoc condiderit, ipſe tamen id ſpoliarit, auferendo ſignum Veneris. Ita videtur. ſenſiſſe Caſſius Hemina apud Solinum, cum ait Æneam in agro Laurente poſuiſſe caſtra, ibique ſimulacrum, quod ſecum ex Sicilia advexerat, dedicaſſe Veneri matri, quæ Frutis dicitur. Locus hic Solini minime eſt vitiatus, ut recte judicat Scaliger. Longa ſunt & frigida quæ contra illum diſputat Salmaſius, dum lectionem, quam alter improbat, conatur reducere. Dicit Hemina, Æneam ſimulacrum Veneris, quæ erat in Sicilia, nempe Erycinæ, in agrum Laurentem advexiſſe, atque illic dedicaſſe in alio templo Veneris, quæ dicta ſit Frutis. Illud autem templum, non erat Romæ, ſed in agro Laurente, ut manifeſte hic dicit Hemina. Tria itaque in Latio erant fana Erycinæ, unum in Capitolio, alterum extra portam Collinam, in quod Cl. Marcellus tranſtulit ex Sicilia ſimulacrum Veneris, tertium vero antiquiſſimum in agro Laurente, ab Æneæ conſecratum, ut putabat Hemina. Cum itaque Venus Erycina tam nota Romæ fuerit, ut ne pueri quidem illam ignorare potuerint, ineptum eſt credere Verrium Flaccum, aut Paulum, vel ipſum etiam Solinum hoc neſciviſſe. Sed neque librarios hic quidquam commiſiſſe, docet conſtans ubique lectio, & ipſe literarum ordo apud Feſtum. Aut igitur ex Ἀφροδίτη corruptum eſt hoc vocabulum, ut Scaliger putabat, aut quod potius exiſtimo, quæ prius erat Venus Erucitis, à caſcis illis Latinis, nihil niſi ſtivam & meſſes curantibus, facta eſt *Venus Fructis*, vel *Frutis*. Notum enim veteres *fructem* dixiſſe & *frutem*, à recto caſu *frux fructis*, vel *frutis*, unde *frutex* & *frutico*. Pari ratione ab Ægeſta, quod eſt vicinum Eryci in Sicilia oppidum, ipſi fecere deam Segeſtam vel Segetiam, quæ ſegetibus præeſſet, quemadmodum altera ſationi. Rectum eſt itaque apud Auguſtinum Fructi Seia vel Frutis Seia, ac ſic quoque optimus noſter codex. Ab hac Fruti Scaliger putabat Frutillam appellari. Salmaſius dicit Scaligerum nugari, ac fritillam dicit aviculam iſtam appellari, à fritinniendo, quoniam ſit motacilla, ac hunc producit gloſſarii locum; Ἴυγξ, *fritilla*, *avis quæ aſſidue caudam quatit*. Sed profecto ipſe multo gravius nugatur, quam Scaliger. Licet ſexcenta gloſſaria & totidem Scholiaſtæ id affirmarent, quis non videret illos ineptire, cum iyngem & σεισοπυγίδα ſive motacillam eandem faciunt? Quis unquam iyngem vidit caudam motitare? Iynx duos utrinque habet digitos; quod paucis tantum convenit avibus, nemo

185 ab Æneæ conditum; & Ætna quæ Cyclopas olim tulit, nunc aſſiduis ignibus flagrat. De amnibus Himera referendus, quia in media admodum ortus, in diverſa decurrit, ſcindenſque eam utrinque, alio
190 ore in Libycum, alio in Thuſcum mare devenit. Circa Siciliam in Siculo freto

est Æææ, quam Calypso habitasse dicitur. Africam versus Gaulos, Melita, Cosura: [36] propius Italiam Galata, & illæ

nemo unquam tales conspexit motacillas. Jam vero magnitudo corporis, lingua serpentina cæteraque, adeo diversam faciunt motacillam ab iynge, ut stultum sit eas confundere. Ipsum præterea vocabulum fritillæ, & etymon quod adfert, nullius sunt momenti. Omnino scribendum ἴυγξ *fricilla* vel *frigilla*. Nempe quia apud Aristotelem vel alium, iyngem paulo majorem frigilla esse legerat, simile per simile interpretatus est, ac sic tres in unum confudit aviculas, motacillam, frigillam & iyngem. In loco Catulli emendando, quem subdit, nihilo magis est felix. Ait namque, nullo tamen autore fretus, σαλοπύγιον vocari motacillam ἀπὸ τῦ σαλεύειν τὸν πυγὴν. Addit dein Catullum sic appellasse Calvum hominem pusillum & adsidue subsultantem & fringutientem. Sed sane Calvus iste si omnium Romanorum cum Cicerone disertissimus fuerit, non tam ridiculus fuit orator. Minime certe talis visus Vatinio, cum in hæc verba erumperet; *Rogo vos judices, num si iste disertus est, ideo me damnari oportet?* Parum præterea urbanus & officiosus erga amicum suum fuisset Catullus, si tam obsceno vocabulo eum pupugisset. Sed quid verbis opus. Miseret me non Turnebi tantum, ut inquit Scaliger, sed & ipsius Scaligeri, & Salmasii, quod tales nugas produxerint, cum veram lectionem ac jam ab aliis approbatam, ob oculos habuerint. *Dii magni salicippium disertum.* Quid urbanius hoc dicto Catulli, quodque ne vel ipse Calvus male interpretari potuerit? Ipse si quidem cum cippum ascendit, ut constat ex Seneca, non infitiatus est staturam suam. Hoc Latinum vocabulum, dignum populo Romano, ac sensui Senecæ conveniens. Sed & antiquissimi codices hanc lectionem confirmant. *saliiputium* habent veteres membranæ Senecæ. At vero optimus Catulli codex, qui olim fuit Commelini, manifeste hoc loco legit *saltipicium*.

36. *Propius Italiam Galata*] Ptolemæo Καλάθη, & hic quoque nimium longo intervallo ab Africæ litore insulam hanc separat. Verum minus erat quam Mela, qui eam Italiæ propiorem facit, quam sit Melita, Gaulos & Cosyra. Hodie *Galita* nominatur, ac vicina huic insula, seu scopulus potius, *Galitone*. Viginti circiter passuum millibus

195 læ septem, quas Æoli appellant, Osteodes, [37] Lipara, Heraclea, Didyme, Phœnicusa, ac sicut Ætna perpetuo flagrantes igne Hiera & Strongyle. Sed [38] Pithe-

libus abest à continente Africæ, à Tabraca vero insula millibus fere quadraginta. Plinius tradit hujus insulæ terram scorpiones necare. Sed nulla hic proprie exstat terra, cum tota insula sit sterile saxum, ac ne gramen quidem aut muscum producat. Mirum itaque non est, scorpiones in tali loco non esse, ubi ne musca quidem vivere possit. Huc accedit quod scorpiones naturali quadam constitutione oderint loca aprica, ac plurimum in iis moriantur, vigeant autem in obscuris & humidis. Longitudo hujus insulæ vix est duorum millium passuum. Quamvis commodam navibus præbeat stationem, hodie tamen non habitatur, forsan neque olim.

37. *Lipara, Didyme, Phœnicusæ*] Et hæc quoque pessime erant contaminata. Veterem reduximus lectionem, quam mirifice corruperant priores interpretes. Pro *flagrant* rescripsimus *flagrantes*, in cæteris secuti sumus veteres libros. Recte vero Hieram & Strongylen tantum nominat quæ ardeant, similiter quoque facit Diodorus Siculus. Sed & hodie quoque id verum est. Cæteras tamen & illas quoque aliquando arsisse, manifeste ex crateribus & ambustis quarundam verticibus colligi potest.

38. *Pithecusa, Leucothea, Ænaria*] Pithecusas & Ænariam plerique eandem esse dicunt, Livius tamen & Ovidius distinguunt, & Prochytam sic vocant. Sic alia nomina in alias sæpe transferuntur insulas. Sic ex Oenotridum altera, vocabulum Ischiæ in Ænariam translatum est. De Ænariæ autem nomine nugantur Grammatici, & ipse Plinius cum ab Ænea dictum volunt. Ridiculus vero est Salmasius cum Enariam dici jubet, & dictam scribit ab *enariis*, id est simiis, quia scilicet sint sine naribus. Locum Servii quem adfert, ex Strabone emendandum esse vel puer videat. Ab æ-rifodinis dicta est hæc insula. Ut enim ab *ære* fit *ærarius*, sic ab *aheno* facta est *Ahenaria* vel *Ænaria*. Prodigiosa fertilitatis est hæc insula, non iis tantum quæ summa tellure nascuntur, sed & metallis adeo abundat, ut tota auro, argento, ære, ferro, sale, aliisque fossilibus, videatur substerni, ut mirum prorsus sit, tantam varietatem in tam brevi spatio naturam inclusisse.

cuſa, Leucothea, Ænaria, [39] Sinonia, Capreæ, Prochyta, Pontiæ, Pandateria, Phitonia, Palmaria, Italico lateri, citra Tyberina oſtia objacent. Ultra aliquot ſunt parvæ, Dianium, [40] Igilium, Carbania, Urgo, Ilua, Capraria. Duæ grandes, fretoque diviſæ Corſica & Sardinia, quarum Corſica Etruſco littori propior inter latera tenuis & longa, præterquam ubi Aleria & Marianæ coloniæ ſunt, à barbaris colitur. Sardinia Africum pelagus attingens, niſi quod in occidentem quam in orientem anguſtius ſpectat, par & quadrata undique, & nuſquam non aliquanto ſpatioſior quam ubi latiſſima eſt Corſica. Cæterum fertilis, & ſoli quam cœli melioris: atque ut fœcunda, ita

cluſiſſe. Verum poſtquam auri illic detectæ ſunt venæ, veriſimile eſt deſiiſſe incolas æra ſcrutari, quorum tamen copiam aquæ è viſceribus inſulæ prodeuntes ipſo odore ac guſtu teſtantur.

39. *Sinonia*] Solus Plinius inſulæ hujus mentionem facit. Phithoniæ vero etiam Ptolemæus qui φίτωνος νῆσον vocat. Sed neſcio cur illam inter oræ Italicæ inſulas hic recenſeat Mela, cum in freto, quod Sardiniam & Corſicam interfluit, ſita ſit.

40. *Igilium, Carbania*] Libri hic non variant. Plinio eſt *Barpana*, ut jam aliis recte obſervatum, quorum opinio hac in parte verior eſt, quam Cluverii, qui Columbariam hic pro Carbania ſubſtituebat. Paulo poſt reddidimus veterem lectionem ex optimis & antiquiſſimis membranis. In vulgatis hactenus exemplaribus aliquot verba deerant.

41. *Popu*

ita penè peſtilens. In ea antiquiſſimi [41] populorum ſunt Ilienſes. Urbium antiquiſſimæ, Calaris & Sulchi. At in Gallia, quas referre conveniat, ſolæ ſunt Stœchades, ab ora Ligurum ad Maſſiliam uſque diſperſæ. Baleares in Hiſpania contra Tarraconenſia littora ſitæ, non longè inter ſe diſtant, & ex ſpatio ſuo cognominibus acceptis, majores minoreſque perhibentur. Caſtella ſunt in minoribus, Iamno & Mago: in majoribus, Palma & Pollentia coloniæ. Ebuſos è regione promuntorii quod in Sucronenſi ſinu Ferrariam vocant, eodem nomine urbem habet, [42] frumentis tantummodo fœcunda, at alia largior, & omnium animalium quæ nocent adeo expers, ut nec ea quidem quæ de agreſtibus mitia fiunt, aut generet, aut, ſi invecta ſunt, ſuſtineat. Contra eſt Colubraria, cujus meminiſſe ſuccurrit, quod cum ſcateat multo ac malefico genere ſerpentum, & ſit ideo inhabitabilis, tamen ingreſſis eam, intra id ſpatium quod Ebuſi-

41. *Populorum antiquiſſimi Ilienſes*] Salmaſius Iolenſes & hic; & apud Plinium & apud Solinum repoſuit pro Iolenſibus. Fruſtra; Vide Pauſaniam in Phocicis, ex quo cognoſces, probam eſſe lectionem vulgatam,

42. *Frumentis tantum non fœcunda, ad alia largior*] Manu exarati libri habent *tantummodo fœcunda*. Legendum, *frumentis tantummodo fœcunda, at alia largior*.

43. *Sine*

tana humo circumſignaverunt, [43] ſine pernicie rata eſt, iiſdem illis ſerpentibus qui ſolent obvios appetere, aſpectum ejus pulveris, [44] aliud velut virus procul & cum pavore fugientibus. 240

43. *Sine pernicie tuta eſt*] In libris ſcribitur *rara* non *tuta*. Legendum *rata*, id eſt certa & ſecura, quomodo optimi auctores loquuntur.

44. *Aliudve, quod verius*] Irreptitia eſſe exiſtimant hæc verba. Ego ſic refingenda eſſe exiſtimo, *aliud velud virus*.

Finis Obſervationum ad Librum Secundum.

POM-

POMPONII MELÆ

DE

SITU ORBIS

LIB. III.

CAP. I.

HISPANIÆ ORA EXTERIOR.

DIcta eſt ora noſtri maris: dictæ inſulæ quas amplectitur: reſtat ille circuitus, quem (ut initio diximus) cingit Oceanus, ingens & infinitum pelagus, & magnis æſtibus concitum (ita

(1 ita enim motus ejus appellant) modò inundat campos, modò latè nudat ac refugit, 2 non aliò aliòque in vicem, neque alternis acceſſibus nunc in hos nunc in illos impetu verſum: ſed ubi in omnia littora, quamvis diverſa, terrarum inſularumque ex medio pariter effuſum eſt, rurſus ab illis colligitur in medium, & in ſemetipſum redit, tanta vi ſemper immiſſum, ut vaſta etiam flumina retroagat, & aut terreſtria deprehendat animalia, aut marina deſtituat. Neque adhuc ſatis cognitum eſt anhelitune ſuo id mundus efficiat, retractamque cum ſpiritu regerat undam undique, 3 ſi (ut doctioribus placet) unum animal eſt: an ſint depreſſi aliqui ſpecus, quo reciprocata maria reſidant, atque inde ſe rurſus exuberantia attollant: an luna cauſas tantis meatibus præbeat. Ad ortus certè ejus occaſuſque variantur; neque eodem

1. *Ita enim motus ejus appellant*] Putant hæc verba non eſſe Pomponii, nam inquiunt, quis olim neſcivit, quid ſit æſtus? Sed fallluntur; æſtus enim non hic accipitur pro ſimplici agitatione fluctuum uti ſæpe, ſed pro acceſſu & receſſu maris. Ille autem diu ignotus fuit Græcis & Romanis, cum in paucis tantum maris mediterranei partibus motus iſte ſit ſenſibilis: itaque ex inconſtanti freti Siculi & Euripi reciprocatione illum colligebant potius, quam ſciebant.

2. *Nunc ad alios alioſque invicem*] Contrarius hic requiritur ſenſus. Libri omnes manu exarati habent, *Non alios alioſque invicem*. Inde facile fuit lectionem, quam dedimus, excudere.

3. *Si, ut doctioribus placet, vivum animal eſt*] Sic mutavit hunc

eodem aſſiduè tempore, ſed ut illa ſurgit ac demergitur, ita recedere atque adventare comperimus. Huc egreſſos, frequenteſque ea quæ exeuntibus dextra ſunt, æquor Atlanticum & ora Bæticæ frontis excipit, quæ niſi quod ſemel iterumque paululum in ſemet abducitur, uſque ad flumen Anam penè recta eſt. 4 Turduli & Baſtuli habitant. In proximo ſinu portus eſt quem Gadita-

P p num,

hunc locum Pintianus, quem ſecuti ſunt omnes alii, cum prius legeretur, *utique ſi, ut doctioribus placet, unum animal eſt*. Sed quid opus erat mundum animal vivum dicere, cum animal dixiſſe ſufficiat? Certum eſt nihil hic eſſe mutandum. Loquitur ex Platonicorum opinione, qui mundum unum eſſe animal credebant, quod omnia alia animalia in ſe contineret. Plato itaque in Timæo univerſam rerum naturam, vocat ζῶον ἓν ὁρατὸν, πάνθ' ὅσα κατὰ φύσιν αὐτῷ συγγενῆ ζῶα αὐτὸς ἔχον. Jamblichus de Myſt. Ægypt. ἓν ζῶον ἐστὶ τὸ πᾶν. Vide quoque Plotinum Enneade IV. cap. XXXII.

4. *Turduli & Baſtuli habitant*] Ptolemæus hic non Turdulos, ſed Turdetanos collocat. Baſtulos vero & illos ponit in citeriore Hiſpaniæ ora, uti quoque faciunt alii. Sed profecto gentes illæ ſibi invicem permixtæ, multis in locis habitarunt. Turdulos quidem triplices vel etiam quadruplices in Hiſpania invenio. Turduli veteres, quos infra recenſet Pomponius, habebant illum Luſitaniæ tractum, qui eſt inter promuntorium magnum & Durium flumen. Turduli vero Bætici bifariam dividebantur, in Turdulos & his occidentaliores Turditanos. His annumerandi ſunt Turditani illi, qui ultra Anam aliquam Luſitaniæ partem obtinebant. Duplices itaque Turduli fuere in Luſitania, duplices quoque in Bætica. Hinc eſt quod Turditanos nonnulli à Turdulis diſtinguant, quia Turdetania diverſa eſt à Turdulorum regione. Alii qui eoſdem eſſe dicebant, eo potiſſimum uſi argumento, quod utrique ejuſdem eſſent originis & linguæ. Strabo; Τὰς δ' ἐνοικούσας Τερδητανούς τε καὶ Τερδόλας ὡσαυτῶς καλοῦσιν. οἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς νομίζουσιν, οἱ δ' ἑτέρους. Uti autem nomina ho-

num, & [5] lucus quem Oleaſtrum appellant. Tum caſtellum Ebora in littore, & procul a littore Aſta colonia: extra Junonis ara templumque eſt. [6] In ipſo mari munimentum Cæpionis, ſcopulo magis quam inſulæ impoſitum. Bætis ex Tarraconenſi regione de-

na horum populorum conveniunt, ita etiam nomina urbium, quæ in Turdulis & Turdetanis ſitæ erant, plane ſunt eadem. Talia ſunt hæc; *Illipula*, *Ebora*, *Sala*, *Onoba*, *Segida*, *Calicula*, *Aſtigis*, *Aruci*, &c. Iſta quoque fere ſunt eadem; *Vogia* & *Ugia*, *Tucci* & *Ptucci*, *Seria* & *Selia*, *Balda* & *Balſa*, *Obulco* & *Obulcola*, *Calduba* & *Salduba*. Ex his ſatis apparet, mirum non eſſe, quod nonnulli Turdulorum & Turdetanorum nomen & oppida confuderint. Eadem ratio eſt Baſtulorum & Baſtitanorum, qui & ipſi diverſam habuere regionem.

5. *Lucus quem Oleaſtrum appellant*] Oleaſtronem Plinius vocat, ſi libri mendo careant. Ptolemæus loco valde à mari remoto hoc oppidum deſcribit. Græci Cotinuſam appellarunt, nemo enim neſcit oleaſtros à Græcis vocari κοτίνους. Strabo; Κατὰ δὲ τὰς κοτίνους λεγομένας χαλκός τε ἅμα καὶ χρυσὸς καὶ ἄργυρος. Male vulgo Κωτίνας. Mirum Plinium Cotinuſam inſulam ab oleis dictam ſcribere, non vero ab oleaſtris. *Majorem Timæus Cotinuſam ab oleis vocitatam ait: noſtri Tarteſſon appellant.* Sic emendandus iſte locus ex optimo codice, in quo manifeſte ſcribitur *à poteis*, non ut vulgo *apud eos*. Sed multi oleas ſilveſtres cum domeſticis confundunt. Hodie etiamnum integræ oleaſtrorum ſilvæ iſtic locorum comparent, ſed in montoſis tantum & incultis tractibus, quas ſturni depopulantur, neque enim ulla exinde ad homines redit utilitas.

6. *In ipſo mari monimentum Geryonis*] Geryoni ſepulcrum à Gaditanis fuiſſe exſtructum in ipſis Gadibus prodit Philoſtratus in vita Apollonii. Feſtus vero Avienus Geryonis arcem memorat in hoc tractu alicubi.

Geryonis arx eſt eminus, namque ex ea
Geryona quondam nuncupatum accepimus.

Ex hoc loco proculdubio correctores depravarunt hunc Pomponii. Prius legebatur *Cepionis*, non *Geryonis*. Pro *monimentum* vero *munimentum*, niſi fallor, rectius legeris. Certum eſt veram hanc eſſe lectionem, & à Cæpione turrim hic fuiſſe exſtructam,

demiſſus, per hanc fere mediam diu, ſicut naſcitur, uno amne decurrit: poſt ubi non longè à mari [7] grandem lacum facit, quaſi ex uno fonte geminus exoritur: quantuſ-

ctam, non à Geryone. Colligo hoc ex Strabone, cujus verba hæc ſunt lib. III. Καὶ ὁ ἐκ Καπίωνος πύργος ἵδρυται ἐπὶ πέτρας ἀμφικλύστου. Male vulgo Καπίωνος, quod perperam corrigunt viri docti. Quamvis autem multi fuerint Cæpiones, dubitari tamen non poteſt, quin is qui munimentum ſive Pharum iſtam exſtruxit, fuerit Quintus Servilius Cæpio, qui de Luſitanis triumphavit, notus quidem hoc nomine, furto tamen & ſupplicio longe nobilior. Exſtructum autem ab illo monumentum hoc fuiſſe exiſtimo, ad inhibendam Luſitanorum piraticam; eo enim tempore infeſtaſſe claſſes Romanas, ac oſtia Bætis obſediſſe, veteres teſtantur hiſtoriæ. Vulgo locus ille appellatur *Chipiona*, tanquam ſi à Scipione ſic diceretur. Nec recens eſt iſtud vocabulum, ſic jam olim exiſtimavit Jornandes haud longe à principio; *Quamvis nonnulli & illa gemina Galliciæ & Luſitaniæ promuntoria in Oceani inſulis ponant, in quorum uno templum Herculis, in alia monumentum adhuc conſpicitur Scipionis.* Verba quidem inepta & barbaro ſcriptori convenientia, attamen unde & id quod dixi, manifeſte colligi poteſt; ac illud præterea, locum iſtum jam tunc promuntorium fuiſſe, non inſulam.

7. *Grandem lacum facit*] Nemo eſt hodie qui non certo ſibi perſuaſerit, Bætim olim gemino oſtio in Oceanum exiviſſe. Nefas exiſtimant de eo dubitare, cum tantus ſit veterum conſenſus. Non hoc ignorare debuit Mela in iis oris natus. Videamus tamen an hoc verum ſit. Eſt in illo litore oppidulum Rota vulgo dictum, diſtans ab oſtio Bætis eurum verſus quatuordecim circiter paſſuum millibus. Qui iſtic habitant adfirmant, Bætim juxta muros iſtius oppiduli olim altero oſtio ſe mari miſcuiſſe. Sed hoc merum eſt figmentum. Oſtendimus munimentum Cæpionis eſſe caſtrum id, quod vulgo Chipionà nominatur. Jam vero, ſi Bætis olim ad Rotam oppidum exiſſet in mare, prius Bætim, deinde vero hoc Cæpionis munimentum recenſuiſſet Mela. Si quis præterea intervalla Ptolemæi aut ſtadiaſmos Marciani Heracleotæ examinet, manifeſte videbit oſtium iſtud orientale Bætis, quod recenſent, non aliud eſſe poſſe, quam unicum illud quod hodie etiamnum eodem viſitur loco. Ulterius itaque quærendum videtur occidentale

Bætis

que ſimplici alveo venerat, tantus ſingulis effluit. Tum ſinus alter uſque ad finem provinciæ inflectitur, eumque parva oppida,

Bætis oſtium, quod è Ptolemæo injuria temporum excidiſſe exiſtimant. Verum hoc ſi eſſet, jam Marcianus Heracleotes, ejus meminiſſet, qui & ipſe orientalis oſtii tantum facit mentionem. Occidentale nempe oſtendere non potuerunt, quia nuſquam exſtaret. Si quis littus iſtud, quod appellant *Las arenas gordas*, tractumque ſuperiorem conſideret, nullum oſtii veſtigium, imo ne locum quidem ubi eſſe potuerit, inveniet. Merum itaque commentum eſſe videtur illud de duobus Bætis oſtiis, cum ut nunc, ſic quoque olim, uno tantum ore in pelagus exierit. Operæ pretium eſt tamen oſtendere cauſam, quare duo oſtia Bæti aſſignarint veteres, & quis iſte lacus grandis quem efficit Bætis; nam ſi quis totum naviget Bætim, nullum tamen inveniet lacum permanentem ne modicum quidem, nædum grandem & qui revera lacus poſſit dici. Quapropter ſic cenſeo, veteres per lacum intellexiſſe totum illum tractum, quem inundat Bætis, qui extenditur ab Hiſpali, uſque ad locum qui dicitur *Trebuxena*, per ſpatium triginta quatuor paſſuum millia longum, latum vero viginti millia, aliquando vero multo etiam latius. Hanc aquæ collectionem Feſtus Avienus, ex auctoritate antiquiſſimorum Græcorum, lacum Liguſticum vocat, ſic dictum à Liguribus, quos ipſe in hoc quoque tractu deſcribit. Ligures vocatos fuiſſe etiam interioris Hiſpaniæ incolas uſque ad fretum ferme, nos quoque alibi oſtendimus. Lacus itaque quem Bætis efficit, qua mari vicinus eſt, non de alio accipi poteſt quam de hoc æſtuario, quod iis, quos diximus, terminis continebatur. Verum Plinius multo latius extendit æſtuaria Bætis, collocat namque in iis non Nebriſſam tantum, ſed & Colobanam, & Aſtam & Aſidonem. Atqui ad hæc oppida non pertingit æſtuarium Bætis. Aſtam enim & Aſidonem, quarum hæc vulgo Medina Sidonia, illa Xerez appellatur, aliud alluit æſtuarium, nempe Aſtenſe. Hinc colligo veterum quoſdam Guadaleti fluminis oſtium, cui ſe æſtuarium Aſtenſe infundit, exiſtimaſſe eſſe alterum Bætis oſtium, & æſtuaria illa conjungi, cum neutrum verum ſit. Atque hoc quidem pacto interpretati ſunt nonnulli oſtia Bætis, ſive Tarteſſi. Aliud tamen voluere vetuſtiſſimi illi Græci, qui ſcripſere Tarteſſum duo habere oſtia, & inter illa efficere inſulam. Illi enim per oſtia intellexere ſeparationes quas facit Bætis ad inſulas, quæ hodie etiamnum in hoc flumine ſuperſunt. Ex his quæ maxima eſt & navi-

da, [8] Olintigi, [9] Onoba, Læpa, contingunt. At Luſitania trans Anam, quà mare Atlanticum ſpectat, primum ingenti impetu in altum abit, deinde reſiſtit, ac ſe magis etiam quam Bætica abducit: quà prominet, bis in ſemet recepto mari, in tria promuntoria

mari proxima, licet & ipſa quoque aquis tota fere obruatur, cum Bætis exæſtuat, attamen quia partes inſulæ altiores exſtant, flumen medium dividit, efficitque ut gemino in æſtuarium exeat oſtio.

8. *Olitingi Onoba contingunt*] Sic perperam mutarunt, cum veterum librorum ſcriptura ſit; *Olintigi*. Corrupte quoque apud Plinium *Oſintigi*. Olontigi ad Mænobam flumen alia eſt. Quare autem tanta nominum ſimilitudo ſit in omnibus fere harum terrarum locis, ſupra oſtendimus. Sic autem expurgandus eſt ex optimis noſtris membranis locus ille Plinii, *Mænobam amnem, & ipſum navigabilem, haud procul accolunt, Olontigi, Celtæ, Laſtigi,*

9. *Onoba contingunt*] *Onolappa* prius legebatur, unde Onobam fecerunt. Sed legendum *Onoba, Læpa*. Hæc Onoba Ptolemæo eſt Ὀνοβα Αἰστυαρία. Et ita quoque vulgo apud Plinium legitur. Marciano Heracleotæ eſt Ὀνοβα Ἀστυαρία. In Antonini etiam itinerario eo loco ubi legitur; *Iter de Eſtri Pacem Juliam*, monet vir ille doctiſſimus, qui nobis optimam ejus auctoris dedit editionem, vidiſſe ſe in aliquo codice ſcripto, *Iter de Aſturica* &c. Sed nulla comminiſci poſſit cauſa, cur Onoba dicta fuerit *Aſturica* vel *Aſturia*, cum oppidum illud remotiſſimum fuerit ab Aſturibus populis. Ipſa lectionum varietas, docet latuiſſe hic aliud vocabulum magis inſolens, quod corruptioni dederit occaſionem. Vera omnino eſt lectio Ὀνοβα Αἰστυαρία. Crebras enim ἀναχύσεις ſive æſtuaria hoc loco occurrere, nemo eſt qui ignoret. Ut autem à *luxu luxuria*, & à *penu peniuria*, ita ab *Aſtu Aſturia* formatur. In libris melioribus Plinii legitur; *à flumine Ana, litore Oceani, oppidum Oſſonabà æſtuaria cognominatum*. Sed & apud illum, & alios quos citavi, *Æſturia* vetus fuit lectio. Apud Plinium etiam lege *Onoba*, non *Oſſonoba*, quæ eſt ultra Anam, niſi ipſe in eo erraverit Plinius. Eſt enim Bæticæ Onoba Æſturia, illa vero Luſitaniæ. Diſtinguit eas etiam Marcianus Heracleota. Apud Strabonem lib. III. legas; Τέτταρα δέ ἐστιν ἤτε

toria dispergitur. Anæ proximum, quia lata sede procurrens, paulatim se ac sua latera
55 fastigat, [10] Cuneus ager dicitur: sequens, Sacrum vocant: Magnum, quod ulterius est.

ἤτε Ἀξπε, καὶ Νέβεισα, καὶ Ὀνοβα, καὶ Σόνοβα, καὶ Μαίνοβα καὶ ἄλλαι πλείους. Cui non appareat Ὀσόνοβα esse scribendum? Læpæ vero quam Onobæ subjungit, meminit in hoc tractu Plinius, qui Latinorum vocat. Differt autem hæc à Læpe magna, cujus meminit Ptolemæus. Vulgo nomen obtinet locus iste, & situs est ad sinum exiguum, qui in oceanum exit inter Cartayam & Aiamontem.

10. *Cuneus ager dicitur*] Audiendi non sunt qui hanc lectionem sollicitant. Cum enim ager iste quam maxime in mare procurrat & promineat, recte promuntorium dicitur. Verum in eo egregie falli puto Melam & qui eum sequuntur, quod promuntorium hoc à cunei forma dictum putant. Quod magis mirere, etiam Straboni hoc persuasum à Romanis, ait enim ille, καὶ δὴ καὶ τὸν ἐφεξῆς τόπον χώραν τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι Κύνεον, σφῶν σημαίνειν βυλόμενοι. Ipsum hoc ajunt Ælianus, & alii nisi fallor. Sed errant. Cuneus ager & promuntorium corruptum est ex Græco Κύνης, cujus accolæ dicuntur Herodoto Κυνήσιοι & Κύνητες. Cynetes isti habitabant inter Sacrum promuntorium & Anam flumen, quem terminum Cynetum facit Rufus Festus;

Hinc dictum ad amnem solis unus via est,
Genti & Cynetum hic terminus.

Alibi tamen ait; *Ana amnis illic per Cynetas effluit*, tanquam si etiam Cynetes aliqui essent ultra Anam. Quod sane verum arbitror. Justinus libro ultimo; *Saltus vero Tartessiorum, in quibus Titanas bellum adversus deos gessisse proditur, incoluere Cynetes; quorum Rex vetustissimus Gargoris mellis colligendi usum primum invenit.* Male vulgo legitur *Curetes*. Scio quidem Diodorum Siculum Curetibus concedere μελισσουργικῶν inventionem, sed hoc nihil ad rem facit. Etiam Aristæo & aliis, hoc tribuitur. Nulli in Hispania Curetes: sed Cynetes ut diximus. Ex hoc vero loco Justini apparet Cynetas etiam ultra Anam habitasse, cum in saltibus Tartessidis eos collocet. Tartessiorum vero & Cynetum terminus erat Anas teste Avieno. Alii tamen Gletas vel Igletas inter eos ponunt. Stephanus Γλῆτες ἔθνος Ἰβηρικὸν ἐν τοῖς Κύνησι. Idem Τλῆτες vocat, ex vitioso Theopompi codice, ut arbitror. Sed ii versus septentrionem vicini erant Cynetibus & Tartessiis, ut apparet ex loco Constantini Porphyrogennetæ, quem superius emendavimus. Idem autem situs erat Cuneorum sive Cunei agri, & Cynetum: namque & Strabo, & hic noster auctor, Cuneum regionem inter Sacrum promuntorium & Anam collocant. Jam vero ut Cynetes ultra Anam, ità quoque Cunei populi. Itaque Cunistorgin vel Conistorsin, Celticorum in Bætica civitatem, Cuneorum vocat urbem Appianus. Etiam Gadibus eos vicinos facit Livius, lib. XXVIII. *Mago cum Gades repetisset, exclusus inde ad Cuneos (haud procul Gadibus is locus abest) classe appulsa* &c. Ita legendum esse docet ille omnium codicum optimus Puteanæus, in quo scribitur *Cimbios*. Ex his satis ut puto liquet, Cynetarum & Cuneorum regionem eandem plane fuisse, & iisdem contentam terminis. Insuper hoc etiam addo, promuntorium illud quod Latini dixere Cuneum, hodieque Sanctæ Mariæ nuncupatur, idem esse quod Græci Κυνηγικὸν dixere. Docet hoc Rufus Festus, qui hic jugum Cyneticum collocat. Stephanus; Κυνητικὸν Ἰβηρείας τόπος πλησίον Ὠκεανοῦ, Ἡρόδωρος ἐ τῶν περὶ Ἡρακλέα. Οἱ οἰκοῦντες Κύνητες καὶ Κυνήσιοι. Ab his Cynetibus nomen accepere Ginetti, quomodo Hispani vocant expeditos equites, cætra tantum & lancea armatos. Olim hujus tantum litoris adcolæ sic appellabantur, nunc vero præcipue hoc nomine censentur omnes isti, qui Hispaniæ litora contra Maurorum incursus tutantur.

11. *Balsa*] Ita quoque Ptolemæus, quamvis apud illum Ἴβαλσα legerit Marcianus. Scio quidem in sexcentis literam illam priorem adjici, sed utique ut Ptolemæus, ita quoque epitomatorem ejus Marcianum scripsisse verisimile est. Errat quoque in in eo, quod πολιτικῶς πὸ Ἴβαλσα vocarit. Hodie oppidum illud *Palos* nominatur. Exiguum quidem, celebre tamen, quoniam ex eo egressi sunt, primi novi orbis investigatores.

12. *In Magno Ebora*] Ebora locum hic habere non potest, illa enim longe abest ab hoc promuntorio, & quidem in mediterraneis, cum Melam hic tantum litora legat, aut saltem loca non admodum à mari remota.

est. In Cuneo sunt, Mirtylis, [11] Balsa, Ossonoba. In Sacro, Lacobriga, & Portus
60 Annibalis. [12] In magno, Ebora. Sinus in-ter-

terſunt: & eſt in proximo Salacia: in altero, Ulyſſippo, & Tagi oſtium, amnis aurum gemmaſque generantis. Ab iis promuntoriis ad illam partem quæ receſſit, ingens flexus aperitur. In eoque ſunt Turduli veteres, 65 Turdulorumque oppida: amnes autem, Monda in medium ferè ultimi promuntorii latus effluens, & radices ejuſdem alluens, Durius. Frons illa aliquandiu rectam ripam habet, deinde modico flexu accepto, mox 70 paulum eminet: tum reducta iterum iterumque, recto margine jacens, ad promuntorium quod Celticum vocamus, extenditur. Totam Celtici colunt, [13] ſed à Durio ad flexum

ta. De alia itaque Ebora accipiendus hic locus, de illa nempe quæ ſita eſt in latere hujus promuntorii dextro, quod uſque Durium flumen extendit. Vulgo locus iſte nominatur *Euora de Alcobaça*, olim Eburobritium, uti marmora antiqua & Plinius docent.

13. *Sed à Durio ad flexum Gronii*] Legendum *Grovii*. Ptolemæo Γρόβιοι. Sic quoque habebat vetus lectio Plinii, quod perperam mutarunt. Remanet hoc nomen etiam hodie, in inſula & promuntorio ad oſtium Ullæ fluminis ſito, *Grove* enim vocatur. Confirmant hanc lectionem etiam meliores Silii codices, qui habent *Grovios* non *Gravios*.

Quique ſuper Grovios lucentes
volvit arenas
Infernæ populis referens oblivia
Lethes.

Sed & alibi;

Et quos nunc Grovios violato
nomine Grajum
Oeneæ miſeredomus, Ætolaque
Tyde.

Errant quoque qui apud Martialem populi hujus mentionem fieri putant lib. IV. Epigrammate LV.

Luci gloria temporum noſtrorum
Qui Grajum veterem Tagumque noſtrum
Arpis cedere non ſinis diſertis.

Commentitia eſt hæc lectio, cum libri manu exarati habeant, *qui*

75 flexum Grovii: fluuntque per eos, [14] Avo, Celadus, Nebis, Minius, [15] & cui oblivionis cognomen eſt Limia. [16] Flexus ipſe Lambriacam urbem amplexus [17] recipit fluvios,

qui Cajum veterem. Cajus mons eſt is, ex quo Durius profluit. Julius Orator; *Fluvius Durius naſcitur in Carpetania, exiens de monte Cajo juxta Pyrenæum: currit per campos Spaniæ illuſtrans Pyrenæum. Deinde diſrumpens loca montuoſa, dividens Galliciam à Luſitania; ducens aquas multas valde, occidit in oceano occidentali. Currit millia* CCCCXCV. Male vero montem hunc juxta Pyrenæum collocat, à quo abeſt quam longiſſime. Apud Livium *mons Caunus* vocatur lib. XL. cum Caius verum ſit nomen. Sed & altero loco apud Martialem monti huic nomen reddidimus, lib. I. Ep. LV.

Videbis altam Liciane Bilbilim
Equis & armis nobilem.
Sterilemque calvum nivibus ef-
fractis ſacrum
Vada Veronem montibus.

Notant viri docti ſe in ſcriptis codicibus reperiſſe; *Senemque Catum*, quod etiam nos in noſtris reperimus. Noli dubitare, quin ſic ſcripſerit Martialis;

Senemque Cajum nivibus, &
fractis ſacrum
Vadaveronem montibus.

14. *Avo, Celandus*] Ptolemæo Avus. Vulgo *Rio Ave*. In vita S. Gonſalvi vocatur Avicella. Unde corruptum *Vizzella*, quod alterum huic fluviolo eſt nomen. Celandus vel potius Celadus, uti habent meliores libri, eſt is, qui vulgo *Rio Cavado* appellatur.

15. *Et cui Oblivionis cognomen eſt Limia*] Flumen hoc, cujus vel ſolum nomen terrorem potuit incutere Romanis, nemini, qui aliquid ſaltem didicit, eſt ignotum. Verum illud monere eſt operæ pretium, perperam hic apud noſtrum Melam Minium præponi Limiæ, cum multo propinquior Durio ſit Limias, quam Minius. Teſtantur hoc omnes antiqui, & hodiernus ſitus. Sed & alii veterum hæc flumina confudiſſe videntur, unde ego puto natum eſſe errorem Ptolemæi, quum Bracaram Auguſtam ponit ad Minium, Tyde vero caſtellum ad Nebim; cum Tyde ad Minium, Bracara vero ad Nebim ſita ſit.

16. *Flexus ipſe Lambriacam urbem amplexus*] Lambriaca vel Labriaca, uti habent veteres membranæ, quale ſit oppidum neſcio. Videtur tamen ita dictum à monte Lauro, qui à dextra imminet oſtio Tamaræ fluminis. Abobricam Pintiani, locum hic non habere, infra oſtendemus.

17. *Recipit fluvios Iernam & Ullam*] Et hæc quoque corruperunt priores interpretes, cum vera

vios, Læron & Ullam. Partem quæ prominet, [18] Præſamarci habitant: perque eos Tamaris & Sars, flumina non longè orta decurrunt: [19] Tamaris, ſecundum Ebora portum: [20] Sars, juxta turrem Auguſti titulo memorabilem. Cætera ſuper Tamarici Neriique incolunt in eo tractu ultimi. Hactenus enim ad occidentem verſa littora pertinent: deinde ad ſeptentriones toto latere terra convertitur [21] à Celtico promuntorio ad Scythicum uſque. Hinc perpetua ejus ora,

vera ſit lectio *Læron & Ullam.* Læros flumen etiamnum nomen ſervat, *Leriz* enim vocatur. Meminit quoque hujus Geographus anonymus Ravennas. Sed & alterum flumen nomen ſuum etiamnum tenet, & Ulla vocatur, cum cognomine oppido, & agro adſito, qui Ullous ab amne appellatur. Ptolemæo eſt Οὐΐα, pro Οὐλία,

18. *Præſamarci habitant*] Sic quoque Plinius. At in notitia quadam Epiſcopali, *Piſtomarci* appellantur, & adtributi eſſe dicuntur ſedi Irienſi.

19. *Tamaris ſecundum Arotrebarum portum*] *Ebora* prius ſcriptum fuit, pro quo interpretes alterum iſtud ſuppoſuerunt. Sed ſane Artabrorum portus vel Arotrebarum eſt ſeptentrionalior, cum ſit in extimo promuntorii angulo. Retinuimus itaque Eboram, quæ ſi bene calculum ponimus, eſt illa, quæ *Mores* vulgo vocatur. Portum illum admittit dextra ripa Tamaræ fluminis, commodum valde & notiſſimum nautis. Abeſt à monte Lauro, cujus modo mentionem fecimus, paucis tantum millibus.

20. *Sars juxta turrim Auguſti titulo memorabilem*] Sars iſte Pomponii, non eſt fluviolus is, qui vulgo *Rio Sar* vocatur, quique prope Compoſtellam in Ullam influit, ſed alter quidam propior promuntorio Artabro, cui vulgo nomen datur *Lezaro:* Ita enim poſtulat & ordo, & illud præterea, quod fluviolus ille dicatur fluere juxta turrim Auguſti, ſive Aras Seſtianas Auguſto dicatas. Attamen iſtæ aræ, niſi fallor, longe erant propiores Viro flumini, qui vulgo *Rio Vau Cerveyro*, quam Sarti.

21. *A Celtico promuntorio ad Scythi-*

90 ora, niſi ubi modici receſſus ac parva promuntoria ſunt, ad Cantabros penè recta

Scythicum uſque] Scythici promuntorii infra quoque meminit, ubi Septentrionis inſulas deſcribit. Putabat autem Mela totum hoc littus, quod ab Artabris ad extremum uſque Septentrionem extenditur, pene eſſe rectum. Hoc ipſum quoque alii è veteribus exiſtimarunt. Errat itaque inſignis ille Geographus, qui hic Trileucium pro Scythico reponebat. Ordo Geographicus & ſenſus Melæ non admittit iſtam correctionem. Præterea Trileucium non Trileucum promuntorium hoc vocabatur, ab adſitis inſulis Trileucis. Sic itaque reſcribe apud Ptolemæum Τριλεύκιον. Sed profecto locus iſte Ptolemæi non uno laborat nævo, tria namque illa confunduntur, Lapatia, Corium & Trileucum. Sic namque vulgo concipitur; Λαπατία Κώρε ἄκρον τὸ καὶ Τρίλευκον. Sed Λαπατία, ut opinor, nihil commune habet cum ſequenti promuntorio, ſed eſt locus inter oppidum Brigantium & Trileucium promuntorium. Excidére autem proculdubio numeri, hoc nempe modo;

* * * *

Λαπατία
Κώριον ἄκρον τὸ καὶ Τριλεύκιον, Η' δ'. μέ. Σ' γ'

Κόριον hoc promuntorium vocatur Marciano Heracleotæ, qui longitudinem maximam Tarraconenſis provinciæ extendit ab hoc promuntorio, ad alterum, in quo Templum Veneris. Atqui ſecundum Ptolemæum ea non fuerit maxima ejus provinciæ longitudo, cum multo longius abſit à Templo Veneris promuntorium Nerium, quam iſtud Trileucium, quod & Corium vocat. Ac proinde malit quis forſan legere apud Marcianum ἀπὸ Ϝ Νερίς, pro eo quod vulgo eſt Κορίς. Sed erravit Ptolemæus, & Corium cum Trileucio confudit, cum diverſa ſint promuntoria. Veriſſimum eſt Corium promuntorium eſſe illud, quod vulgo *Cabo Coriane* nominatur, non minus procurrens in occidentem, atque Nerium, à quo vix decem paſſuum millibus abeſt ſeptentrionem verſus. Trileucium vero *Cabo d' Ortegal* hodie. Hunc errorem Ptolemæi non ſecutus eſt Marcianus, qui Κόριον ἄκρον loco ſuo reddidit, longitudinemque Tarraconenſis inde orditur. Obſervandum autem Marcianum non ſolum ſequi Ptolemæum, ſed & alios Geographos, præcipue Artemidorum & Protagoram, ut ipſe fatetur. Plura alibi anno-

est. In ea primum Artabri sunt, [22] etiamnum Celticæ gentis: deinde Astures. In Artabris sinus ore angusto admixtum mare non angusto ambitu excipiens, [23] Abobricam urbem & quatuor amnium ostia incingit. Duo, etiam inter accolentes, ignobilia sunt:

annotavimus loca in quibus recedit à Ptolemæo. Porro sequentia Pomponii verba suadente ratione, jubentibus vero manu exaratis libris, ita restituimus; *Perpetua ejus ora* &c. non vero ut vulgo; *Hinc perpetuæ ejus ora.* Non enim à Scythico promuntorio, sed à Celtico dicit incipere istam litorum septentrionem versus in rectum extensionem.

22. *Etiamnum Celticæ gentis*] A Durio usque ad Artabros omnia sunt Celticorum, quos colonos illorum esse ait Strabo, qui ad Anam habitarunt. Sed & ipsos Artabros ait hic Mela esse Celticæ gentis, itaque extendi Celticos usque ad Astures. Bene itaque hunc locum sic restituit Pintianus, cujus conjecturam confirmant fere libri veteres. Prius legebatur, *& Janasum Celticæ gentis*, & Janasum interpretantur Compostellam. Sed ut diximus nullius hic oppidi nomen latere potest. Certum denique est, Compostellam esse Iriam Flaviam. Sed postquam Hispani sibi persuaserunt illa quæ de Sancto Jacobo narrantur, cœpit istud oppidum appellari *ad Jacobum Apostolum.* Posterioris ævi Hispani dixere *Giacomo Postolo*, unde contractum *Compostella.* Quæ alii de origine hujus vocabuli fabulantur, meræ sunt ineptiæ.

23. *Adrobicum urbem*] Libri antiqui manu exarati habent *Adrobricam.* Verum *Abobricam* reponendam existimo. Plinius lib. IV. cap. XX. recte vocat *insigne oppidum*, propter situm, quem ei Mela tribuit. Peccat tamen cum ad Minii ostia illud collocat, à quibus immane quantum abest. Sed gravissimè erravit Plinius in toto illo tractu maritimo à Cantabris ad Tagum usque describendo, omniaque passim flumina, oppida, & promuntoria perverso & confuso recensuit ordine. Luce clarius manifestiusque id alio ostendam loco. Nempe inde hoc factum est, quod dum diversos more suo sequitur auctores, quorum hi quidem oram illam describerent à Cantabris incipientes, & ita porro procedentes versus occasum & mox versus meridiem Durium & Tagum usque; alii vero contrarium tenentes ordinem, desinentesque unde illi exorsi fuerant; ipse duplicem hunc ordinem confuderit, multisque locis alium affinxerit

sunt: [24] per alia duo Mearus exit, & Ivia. In Asturum littore Nœga est oppidum: & tres aræ quas Sestianas vocant, in peninsula sedent, & sunt Augusti nomine sacræ, illustrantque terras ante ignobiles. At ab eo flumine quod Saliam vocant, incipiunt oræ paulatim recedere, & latæ adhuc Hispaniæ magis magisque spatia contrahere, usque adeo semet & terras angustantibus, ut earum spatium inter duo maria dimidio minus sit quà Galliam tangunt, quam ubi ad occidentem littus exporrigunt. Tractum Cantabri & Varduli tenent. Cantabrorum aliquot populi amnesque sunt, [25] sed quorum nomina

xerit situm, quam veritas & ratio postulabant.

24. *Per alia duo Mearus exit & Narius ad Libuncam*] Atqui ex Ptolemæo constat flumina hæc longissime abesse à sinu Caranensi, quem hic describit Mela, abest quoque Libunca oppidum quam longissime. Aut itaque Ptolemæus, aut Mela turpiter hic erasse videtur. Sed profecto & hic quoque grassati sunt intempestivi correctores. Prius legebatur; *Per alia ducanaris exit & libica.* Sed vero optimus meus sic habet; *per alia ducamaris exit edibia.* Scribo, *per alio duo Mearus exit & Ivia.* Loquitur hic de sinu oppidi Caranii, quod vulgo *Corunna* dicitur. Ait in illum exire quatuor flumina, quod verissimum est. Mearus hodie nominatur *Rio Mero.* Ivia vero est is qui *Iuvia* vulgo appellatur, alluitque oppidum *Ferol* dictum. Ptolemæus Mearum longe removet ab hoc sinu, cum tamen in intimo ejus recessu situs sit.

25. *Quorum nomina nostro ore concipi nequeant*] Cantabricorum nominum injucundum sonum notat quoque Strabo, lib. III. exempli vero gratia affert tria ista populorum vocabula, Pletauros, Barduetas & Autrigonas. Ego tamen non video quid hic sit quod aures tam graviter vulneret, cum vel in media Græcia multa reperiantur nomina, quorum longe insuavior & difficilior

na noſtro ore concipi nequeant. [26] Per eoſdem & Salenos Saurium, per Autrigones & Origeviones quoſdam Neſua deſcendit: Deva Tritium Tobolicum attingit: deinde Ituriſſam & Eaſonem Magrada. Varduli una gens, hinc ad Pyrenæi jugi promuntorium pertinens, claudit Hiſpanias.

cilior ſit pronuntiatio. Sed profecto ita eſt, Græcis aſperæ videntur pleræque iſtæ voces quæ non ſunt Græcæ, aut nihil Græce ſignificant.

26. *Per eoſdem & Salenos Saurium*] Quidam libri; *Pereundi & Salenos.* Noſter vero optimus & emendatiſſimus; *Per Eunos & Salænos Saunium.* Cæterum in gentium locorumque iſtorum vera nomina otium nunc non eſt inquirere. De re futili divinabit, quiſquis aliquid certi de his adfirmare cupiet. Sufficiat hic meliorum codicum lectionem reprælentaſſe.

CAP. II.

GALLIÆ ORA EXTERIOR.

SEquitur Galliæ latus alterum, cujus ora primò nihil progreſſa in altum, mox tantundem penè in pelagus excedens, quantum retro Hiſpania abſceſſerat, Cantabricis ſit adverſa terris, & [1] grandi circuitu amflexa, ad occidentem littus advertit. Tunc ad ſeptentriones converſa, iterum longo rectoque tractu ad ripas Rheni amnis expanditur. Terra eſt frumenti præcipuè & pabuli ferax, & amœna lucis immanibus. [2] Quicquid ex ſatis, frigoris impatiens eſt. Ager & ubique alit, & ſalubris, & noxio genere animalium minimè frequens. [3] Gentes ſuperbæ, ſuperſtitioſæ, aliquando etiam immanes adeo, [4] ut hominem optimam & gratiſſimam diis victimam cæderent. Manent veſtigia feritatis jam abolitæ, atque ut ab ultimis cædibus temperant, ita nihilominus ubi

1. *Grandi circuitu inflexa*] Inflectuntur ea litora, quæ intus recedunt, id enim proprie vocabulum hoc ſignificat. Verum contrarium poſtulat ſenſus. Itaque non dubito, quin ex eo, quod in veteribus exſtat libris, *amplexa*, faciendum ſit *amflexa*. Notum *am* præpoſitionem eandem in compoſitionibus vim habere, atque *circum*.

2. *Quidquid ex ſatis frigoris impatiens eſt*] Malim id quod in optimo eſt libro, *quidquid eſt ſati*. Sequentia ope Vaticani & aliorum codicum refinximus. Prius ſcribebatur, *ager nec ubique alit, & noxio genere animalium minime frequens:* quæ non cohærent.

3. *Gentes ſuperbæ, ſuperſtitioſæ* &c.] Sic quidem Mela Hiſpanus de Gallis, at longe plures Galli ſuperbiam, & quæ ſequuntur, Hiſpanis objiciunt. Utri rectius, aliorum judicium eſto. Hoc quidem conſtat, duabus iſtis gentibus idem olim atque nunc fuiſſe ingenium, hoc eſt valde diverſum. Verum an propterea æque olim ſe mutuo oderint, id multi non exiſtimant. Sed profecto tanta morum rituumque diſcrepantia, vix abſque ingenti poſſit ſubſiſtere odio. Hoc quo magis ita ſeſe habere exiſtimem; facit verſiculus Catulli de Egnatio;

Tu præter omnes une de capillatis,
Cuniculoſæ Celtiberiæ fili.

Antiquiores Catulli codices aut hiatum hoc loco oſtendunt, aut ita legunt, *Celtiberoſæ Celtiberiæ fili.* Sic quoque habent omnia vetuſta Priſciani exemplaria duobus aut tribus locis verba hæc citantis. Ego non dubito quin Catullus ſcripſerit, *Celtis peroſæ Celtiberiæ fili.*

4. *Ut hominem optimam & gratiſſimam diis victimam crederent*] Pintianus *caderent.* Sic quoque vete-

ubi devotos altaribus admovére, delibant. Habent tamen & facundiam ſuam, magiſtroſque ſapientiæ Druidas. Hi terræ mundique magnitudinem & formam, motus cœli ac ſyderum, ac quid Dii velint, ſcire profitentur. Docent multa nobiliſſimos gentis clam & diu vicenis annis in ſpecu, aut in abditis ſaltibus. Unum ex iis quæ præcipiunt, in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, æternas eſſe animas, vitamque alteram ad manes. Itaque cum mortuis cremant ac defodiunt, apta viventibus olim. Negotiorum ratio etiam & exactio crediti deferebatur ad inferos: erantque qui ſe in rogos ſuorum, velut unà victuri, libenter immitterent. Regio quam incolunt omnis, comata Gallia. Populorum tria ſumma nomina ſunt, terminanturque fluviis ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam, Aquitania: ab eo ad Sequanam, Celtæ: inde ad Rhenum pertinent Belgæ. Aquitanorum clariſſimi ſunt, Auſci: Celtarum, Ædui: Belgarum, Treveri: urbeſque opulentiſſi-

veteres membranæ. Subintelligendum vero *tanquam*, *velut*, ut ſit ſenſus, Gallos hominem cædere ſolitos, velut optimam victimam. Alias enim vulgaris lectio præferri deberet. Non recte vero Pintianus *opimam* ſubſtituit, cum alterum probum ſit. Minucius Felix; *Qui hominem periculo ſurripit, optimam victimam cædit.* Male & iſtic ſuppoſuerunt *opimam.* Optima victima eſt

tiſſimæ, in Treveris Auguſta, in Æduis Auguſtodunum: [5] in Auſcis Climberrum. Garumna ex Pyrenæo monte delapſus, niſi cum hyberno imbre aut ſolutis nivibus intumuit, diu vadoſus & vix navigabilis fertur. At ubi obvius Oceani exæſtuantis acceſſibus adauctus eſt, iiſdemque retro remeantibus ſuas illiuſque aquas agit, aliquantum plenior, & quantò magis procedit, eò latior fit: ad poſtremum magni freti ſimilis: nec majora tantum navigia tolerat, verum etiam more pelagi ſævientis exurgens, jactat navigantes atrociter, utique ſi aliò ventus, aliò unda præcipitat. In eo eſt [6] inſula Antros nomine, quam pendere & attolli aquis increſcentibus ideo incolæ exiſtimant, quia cum videantur editiora quîs objacet: ubi ſe

R r fluctus

eſt victima optata. Feſtus; *Optatam hoſtiam, alii optimam appellant eam, quum ædilis tribus conſtitutis hoſtiis optat, quam immolari velit.* Sic lege. Paulo poſt libri veteres *differebatur*, non *deferebatur*. Recte.

5. *In Auſcis Eluſaberris*] Nihil hic viderunt interpretes. Vetus omnium ſcriptorum codicum lectio eſt *Elium berrum*, excepto uno Vaticano in quo *Cliumberrum* legitur. Vera lectio eſt *Climberrum*. Recenſet hoc oppidum Antoninus in itinere ab Aginno Lugdunum. In tabula Peutingeriana *Cliberrum* vocatur.

6. *Inſula Antros nomine*] An in inſulis Garumnæ id hodie contingat, viderint qui illas frequentant, aut inhabitant. Ego non dubito quin ſaltem olim ſic fuerit, cum idem innumeris in locis aut fiat, aut fieri poſſit. Simile quid narrat Plinius lib. v. cap. 1. de æſtuario ad amnem Lixum; *Amplectitur intra inſulam, quam ſolam è vicino tractu aliquanto excelſiore, non tamen æſtus maris inundant.* Sed melius dixiſſet

Plie

fluctus implevit, illa operit, hæc ut prius tantum ambitur: & quod ea quibus ante ripæ colleſque ne cernerentur obſtiterant, tunc velut ex loco ſuperiore perſpicua ſunt. A Garumnæ exitu latus illud incipit terræ procurrentis in pelagus, & ora Cantabricis adverſa littoribus, aliis populis media ejus habitantibus, ab Santonis ad Oſismios uſque deflexa. Ab illis enim iterum ad ſepten-

Plinius, tractum inſulæ vicinum videri altiorem, non autem revera eſſe. Ridiculum vero eſt exiſtimare, ſolum arenoſum, quale eſt iſtarum inſularum, æſtu maris attolli, cum potius aquæ arenas ſubſidere faciant. Pintianus & alii, hic ad aquæ Ἀφρῶνον recurrunt, quæ efficit, ut jam merſa, denuo ſub aſpectum cadant. Verum non hoc, ſed iſtud probandum erat, quare cum objacentia huic inſulæ litora altiora videantur, attamen ab æſtu inundentur, cum ipſa inſula ſupra mare exſtet. Alia itaque hujus rei excogitanda eſt ratio. Ego ſic exiſtimo, litora illa quæ Antro inſulæ objacent, & iſta quæ in Tingitano æſtuario eſſe diximus, inſulis adſitis, eſſe depreſſiora, quamvis altiora appareant propter ſitum loci. Demonſtratur hoc ratione optica, etiam nulla adhibita refractione. Sit enim aut vallis aut alveus æſtuarii, aut quicunque terræ tractus medio depreſſus, ſemper crepido ulterior, illo cui inſiſtimus, excelſior apparebit. Norunt hoc topiarii, qui tali commento ſolent oculos fallere. Sit A E ambulacrum à medio C in molles utrinque clivos adſurgens. Qui ex A in B deſcendunt, in plano ſe ambulare exiſtimant:

A B C D E

Itaque oculos intendentes in latus C E. montem aut arduum collem ſe videre putant. Ubi ad C pervenerunt, mons ille diſpareat. Ubi vero ad D ventum eſt, montem à tergo videbunt, ſi oculos retro flectant. Idem in vacuis aut modica aqua præditis fluminum alveis contingere poteſt. Uti enim in præmiſſa linea illi

ſeptentriones frons littorum reſpicit, pertinetque 7 ad ultimos Gallicarum gentium Morinos, nec portu quem Geſoriacum vocant, quicquam habet notius. Rhenus ab Alpibus decidens, prope à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium. Mox diu ſolidus, & certo alveo lapſus, haud procul à mari huc & illuc diſpergitur, ſed ad ſiniſtrum amnis etiam tum & donec effluat Rhenus, ad dextram primo anguſtus & ſui ſimilis, poſt ripis longè & latè recedentibus, jam non amnis ſed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur: ejuſdemque nominis inſulam amplexus, fit iterum arctior, iterumque fluvius emittitur.

illi qui in A verſantur, punctum D ſupra ſe exſtare credunt; ita quoque qui ex memoratis inſulis ulteriorem ripam adſpiciebant, altiorem eam putabant, quam tamen, cum æſtu obrueretur, facile colligere erat minus edi-

tam fuiſſe ſuperficie inſularum.

7. *Ad ultimos Gallicarum gentium Morinos*] Deeſt *gentium* in quibuſdam veteribus. Forſan itaque ſcripſit Mela, *ad ultimos Galliarum Morinos*.

CAP. III.

GERMANIA.

GErmania hinc ripis ejus usque ad Alpes, à meridie ipsis Alpibus: ab oriente Sarmaticarum confinio gentium, quà septentrionem spectat, [1] Oceanico littore obducta est. Qui habitant, immanes sunt animis atque corporibus, [2] & ad insitam feritatem vastè utraque exercent, bel-

1. *Oceani litore obducta est*] Legunt libri manu exarati *Oceano litore*, quomodo etiam locuti sunt Cicero, Cæsar, Catullus & alii, licet grammatici aliquot locis mutarint id loquendi genus.

2. *Et ad insitam feritatem vastè utraque exercent*] Non audiendi sunt qui hæc mutant, ac *vitæ* rescribunt. *Vastè* hic accipitur pro inculte & rusticè. Cicero III. de Orat. *Non vastè, non rusticè, non hiulcè; sed presè æquabiliter* &c. Hinc homo vastis moribus, pro rusticis & inconditis, apud eundem Ciceronem & alios. Errat itaque Salmasius, quum Gellium conatur emendare lib. XIX. cap. XX. *Sed ne nos, id est nomen Latinum, tanquam profecto vastos quosdam, & insubidos ἀναφροδισίας condemnetis.* Reponit hic *vascos* & ex glossario interpretatur leves & inanes, quoniam talis esset vasca tibia. Sed profecto plane contrarium sensum expetunt hæc verba. Leves enim & inanes homines delectantur canticis, ac, ut plurimum, eleganter canunt. Valde tamen sibi placet hoc vocabulo, idque unum esse ait ex ducentis quibus linguam Latinam auxerit; itaque hoc Livio quoque reddendum esse contendit, circa finem lib. XXIV. *Omnia, velut forte congregata turba, vasca & temeraria esse.* Sed quis non videat, & hic, & in glossario, *vasta* rescribendum esse? Vastum enim accipi pro inani & vacuo, satis apparet ex supradictis. Sic etiam in Rhetorica ad Herennium; *Oratio vasta atque hians.* Vascum vero nihil tale significat, & ne quidem est Latinum, nisi apud tibicines. Nam quod illi vascam tibiam vo-

bellando animos, [3] corpora adsuetudine laborum. Maximo frigore nudi agunt, antequam puberes sint: & [4] longissima apud eos pueritia est. Viri sagis velantur, aut libris arborum, quamvis sæva hyeme. Nandi non patientia tantum illis, studium etiam est. Bella cum finitimis gerunt, causas eorum ex libidine accersunt: neque imperitandi prolatandique quæ possident (nam ne illa quidem enixè colunt) sed ut circa ipsos quæ jacent vasta sint. Jus in viribus habent, adeo ut ne latrocinii quidem pudeat, tantum hospitibus boni, miteque supplicibus. Victu ita asperi incultique ut cruda etiam carne vescantur, aut recenti, aut cum rigentem in ipsis pecudum ferarumque coriis ma-

vocant μελετητικὸν αὐλὸν, id manifeste ex Græco detruncatum est. Ασκεῖν & μελετᾶν idem. Hinc tibia Φασκητικὴ, Φασκικὴ & Φασκὴ. Quare vero πλαγίαυλον sive obliqua tibia, ἀσκητικὴ dicatur sive μελετητικὴ, ratio manifesta est, quia cæteræ tibiæ quomodocunque inflatæ sonum reddunt, soloque animantur spiritu; secus autem contingit in tibiis obliquis: nisi enim apte disponatur os, & ex debita mensura & distantia distribuatur spiritus, aut mutæ erunt, aut alium, quam quis velit, edent sonum. Si molliter inflentur sonus erit gravis, si valide, acutus. Hæc ut quis adsequatur exercitatione opus est, idcircoque μελετητικοὶ aut ἀσκητικοὶ αὐλοὶ vocantur.

3. *Corpora ad consuetudinem laborum*] Reduximus veterum codicum scripturam.

4. *Longissima apud eos pueritia est*] Insurgunt hic boni quidam homines in Pomponium, quod Germanos diutissime esse pueros inquiat. Sed adquiescant viri continentissimi; Pueritiam vocat ἀνα-

nibus pedibusque subigendo renovarunt. Terra ipsa multis impedita fluminibus, multis montibus aspera, & magna ex parte sylvis ac paludibus invia. [5] Paludum, Suesia, Estia, & Melsiagum, maximæ. Sylvarum, Hercynia, & aliquot sunt quæ nomen habent: sed illa dierum sexaginta iter occupans, ut major aliis, ita & notior. Montium altissimi Taunus & Rhetico: nisi quorum nomina vix est eloqui ore Romano. Amnium in alias gentes exeuntium, Danubius & Rhodanus: in Rhenum, Mœnis & Lupia: in Oceanum, Amisius; Visurgis & Albis clarissimi. Super Albin Codanus ingens sinus magnis parvisque insulis refertus est. [6] Hac re mare quod gremio littorum accipi-

ἀναφροδισίαν sive abstinentiam à Venere. Pro interprete sit Tacitus de moribus Germanorum; *Sera juvenum Venus, ideoque inexhausta pubertas.* Quod Tacitus pubertatem, id Mela vocavit pueritiam.

5. *Paludum, Suesia, Mesia*] De Suesia, Mesia & Melsiago paludibus, nihil habemus dicere. Libri meliores ita uti edidimus, nomina hæc repræsentant. In aliis erat, *Suessa, Eltia & Melsyagum.* Si conjecturæ locus sit, pro *Eltia* putem rescribendum esse *Æstia.* Palus Æstia sive Æstiorum, est illa, in qua succinum colligitur, & olim & nunc notissima. Sed & de Rheticone monte alii tacent. Quidam libri legunt *Betica.*

6. *Acre mare quod gremio litorum accipitur*] Recte Pintianus, *hac re*, quod & libri quidam, & ipsa ratio confirmat. Juxta enim opinionem veterum mare hoc septentrionale, non acre, sed pigrum, sed immotum, sed glacie constrictum & mortuum. Tacitus de moribus Germ. *Trans Suionas aliud mare, pigrum ac prope immotum, quo cingi cludique terrarum orbem hinc fides, quod extremus cadentis jam solis fulgor in ortus edurat, adeo clarus, ut sidera hebetet.*

[40] pitur, nusquam latè patet, nec usquam mari simile, verum [7] aquis passim interfluentibus ac sæpè transgressis, vagum atque diffusum facie amnium spargitur: quà littora attingit, ripis contentum insularum non longè distan[45] tibus, & ubique penè tantundem, ut angustum & par freto, curvansque subinde se, longo supercilio inflexum est. In eo sunt Cimbri & Teutoni: [8] ultra, ultimi Germaniæ Hermones.

hebetet. Verum ut hoc obiter moneamus, cadentis solis hic non recte fit mentio; cadere enim sol dicitur in sphæra recta, aut saltem non admodum obliqua. At vero in septentrionali tractu, non tantum juxta veterum hypothesin, sed etiam rei ipsius veritatem, sol circuit & lambit potius, quam subit horizontem. Recte itaque in libro veteri sic concipiuntur hæc verba; *quod extremum radens jam solis fulgor in ortus edurat, adeo clarè, ut sidera hebetet.* Mox dein perperam vulgo sic scribitur; *illuc usque (& fama vera) tantum natura.* Scribe ex eodem libro; *illuc usque, ut fama, non tamen natura.* Ait Oceano hoc glaciali terminari quidem famam, sed non rerum naturam, illam enim etiam ulterius extendi.

7. *Aquis passim interfluentibus, ac sæpe transgressis*] Posteriora verba expungit Pintianus. Verum non recte; *Transgredi* hic est inundare. Loquitur ex falsa veterum hypothesi. Quis enim nescit in mari Baltico æstum non reciprocari?

8. *Ultra ultimi Germaniæ Hermiones*] Hæc proculdubio est vera lectio, quamvis in quibusdam libris manu exaratis Hermones vocentur. Plinio & Tacito similiter Hermiones, licet in hoc posteriore *Herminones* vulgo legatur. Frustra est Cluverius qui hic Helleviones substituit. Errat & in situ, & in nomine utriusque gentis. Hermiones & Helleviones utrique Suevorum fuere populi. Quamvis Plinius Hermiones non Suevorum partem, sed Suevos Hermionum faciat portionem. Vicinos vero fuisse mari, non tantum ex hoc Melæ loco, verum etiam ex Theophane colligo, qui non Hermiones sed Hermechiones vocat; τῷ αὐτῷ μυνὶ ἦλθον πρέσβεις Ἀσκὴλ καὶ ῥηγὸς Ἑρμηχιόνων τῶν ἔσωθεν κειμένων βαρβάρων ἔθνος πολυπόν τῶ

τῶ Ὠκεανῶ. In Historia miscella Hormetioni vocantur. Virgilius in Epigrammate apud Quintilianum Hormetios vel Hormechios vocat;

Hormechiorum amator iste verborum.

Synonyma itaque sunt Hermiones, Hermechiones, Hermechii & Hormechii; sic solent variare barbarorum vocabula. Cætera hujus epigrammatis alibi interpretamur. Diversi autem ab his fuere Helleviones aut Hellevones, Αἰλεαίωνες Ptolemæo dicti. Distinguit quoque illos ab Hermionibus Tacitus, quamvis apud illum perperam *Helvecones* legatur, cum *Helvæones* proculdubio vera sit scriptura.

CAP. IV.

SARMATIA.

SArmatia intus quam ad mare latior, ab iis quæ sequuntur, Visula amne discreta, quà retro abit usque ad Istrum flumen immittitur. [1] Gens habitu armisque Parthicæ proxima: verum ut cœli asperioris, ita ingenii. Non se urbibus tenet, & ne statis quidem sedibus. Ut invitavére pabula, ut cedens & sequens hostis exigit, ita res opesque secum trahens, semper castra habi-

1. *Gens habitu armisque Parthicæ proxima*] Non olim tantum, verum etiam hoc tempore verum est, id quod hic autor adfirmat, Sarmatas Persissare. Si equitis Poloni aut Lithuani mitellam Persica permutaveris tiara, parum aberit, quin Persam existimabis. Eo tantum inter se differunt, quod Poloni ut cœli, ita quoque ingenii asperioris; Persæ vero molles, effœminati, ac toto vitæ ratione magis sint elegantes. Idem vero quod hic Mela Sarmatis, id Ammianus Marcellinus Alanis tribuit, qui & ipsi erant Sarmatæ. Verba ejus sunt lib. xxxi. de Alanis agens; *Mores è Media; at efferata vivendi secta immutarunt.* Prius namque Alani propter crebra commercia & bella cum Medis, habitum & mores Medicos adsciverant, quos postea longius digressi efferata & barbara vivendi ratione exuerunt. Ammiani verba ita concipiuntur in veteribus libris, *mores & media & efferatam vivendi etiam immanitatem.* Unde viri eruditi nihil boni excudere potuerunt.

2. *Ut inde expedita in ictus manus*] Veterum librorum lectionem reduximus. Redundare autem videntur verba illa, *quæ exeritur.* Verum jam sæpius monuimus, nostrum hunc etiam in tanta brevitate habere quod auferri possit.

10 habitat: bellatrix, libera, indomita, & usque eo immanis atque atrox, ut fœminæ etiam cum viris bella ineant. Atque ut habiles sint, natis statim dextra aduritur mamma. [2] Inde expedita in ictus manus quæ exeri-
15 tur, virile fit pectus. Arcus tendere, equitare, venari, puellaria pensa sunt: ferire hostem, adultarum stipendium est: adeo ut non percussisse, pro flagitio habeatur, sitque eis pœnæ virginitas.

CAP. V.

SCYTHIA.

INde Asiæ confinia, nisi [1] ubi perpetuæ nives sedent, & intolerabilis rigor. Scythici populi incolunt, ferè omnes etiam in unum Sacæ appellati. In Asiatico littore primi Hyperborei super Aquilonem Rhipæosque montes sub ipso syderum cardine jacent: ubi sol non quotidie, ut nobis, sed primum [2] verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideo sex mensibus

1. *Ubi perpetuæ hyemes sedent & intolerabilis rigor*] Si hyems pro rigore accipiatur, redundat. Sin pro ipsa hyeme, peccat Mela. Ipse agnoscit semestrem lucem, & semestrem noctem apud Hyperboreos. Illis itaque dies est pro æstate, nox pro hyeme. Melior ergo est librorum quorundam lectio, qui *nives* hic exhibent, quod reduximus.

2. *Verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit*] Ridiculus possit videri Plinius lib. IV. cap. XII. cum aut Melam, aut saltem hanc sententiam rejicit, & imperitos vocat, qui solem verno æquinoctio oriri Hyperboreis, autumnali vero occidere existimant. Ipse enim credit semel in anno solstitio nempe oriri iis soles, brumaque semel occidere. Sed manifeste erravit & Hyperboreos cum Thulitis confudit, cum tamen Hyperborei sub ipso mundi cardine describantur, hoc est sub polo mundi, Thule vero directe polo Zodiaci subsit, juxta hypothesin Melæ. Rectè vero de illis qui in Thule habitant, hoc est de Norwagis, Lapponibus, & Islandis sub arctico sitis circulo, dicitur, solstitio iis solem semel oriri, bruma vero semel occidere. Cum enim per totum annum sol iis quotidie oriatur & occidat, duobus tantum temporibus id non contingit, solstitio nempe & bruma. Solstitio quippe, cum sol quadraginta septem gradibus supra horizontem exstat, tum non occidit, sed toto suo circulo conspicuus

bus dies, & totidem aliis nox usque continua est. [3] Terra augusta, aprica, per se fertilis. Cultores justissimi, & diutius quam ulli mortalium & beatius vivunt. Quippe festo semper otio læti non bella novére, non jurgia: sacris operati, maximè Apollinis: quorum primitias Delon misisse initio per virgines suas, deinde per populos, subinde tradentes

Ss 2

spicuus est, totusque quodammodo oritur, simili atque fabulosis Hyperboreis ortu, licet ad breve spatium. Bruma vero sol iis occidit, quia tum non oritur, toto enim suo circulo sub terram conditur. Itaque Thulitæ uno tantum die solem aversum habebant, quod perperam Hyperboreis tribuit Plinius. Sed & tum insigniter errat, cum eodem capite dicit; *Qui alibi quam in semestri luce constituere eos, serere matutinis, meridie metere, occidente sole fœtus arborum decerpere, noctibus in specus condi tradiderunt.* Imo illi qui hæc de Hyperboreis adseruerunt, omnino crediderunt eos in semestri luce vivere. Vere namque gloriari possunt Lappones & Norwagiilli, qui intra Arcticum habitant circulum, adeo se benignum experiri solem, ut uno die fruges ipsis matureścant, quod ne in media quidem contingit Æthiopia. Mane enim oriente sole serunt; meridie, id est media æstate, aut saltem vespertino tempore sub finem nempe æstatis, fructus, si qui frigotis sint patientes, colligunt; segetes quippe apud illos nullæ. Recte itaque hæc dicuntur fieri in luce semestri, cum alibi non fiant. Qui Plinio patrocinari voluerunt, negativam addiderunt particulam, non quidem male, si faverent veteres libri. Sed opinor Plinium non percepisse autorum, quos sequeretur, mentem. Miserè quoque hic hallucinatur Salmasius, nihilo melior Plinio astronomus.

3. *Terra augusta, aprica, per se fertilis*] *Augusta* pro magna & ampla, non est Latinum, sed pro sancta & venerabili, & alibi passim accipitur. Quare autem sacra vocetur hæc tellus ex sequentibus pater, uti quoque ex Herodoto, unde transcripsit. Hinc Pindarus quoque Olymp. Ode III Hyperboreorum gentem sacram vocat, propter cultum Apollinis & templum, quod apud illos exstitisse fabulata est antiquitas. Pherenici versus de hac re quos adfert ejus Scholiastes, ita legendi sunt.

Au-

dentes ulterioribus, [4] moremque quamdiu, & donec vitio gentium temeratus eſt, ſervaſſe referuntur. Habitant lucos ſylvaſque, & ubi eos vivendi ſatietas magis quam tædium cepit, hilares redimiti ſertis ſemetipſi in pelagus ex certa rupe præcipites dant. Id eis funus eximium eſt. [5] Mare Caſpium ut anguſto, ita longo etiam freto primum terras, quaſi fluvius, irrumpit: atque ubi recto alveo influxit, in tres ſinus diffunditur. Contra os ipſum in Hyrcanum, ad ſiniſtram in

Ἀμφὶ θ' Ὑπερβορέων οἵτ' ἔχασι ναιετάουσι
Ναΐῳ ὑπ' Ἀπόλλωνι, ἀπείρητοι πολέμοιο.
Τὲς μὲν ἄρα πρεσβυτέρων ἐξ αἵματος ὑμνίζουσι
Τιτήνων βλαστόντας ὑπὸ δεσμῶν αἰθρήνων
Νάσσασθαι βορέαο γύην Ἀερκτωσὸν ἄνακτα.

Paulo poſt antiquiſſimus Vaticanus liber legit; *quorum primitias Delum miſiſſe olim per virgines.*

4. *Moremque eum diu, & donec vitio gentium temeratus eſt*] Optimus liber ſic habet; *Moremque quamdiu, & donec vitio gentium temeratus eſt, ſervaſſe referuntur. Quamdiu* probum eſt & Latinum, pro *quam diutiſſime. Quam* enim non tantum ſuperlativo jungitur, ſed etiam poſitivo, idque ſæpiſſime apud ipſum quoque Ciceronem. Pro *temeratus*, quidam libri habent *deſtitutus*, quod & ipſum probum eſt.

5. *Mare Caſpium ut anguſto, ita longo etiam freto*] Non recte hic diſceſſit ab Herodoto, quem alias fere ſemper ſequitur. Nempe quia Caſpium mare ex Oceano ſeptentrionali influere tradiderunt alii, Herodoto poſteriores, illos ſequi maluit. Verum non ſemper poſteriores obſervationes præferendæ ſunt antiquioribus. Quod Herodoti, & aliorum idem ſentientium opiniones, non approbatæ fuerint, ea præcipue fuit ratio, quia id mare ſalſum eſſet, ac ſi neceſſum eſſet propterea ut Oceano conjungeretur. Sed vero multos eſſe lacus, eoſque non admodum amplos, qui tamen ſint ſalſi, notiſſimum eſt. Jam vero & hoc rationi conſentaneum eſt, & experientia conſtat, omnes lacus, ſive Oceano conjungantur, ſive terræ undique ſint incluſi, ſi vaſte admodum explicentur, ſalſos paulatim fieri, ac marium naturam induere. Ne quis mihi aut Larium, aut Benacum aut Lemannum hic objiciat. Quantuli enim ſunt iſti? Verum in Mæotide jam manifeſta ſalſitudinis comparent indicia: majora in Ponto Euxino, qui cum alia ſimilis ſit mari Caſpio, tum etiam illo, quod in medio tantum ſit ſalſus. Cauſam vero quare vaſti lacus ſalſi fiant, in meteorologicis noſtris reddemus. Fruſtra autem de effluvio ſolliciti ſunt. Julius Scaliger mare hoc in Pontum Euxinum occultis alveis exire, alii alia quærunt oſtia; quaſi vero non innumeri reperiantur lacus, qui tamen nuſquam effluant. De magnitudine hujus maris quæ idem Scaliger refert abſurda ſunt, ac neſcio unde hauſerit, ſi quidem non ſunt apud Joſaphatum Barbarum, unde cætera deſcripſit. Dicit totum mare Caſpium circumnavigari duodecim diebus, ac reprehendit Herodotum quod ſcripſerit mare id longum eſſe quindecim, latum vero octo dierum navigatione. Sed profecto, ſi longitudinem hic accipias pro maxima maris extenſione, aut non erravit Herodotus, aut parum admodum. Verum ſi longitudinem accipias pro ſpatio, quod eſt inter Iaxartis fluminis oſtia, & Circaſſorum littus, jam nimia erit menſura. Scaligerum tamen ſecutus eſt nuperi itinerarii auctor Adamus Olearius, qui maris hujus partem perluſtravit, ac fuſe deſcripſit. Ego licet plurimum oculis ac noviſſimis tribuam obſervationibus, hic tamen ad priorum cogor redire ſententiam. Nam quod ait mare hoc extendi, non ab ortu in occaſum, ſed à meridie boream verſus, in eo omnino fallitur. Occiduam tantum maris Caſpii partem exploravit, nempe littus quod ab oſtiis Volgæ uſque ad Ferabath oppidum dirigitur, ac ſummam maris latitudinem efficit. Intervallum hoc componit

in Scythicum, ad dextram in eum quem proprie & totius nomine Caſpium appellant. Omne atrox, ſævum, ſinè portubus, procellis undique expoſitum: ac belluis magis quam cætera refertum, & ideo minus navigabile. Ad introeuntium dextram Scythæ Nomades freti littoribus inſident. Intus

sunt ad Caspium sinum Caspii, & Amazones, sed quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanum, Albani, & Moschi, & Hyrcani:

nit cum centum viginti leucis Germanicis. Hæc mensura convenit satis bene cum illa Herodoti. Navigationem namque unius diei Græci includunt stadiis quingentis. Octidui itaque navigatio efficit stadia quater mille, quæ conficiunt leucas Germanicas centum viginti quinque. Convenit quoque Geographus Nubiensis qui septem dierum navigatione latitudinem hujus maris emetiri scribit. Nempe spatium quod est à promuntorio Tabrustan, in extantissimum Nagaiæ promuntorium, ideoque unum diem absțulit. Longitudinem maris non perlustravit Olearius, sed perlustrarunt cum alii, tum quoque Antonius Jenkinsonus Anglus, ante centum circiter annos, qui totum littus septentrionale, quod ab ostiis Volgæ ad Jaxartis ostia extenditur, enavigavit. Scribit is mare hoc porrigi ad ducentas leucas Germanicas, cum Olearius non ultra nonaginta leucas numeret, adeo nempe spatia & intervalla omnia contraxit. Ab ostiis Volgæ ad Boglatan promuntorium numerat Jenkensonus LXXIV leucas. At vero in tabulis Olearii, ne dimidia quidem portio hujus intervalli exprimitur, unde appareret illum mediam partem maris Caspii amputasse, & terris adtribuisse. Scaliger vero non illo contentus, etiam tribus minimum quadrantibus mare hoc multavit, ut facile colligere poterunt, qui non omnino sunt geometriæ ignari. Quam bene ex superioribus, ut puto, satis liquet. Maneat itaque hoc mare porrectum ab ortu in occasum, si non ad quindecim dierum navigationem, saltem ne in tam arcta spatia, atque Olearius aut Scaliger fecere, constringatur ejus longitudo. Non veteres tantum, sed & Arabes in eo conveniunt. Quod autem in mensura non conveniant, id eo evenit, quod minus exploratum habuerint latus septentrionale. Non displicet Eratosthenis mensura, verum ita, uti est apud Strabonem, non apud Plinium, cujus numeri ex Strabone emendandi, alias ne sibi quidem ipsi constaret Plinius. Eratosthenes vero partis sibi compertæ mensuram prodit stadiorum 12600. sive millium passuum, 1575, ut habet Plinius. Verum hic deest spatium quod ab ostiis Volgæ sive Rha fluminis usque ad Jaxartem excurrit. Huic si juxta Jenkensonum tribueris centum sexaginta sex leucas Germanicas, habebis totum maris Caspii ambitum leucarum quingentarum fere & sexaginta.

6. *Amardi.*

ni: in Scythico, [6] Amardi & [7] Pæsicæ, & jam ad fretum Derbices. Multi in eo sinu magni parvique amnes fluunt: sed qui famam habent, ex Cerauniis montibus [8] uno alveo

6. *Amardi & Pæsici*] Mardi & Amardi iidem sunt. Ad Oxum habitasse patet & ex aliis, & ex hoc ipso inferius. Sed non uno fuere loco Mardi aut Amardi. A Ptolemæo in Media, & in Armenia majore, ab aliis etiam alibi collocantur. Puto omnes latrones & fugitivos montium incolas à Persis sic dictos fuisse. Tales omnium testimonio fuere Mardi, ubicunque essent. Sane מָרוּד Hebræi exulem & rebellem vocant, à radice מָרַד.

7. *Pæsici*] Infra *Pæsicas* vocat, quod rectius, quamvis etiam apud Plinium Pesici nominentur. Herodoto Παισίκαι male pro Πασσίκαι. Ptolemæi libri meliores Πάσικαι similiter pro Πασσίκαι. In loco omnes conveniunt, nempe sitos fuisse inter Oxum & Jaxartem. Porro isti Pæsiacæ vel Pasiacæ etiam Apasiacæ appellantur, quemadmodum Mardi etiam Amardi. Male apud Polybium Ἀσπασιάκαι. Sed scripsisse & illum & Strabonem Ἀπασιάνας, manifestum est ex Stephano.

8. *Uno alveo descendit, duobus exit in Caspium*] Manifeste hic deest aliquid. Pintianus recte divinavit excidisse hic vocabulum *Rha* fluminis. Similitudine vocis sequentis, uti sæpe alias. Verum non recte fluvium hunc ait oriri ex Cerauniis montibus, quorum situs notus ex Ptolemæo, cum remotissimis oriatur fontibus, ac plus quam quadringentas Germanicas leucas cursu suo conficiat. Sed neque illud verum, duobus tantum alveis in Caspium mare exire, septuaginta enim ostia numerarunt, qui viderunt, aut etiam plura: quamvis alii viginti quinque tantum referant, quod de majoribus forsan & permanentibus ostiis, est intelligendum. Quum vero scribit uno alveo descendere, tum quoque errat, cum plurimi in eum amnes partim in Tartaria, partim in Moscovia nati, influant, quod hodierna experientia compertissimum. Diversi illi Rha sive Volgæ fluminis fontes noti fuere jam olim Ptolemæo. Præter duos longissime à se invicem distantes fontes, quos ex Hyperboreis ait oriri montibus, amnibus quoque aliquot augeri ait, qui ex Rhymmicis montibus in eum influant. Verba ejus hæc sunt, agens de Scythia intra Imaum, & Rhymmicis in ea montibus, Ἀφ' ὧν ῥέουσιν, ὅτε Ῥύμμος

κτλ

alveo descendit, duobus exit in Caspium Rha.

ἢ καὶ ἄλλοι τινὲς εἰς τὸν Ῥᾶ ποταμὸν· οἵδε συμβάλλοντες τῷ Δάϊκι ποταμῷ κατὰ τὸ Νόεργαον ὄρος. Sic habent veteres manu exarati libri, & recte. Vulgata enim lectio falsa est, & meras offundit tenebras. Ex Rhymmicis montibus præter Rhymmum, qui proprio ostio in mare Caspium exoneratur, egrediuntur quoque alii amnes, quorum aliqui Rha fluvium subeunt, alii Daici conjunguntur flumini, qui vulgo *Iaik* appellatur. Multa, ut solet, & de hoc flumine, & de herba Rha in Solinianis suis Salmasius, quæ tamen ipse ibidem destruit. Locus Ptolemæi & in manu exaratis libris, & in illis codicibus quibus usi sunt veteres interpretes, recte sic concipitur; ἐπὶ τὴ ἑτέρᾳ τῆ Ῥᾶ ἐπιστροφὴ πλησιάζουσι τῇ τῆ Τανάϊδος. Vulgatam enim lectionem absurdam esse quis non videat? Salmasius tamen illam tuetur, sed tandem seipsum corrigit, & pro συβολὴ ὀκτροπὴν reponit, ac *flexionem* interpretatur. Sed graviter errat, confundens ὀκτροπὴν cum ἐπιστροφῇ. Flexio sive ἐπιστροφὴ fluviorum quid sit, neminem ut puto latet. Sed vero ὀκτροπὴ sive divortium longe aliud, uti sexcentis locis apud Ptolemæum videre est. Nempe quotiescunque fluminis pars relicto recto & naturali suo cursu, alium aut sua sponte, aut hominum labore reperit alveum, qui exitum non habeat, aut ab aliis amnibus aut lacubus intercipitur, illum passim ὀκτροπὴν sive diverticulum solet appellare Ptolemæus. In eo tamen sæpe peccat, quod συμβολὰς sive confluentes aliorum amnium cum diverticulis confuderit, uti in Rheno ac aliis nonnullis, cum tamen συβολὰς & συμβολὰς alibi recte distinxerit. Verum hæc obiter, idque eo libentius, quoniam video multos de hoc vocabulo sollicitos fuisse, nec sese expedire potuisse, quid per ὀκτροπὰς sive divortia intellexerit Ptolemæus. De Rha verò aut Rheo barbaro, alias. Hoc tantum nunc monemus, Rha Barbarum, Rha Ponticum, idem plane esse, dictumque à flumine, de quo nobis sermo, in cujus ripis nascebatur, non autem à Barbaria Æthiopica, ut nugantur. Rhacoma vero Plinii, nihili est vocabulum. Frigidæ quoque hoc loco emendationes Salmasii. Optimæ nostræ membranæ exhibent. *Recoma*, & in indice libri, *Reucyma*. Quis non videat scripsisse Plinium *Rheu cymá?* Sic apud ipsum Plinium *brassicæ cyma*: sic *cyma lauri* apud Marcellum Empyricum. Ῥᾶ κύμα, itaque manifeste hic accipitur pro teneriore Rhei cauliculo. Sed vero Rhabarbarum hodiernum nihil commune habet cum vero Rhabarbaro. Et specie & virtute plurimum differt, hoc συπλιήν, illud vero καθαρτικήν. At postquam ex iisdem oris, unde prius Rha Barbarum, à mercatoribus allata fuit radix illa, quæ apud solos crescit Sinenses, ac *Tathoang* ab ipsis nominatur, usus obtinuit ut in illam Rhabarbari appellatio transferretur. Utriusque effigiem dabimus in Paralipomenis nostris botanicis.

Rha. 9 Araxes Tauri latere demissus, quoad campos Armeniæ secat, labitur placidus & silens, neque in utram partem eat, quanquam intuearis, manifestus: cum in asperiora devenit, hinc atque illinc rupibus pressus, & quanto angustior, tanto magis pernix, frangit se subinde ad opposita cautium.

Tt Atque

9. *Araxes Tauri latere demissus*] Magnam & hic fluvius Geographiæ obscuritatem adtulit, dum diversis adeo locis describitur. Aliqui ex Tauro vel ex Caucaso, Herodotus ex montibus Matianis, qui sunt in Media, Aristoteles in meteorologicis ex Paropaniso profluere scribunt. Hinc apparet non uni fluvio nomen Araxis adtributum fuisse. Primus qui illum descripsit est Herodotus. Verum is per Araxem manifeste Oxum intellexit, cum Massagetarum faciat terminum. Sed quomodo è Matianis tunc oritur montibus? Debuisset enim dicere ex Paropaniso, ut Aristoteles. Sane Oxum ante victorias Alexandri à Græcis Araxem fuisse appellatum nullus dubito, cum ad orientale maris Caspii latus illum describant. Quod Mela & alii Araxi adscribit, illud ipsum Polybius Oxo tribuit, ut statim ostendemus. Dionysius quoque Alexandrinus Araxem Massagetarum facit terminum, sed perperam ab Oxo distinguit. Jam vero quod Herodotus scribit, Araxem quadraginta ostia, sive potius ὀκτροπὰς habere, illud nescio an cuiquam flumini in Caspium exeunti, possit adscribi, præterquam Volgæ vel Rha fluvio. Verum de hoc infra agemus. Quod autem Aristoteles ait, Tanaim profluere ex Araxe, & hoc quoque verum esse non potest, nisi per Araxem flumen Rha sive Volgam intelligamus. Hoc enim posito, jam commodam verba Aristotelis inter-

Atque ob id ingenti cum murmure ſonanſque devolvitur adeò citus, ut quà ex præcipiti [10] in ſubjecta caſurus eſt, non declinet ſtatim undam, ſed ultra quam canalem habet, evehat, plus jugeri ſpatio ſublimis, & aquis pendentibus ſemetipſe ſine alveo ferens:

terpretationem admittunt, nempe ut ea capiamus de foſſa illa, quæ hodie quoque comparet, illic ubi Volga Tanai proximus eſt, quæque utrumque hoc flumen committit. Neſcio quid Barbari foſſæ adcolæ de hac narrent, interim non dubito quin antiquiſſimus ſit canalis iſte, ac is ipſe, ut puto, cujus meminit aliquoties Herodotus, addens à ſervis Scytharum eſſe effoſſam. Confluentis huius meminit quoque Theophanes in Chronico ad annum mundi 6170. Apparet ex his quam varie nomen Araxis à veteribus acceptum fuerit, & quam diverſis fluminibus adtributum. Hinc proculdubio factum eſt ut cætera flumina Cyrus, Cambyſes aliaque loco ſuo mota ſint alioque tranſlata, & à Mela & ab aliis, uti ex ſequentibus manifeſtum fiet.

10. *In ſubjectam non declinet ſtatim undam*] Correximus hæc auctoritate veterum codicum, & ſic poſtulante ſententia. Paulo poſt ſcribe ex iiſdem libris; *ſemetipſe ſine alveo ferens*. Prodigioſum vero & incredibile prorſus videtur, id quod hic Mela ſcribit de Araxe flumine, illum tanto impetu è fonte præcipiti in ſubjecta decidere, ut unda ejus altius evehatur, quam ſit ipſe fons, ac ferri per ingens ſpatium ſine alveo. Dubito an hoc de Araxe, quem hic deſcribit Mela, quique etiamnum *Aras* vocatur, intelligendum ſit. Inſignem quidem is lapſum habet prope oppidum Ordabat, cujus fragor ad leucæ & amplius ſpatium exaudiri poteſt, verum non id eſt aquarum ingenium, ut toto agmine reſiliant, ſed guttatim tantum. At videtur Mela hoc Araxis miraculum ex antiquioribus Græcis, qui Alexandri tempora præceſſere, hauſiſſe; illi vero per Araxem, ut ſuperius monuimus, Oxum amnem intelligunt. Sic quoque Polybius, qui miraculum hoc auget, & Oxo amni tribuit. Quo enim loco in excerptis prodit, Aſpaſiacas Scythas Oxum pedibus tranſire, duas quomodo id fiat adfert rationes, alteram facilem, nempe quia Oxus terram ſubit; alteram miraculoſam, non tamen impoſſibilem, ut ipſe exiſtimat. Scribit enim Oxum tanto impetu è ſublimi deorſum ferri, ut aqua ejus plus ſtadio à ſaxo abſiliat. Aſpaſiacarum

ferens: deinde ubi incurvus arcuatoque amne deſcendit, fit tranquillus, iterumque per campos tacitus & vix fluens in id littus elabitur.

ſiacarum vero tam pedeſtres quam equeſtres turmas, per ſpatium rupi vicinum in Hyrcaniam tranſire, ac pendulas fluvii aquas ſine noxa ſubire & evadere. Verum Theophylactus in Oecumenica hiſtoria eandem ſcribens hiſtoriam, nec Araxis nec Oxi facit mentionem, ſed maris Caſpii litorum, verba ejus quia nondum lucem viderunt, adſcribam. Ἐν τῇ θαλάσσῃ Ὑρκανίᾳ τῇ νῦν Κασπίᾳ καλουμένῃ, ἀκμὴ ὄρους τοῦ αἰγιαλοῦ ἀνέχουσαι ὑψηλαὶ ἄγαν καὶ ὑπαντροι ὀλίγῳ ἀφεστήκασι ἡμισταδιαίῳ τυχὸν ἢ καὶ τρίτῳ σταδίῳ τοῦ εἰς αἰγιαλὸν κρημνίζοντα, τῆς θαλάσσης ἀπέχουσι. Ὑπερθεν ποταμοὶ καλοῦντες ἄνωθεν ἀπὸ ὑψηλοτέρων ὀρέων τοσαύτην καταφέρουσι τὴν ῥύμην, ὥστε ἐν τῷ μέλλειν εἰσβάλλειν εἰς τὸν θάλασσαν ἀπὸ τῶν ἄκρων τῶν ἀκτῶν, ὡσὰν αὐτῷ τῷ θαλάσσαν τὸ ὕδωρ ἀναβλύζουσι, τὸν ἐν μέσῳ ὑποκείμενον χῶρον, ἤτοι τὸν αἰγιαλὸν ἄβροχον εἰσάπαν καταλιμπάνοντες, ὡς εἶναι βάσιμον αὐτὸν καὶ ὁδεύσιμον τοῖς ἐκεῖσε διερχομένοις, καὶ στρατοπέδοις κωλύειν, σκεπομένοις μᾶλλον ὑπὸ τῶν ῥεόντων πραπιδῶν, καὶ ἀβρόχοις ἐν τῷ διέρχεσθαι σωτηρουμένοις. Nihil verius hoc Theophylacti loco, quem unice confirmat Matthias à Michou lib. I. cap. VII. de Sarmatia Aſiatica. Agens enim de mari Caſpio dicit; *Fluere multa ac magna flumina in id mare quæ de ripis altis impetuoſe & quaſi per ſaltum ex alto in medium decidant, & juxta ripas ſubtus tranſeuntibus iter præbeant. Unde fiat ut ibi in æſtate à Perſis & Medis refrigerium quæratur.* Simile eſt quod in Æthiopia fieri tradit Joannes Barros fide dignus auctor, qui Luſitanice complexus eſt navigationes ſuæ gentis. Dicit is lib. III. cap. VIII. decadis primæ, Nigrum fluvium, qui vulgo *Zanaga* dicitur, circa regionem Huaba è rupe excelſa tam longe undas ſuas in ſubjectam planitiem ejaculari, ut ſub volantibus iſtis in aëre aquis ſiccus ſemper pateat tranſitus, niſi quando adverſus ventus, undam retroagat, & ad rupem allidat. Lapſum vero iſtum ait ab indigenis *burto* vocari quod arcum ſignificat, quia arcuatim de ſummo labitur flumen; niſi po-

bitur. 11 Cyrus & Cambyſes ex radicibus Co- 60
raxici montis vicinis fontibus editi, & in
diverſa abeunt, perque Iberas & Hyrcanos
diu & multum diſtantibus alveis defluunt:
poſt non longè à mari eodem lacu accepti,
in Hyrcanum ſinum uno ore perveniunt. 65
12 Iaxa-

potius exiſtimemus, ab arcu cœleſti ſic nominari. Semper enim cum aquarum moles è ſublimi deorſum feruntur, irides aliæ pendulæ, aliæ terris incumbentes apparent, etiam abſolutæ & rotundæ, uti nos ipſi ſæpe comperimus. Quod autem dicunt talia loca ſiccis peragrari pedibus, in eo falluntur. Ubi enim eſt ingens lapſus, ibi immenſa circumcirca eſt adſperſio, quæque ad aliquot ſæpe pertingit ſtadia, quod & ipſum in Helvetiis & alibi experti ſumus. Atque hæc quidem certa eſſe exiſtimo, verum mera eſt fabella, quam narrat Chronici Hirſaugienſis autor ad annum MCXVII. nempe quod tantus fuerit terræmotus, *ut Padus unus de quatuor Europæ majoribus fluviis è terra eluatus fuerit, in modum fornicis, ita ut inter terram & aquam via pateret tranſeuntibus.* Eadem habet Dodechinus in Appendice ad Marianum Scotum. At vero Robertus Montenſis ad annum MCXVIII, longe aliter hoc miraculum narrat, & Moſæ, non Pado tribuit; *Moſa fluvius, juxta abbatiam quæ dicitur Suſtula* (vulgo Susteren appellatur) *quaſi pendens in aëre fundum ſuum viſus eſt deſeruiſſe.* Idem habet Anſelmus Gemblacenſis, qui obiit anno CIↃCXXXVII. in Continuatione Sigeberti. Hoc poſtremum credo, cum multo etiam majora miracula terræmotu contingant. Sed ut flumen aliquod tamdiu ſupra alveum elevatum maneat, ut ſubtus tranſeuntibus tranſitus pateat, calidum ſane videtur mendacium.

11. *Cyrus & Cambyſes ex radicibus Coraxici montis*] Valde hic peccat Mela, cum amnes hos vicinis fontibus oriri, ac tamen tam vaſta divortia facere ſcribit, ut unus per Iberas, alter per Hyrcanos fluat priuſquam conjungantur. Nempe quia Araxis appellatio tam variis adtributa fuit fluminibus, ideo quoque in ſitu & nomine Cyri & Cambyſis amnium variatum fuit. Sed ſi per Araxem illud flumen intelligamus quod ſic Romani appellarunt, quodque etiamnum nomen ſervat, jam non erunt diſtinguenda oſtia Cyri & Cambyſis, ab oſtiis Araxis; confluentem enim faciunt, non divortium. Araxes influit in Cyrum, uti non tantum Plutarchus & Appianus, ſed & hodierna docet experientia.

12 Iaxartes & Oxos per deſerta Scythiæ ex
Sogdianorum regionibus in Scythicum exeunt; ille ſuo fonte grandis, hic incurſu
aliorum grandior, & aliquandiu ad occaſum
70 ab oriente currens, juxta Dahas primum
inflectitur: curſuque ad ſeptentrionem converſo, 13 inter Amardos & Pæſicas os aperit. 14 Sylvæ aliaque dira animalia, verum

12. *Jaxartes & Oxus per deſerta Scythiæ*] Aliter hæc concipiuntur in optimo meo codice, hoc nempe modo; *Jaxartes, & deſerta Scythiæ peragrans Oxos, ex Sugdianorum regionibus in Scythicum exeunt.* An ſic ſcripſerit Mela neſcio, interim hoc verum eſt, Oxum magis peragrare Scythiæ deſerta, quam vulgo exiſtiment. Dicturi ſumus de hoc flumine, & de Jaxarte alias, quoniam nuſquam major eſt geographiæ obſcuritas, & ignorantia, quam in tractu, qui mare ſive lacum Caſpium, & regnum Sinenſe interjacet. Oſtendemus intervallum iſtud longe eſſe minus, atque vulgo creditur, fluminaque iſta longe alium tenere curſum, quam iis adſignarint Geographi. Hoc brevitatis gratia admonuiſſe nunc ſufficiat.

13. *Inter Amardos & Pæſicas os aperit*] Sic recte legunt meliores libri. Quod autem dicit Oxum in Scythicum maris Caſpii ſinum exire, in eo non recedit à veterum aliis. Veriſſime de hoc flumine ſcribit Herodotus, licet ſub Araxis nomine ut jam monuimus, in quadragintaillud ora dilatari, uno tantum in Caſpium exire. Neoterici quidam adfirmant Oxum ne exire quidem, ſed in innumeros rivos diſperſum emori, & nuſquam manifeſto alveo egredi. Hinc eſt quod illa Bactrianæ portio, adeo ſit fertilis & amæna, quantum vix alia in terris regio. Quod autem nullum in mare Caſpium exitum obſervarint nonnulli, id eo contigiſſe exiſtimo, quod æſtate, cum humilis ſit, facile à riguis epotetur, quod ipſum quoque Euphrati multiſque aliis contingit fluminibus.

14. *Silvæ alia quoque dira animalia*] Habent libri veteres *aliaque*, non *alia quoque*. Utrumque probum & Latinum; Sic *hodieque* pro *hodie etiam*, ſic innumera alia apud Livium alioſque Auguſtei ævi ſcriptores. Vide de hoc loquendi genere reſponſum parentis ad Animadverſiones Scioppii.

& Tigres ferunt, [15] utique Hyrcania. Sævum ferarum genus & usque eo pernix, ut illis longè quoque progressum equitem consequi, nec tantum semel, sed aliquoties etiam cursu unde cœperit subinde repetito, solitum & facile sit. Causa ex eo est, quod ubi ille interceptos earum catulos citus cœpit avehere, rabiem appropinquantium frustraturus, [16] astu unum de pluribus omisit: hæ projectum excipiunt, & ad cunabula sua referunt: rursumque & sæpius remeant, atque idem efficiunt, donec ad frequentiora, quam adire audeant, profugus raptor evadat.

15. *Utique Hyrcaniæ sævum ferarum genus*] Atqui non Hyrcania sola fert tigrides, neque in illa sola sæviunt; Vide itaque num locus hic, hoc pacto sit concipiendus; *Silvæ aliaque dira animalia, verum & tigres ferunt, utique Hyrcania. Sævum ferarum genus* &c. Lepidus sane est Servius, qui Hyrcaniam, silvam esse scribit, & quidem Arabiæ. An Hercyniam in animo habebat? Sed quid illa ad Arabiam?

16. *Astu unum de pluribus omisit*] *Omisit* est antiqua lectio, quod perperam mutarunt. Nempe dicit, ubi raptor unum de catulis omisit, illæ projectum excipiunt, & ad cunabula sua referunt. Sic habent manu exarati libri non *cubilia*, ut vulgo. Porro meram sapiunt fabellam quæcunque hic Mela, & ex eo Plinius & Solinus tradunt de Tigride. Nec verora sunt illa quæ de sphæra vitrea narrant Claudianus & Ambrosius. Minore impendio & periculo hoc seculo capiuntur tigrides. Causa figmenti ex eo, quod quadrupedum perniciissimum esse crediderint hoc animal. Sed sane quotidiana experientia docet tigrides minime cursu valere, ac tardos esse si cum cæteris belluis conferantur. Hinc fit ut hominibus & segnibus jumentis potius insidientur, quam aliis belluis. Romani videntur tigrides æratis tantum inclusas caveis cognovisse, idque sero admodum; primus siquidem tigris, sub Augusto demum conspectus est, in dedicatione theatri Marcelli, ut constat ex Plinio. Bene itaque Varro lib. IV. de L. L. *Tigris qui est ut leo, qui vivus capi adhuc non potuit.* Sic recte libri manu exarati. Male vulgo scribitur, *qui est ut leo varius* quod ineptum, cum tigrides, quoad conspectum, hoc tantum a leonibus sive potius leænis differant, quod tigrides sint varii, leænæ minime. Non dubito, quin quod hodie passim fit, id quoque olim factum sit, nempe ut pantheræ & leopardi pro tigridibus sæpe acciperentur. Multa Hispani, multa quoque nostrates scribunt de tigribus Americanis, sed revera illi sunt majores leopardi, non absimiles iis, qui in regno Congi, Angolæ & Æthiopia majore reperiuntur, qui & ipsi vulgo tigrides appellantur. Atqui tigres sunt virgatæ, istæ vero Americanæ & Africanæ maculis tantum rotundis distinguuntur. Quod si verum sit omnes tigrides esse virgatas, jam quoque illud verum erit, solam Asiam ferre tigrides. Qui primitus leopardis istis Americanis tigrium nomen dedere, nunquam tigres viderant. Unum quod cum tigridibus commune habent est, quod sint pigri admodum & non multum cursu valeant, ut testatur Oviedus in naturali novi orbis historia. Magnitudinem & molem corporis quod attinet, illa multum dispar est, cum leopardi isti maximi, longe tamen sint minores tigridibus. Argumentum quod ex robore petunt, non multum urget. Esto id quod Oviedus ad Carolum V. scribit belluas istas Americanas fortiores esse regiis leonibus; nescio tamen an robore comparandi sint, cum Asiaticis tigribus, iis præsertim qui Gangem adcolunt. Retulit mihi vir fide dignus vidisse se tigridem, qui rapto tauro transiliret septum supra humanam staturam editum. Magis etiam mirandum, id quod Joannes Barros decadis II. lib. VI. cap. I. narrat Malaccæ contigisse; tigridem nempe superato muro, trabem cui alligata erant tria mancipia, abripuisse, ac tanto pressam onere murum denuo transvolasse.

dat. Ultra Caspium sinum quidnam esset, ambiguum aliquandiu fuit: idemne Oceanus, an tellus infesta frigoribus, sine ambitu ac sine fine projecta. Sed præter physicos, Homerumque, qui universum orbem mari circumfusum esse dixerunt, [17] Cornelius Nepos, ut recentior autor, ita certior; testem

17. *Cornelius Nepos ut recentior auctoritate, sic certior*] Inepta lectio;

teſtem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, eumque ita retuliſſe commemorat: 95 Cum Galliis Proconſule præeſſet, [18] Indos quoſdam à rege Bætorum dono ſibi datos: unde in eas terras deveniſſent requirendo, cognoſſe vi tempeſtatum ex Indicis æquoribus abreptos, emenſoſque quæ intererant, 100 tan-

lectio; quid enim eſt auctoritate certior? Manu exarati libri, *ut recentior, ita auctoritate certior*, quod æque ineptum. Scripſit Mela; *ut recentior autor, ita certior.*

18. *Indos quoſdam à Rege Suevorum dono ſibi datos*] Ita ex Plinio hunc locum emendare conatus eſt Hermolaus Barbarus, cum prius legeretur *Boiorum.* Sed neque Boiis, neque Suevis, locus hic eſſe poteſt; cum Boii toti ſint mediterranei, Suevi vero in nullo ſcripto codice compareant. Ego ſic ſentio, locum eſſe corruptum & veram eſſe lectionem, quam in optimis aliquot codicibus reperi *Bætorum*, non *Bojorum* aut *Botorum* aut etiam *Lydorum*, uti habent alii manu exarati libri. Bæti ſunt Batavi. Sic quoque appellantur in lapide trilaterali apud nos reperto;

IMP. CAES.
ANTO
AUG. COH.
BÆ. TORUM
P. E.

Strabo Βάτους vocat Batavos: neque enim probo illorum conjecturam qui Χάττους reponunt. Nempe ab agro *Betua* vel *Battua*, uti habet Aimoinus monachus, variæ iſtæ promanarunt appellationes, quæ & in libris, & in antiquis comparent marmoribus, quales ſunt, Bati, Bæti, Batai, Badai & denique Batavi. Verum de his in Batavicis noſtris. Sufficiat breviter oſtendiſſe Bætos iſtos Cornelii Nepotis eſſe Batavos, & perperam Suevos ſubſtituiſſe Plinium, more ſuo, ut jam multis in locis oſtendimus. Per Indos vero iſtos qui in littus Batavum ejecti, & poſtea Metello dono dati fuere, intellige homines Indis ſimiles. Stultum namque exiſtimare veros Indos eo uſque penetrare potuiſſe. Cujates vero illi fuerint, an Afri, an Americani, multum habet ſollicitos nugatores quoſdam. Ego neutrum puto; Sed omni no arbitror iſtos Indici coloris homines, veros fuiſſe Britannos. Iſatis enim herba, qua olim Britanni totum fucabant corpus, non ſimpliciter cæruleum, ſed Indicum efficit colorem. Notum vero genus quoddam cærulei nigrum pene eſſe, ac vocari Indicum. Talis erat veterum Britannorum color. Plinius lib. XXII. cap. 1. *Simile plantagini glaſtum in Gallia vocatur, quo Britannorum conjuges nuruſque toto corpore oblitæ, quibuſdam ſacris & nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes.* Quid mirum vero Metello Proconſuli, nondum noto iſtoc Britannorum more, Britannos pro Indis eſſe obtuſos? Quis etiam hodie hominem ita pictum & fucatum pro Indo aut Leucoæthiope non accipiat?

tandem in Germaniæ littora exiiſſe. Reſtat ergo pelagus; ſed reliqua lateris ejuſdem aſſiduo gelu durantur, & ideo deſerta ſunt.

CAP. VI.

HISPANIÆ EXTERIORIS ET SEPTENTRIONALIS OCEANI INSULÆ.

HIs oris [1] quas angulo Bæticæ hucuſque perſtrinximus, multæ ignobiles inſulæ & ſine nominibus etiam adjacent: ſed earum quas præterire non libeat, 5 Gades fretum attingit, eaque à continenti anguſto ſpatio, & veluti flumine abſciſſa, quà terris propior eſt, penè rectam ripam

1. *Quas angulo Bæticæ hucuſque perſtrinximus*] Meliores manu exarati codices legunt *adhuc uſque*; alii *adhæc uſque*. Utrumque Latinum. Omnino ita ſcribendum; *quæ ab an-*

agit: quà Oceanum ſpectat, duobus promuntoriis evecta in altum, medium littus abducit, & fert in altero cornu ejuſdem nominis urbem opulentam, in altero templum Ægyptii Herculis, conditoribus, religione, vetuſtate, opibus illuſtre. Tyrii condidére: cur ſanctum ſit oſſa ejus ibi ſita efficiunt: [2] annorum queis manet, ab Ilica tempeſtate principia ſunt: opes tempus aluit. [3] In Luſitania Erythia, quam Geryone habitatam accepimus, aliæque ſine certis nominibus: adeo agri fertiles, ut cum ſemel

ab angulo Baticæ adhuc uſque perſtrinximus.

2. *Annorum queis manet numerus*] Abeſt poſtrema vox in pleriſque veteribus libris. Recte vero abeſſe, nemo qui Latine norit diffitebitur. De tempore vero, quo templum hoc & ipſum Gadium oppidum exſtructa fuerint, vide Bochartum.

3. *In Luſitania Erythia*] Quaquaverſum & à veteribus, & ab recentioribus, inſula hæc tranſlata eſt. Salmaſius pluribus adſtruere conatur, ſitam fuiſſe inter oſtia Bætis & Gades. Sed nulla in hoc tractu inſula vel nunc, vel olim fuit. Tractus ille terræ mariſque eundem iſtic loci, quem ſemper, conſervat ſitum, ut jam ſuperius docuimus. Ego ſic exiſtimo, aut nullam fuiſſe Erythiam inſulam, aut vera eſſe quæ de hac Ariſtoteles in mirabilibus ſcripſit, nempe Erythiam fuiſſe in Epiro. Si inſcriptio quam addit vera, nec ſane mendax videtur, fruſtra in Hiſpania locus iſte quæritur. Ita vero inſcriptio illa concipitur in manu exaratis libris.

Ἡρακλέης τεμένισσατο τὸ κυθήρη περσεφαόσσῃ
Τηδεγυονῆος ἀγέλωνἐλάων ἥδ' Ἐρύθειαν ἄγων
Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ Παστιφάεσσα θεά
Τηλεδάμῳ τέκνῳ τῷδ' Εὐρύοντι δάμαρ
Νυμφοχλυὴς Ἐρύθη τῇ τόδ' ἔδωκα πέδον
Μνημόσυνον φιλότας φυτὸ ὑπὸ σκιερῷ.

Non placent nunc, uti olim, Salma-

20 ſemel ſata frumenta ſint, ſubinde recidivis ſeminibus ſegetem novantibus, ſeptem minimum,

Salmaſii in hunc locum conjecturæ & interpretationes. Nam quis Proſerpinam Veneris filiam dixit, quis Herculem amore illius captum? Ego ſic exiſtimo conſtituendos eſſe hos verſus;

Ἡρακλέης τεμενίσσατο
Κέρᾳ Περσεφαόσσᾳ
Γηρυονῆ ἐλάων ἥδ' Ἐρύθειαν ἄγων,
Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ
Παστιφάεσσα θεά.
Τηλεδάμῳ τέκνῳ, τῷ τ'
Εὐρυτίωνι δάμαρ πελὶν
Νυμφοχλυὴς Ἐρύθη τῇ
τόδ' ἔδωκα πέδον
Μνημόσυνον φιλότας φυτὸ ὑπὸ σκιερῷ.

Hercules lucum illum dedicavit Proſerpinæ Aidonei Moloſſorum Regis filiæ, tunc cum Geryonem cum armentis in Erythiam Epiroticam egiſſet. Sic quoque autor vetuſtiſſimus, quem olim ſub Scylacis nomine, licet perperam, edidimus; Ἐρύθεια, σύζωθα ὁ Γηρυόνης λέγεται ἥκειν, καὶ τὰς βῶς βουλεῖν. Iſta autem armenta vel iſtos boves deſiderio ſuo ſubjecit, id eſt fuas fecit, Paſiphae nympa, quæ Herculi fuit ὁμόχρονος. Per Geryonem vero hic intellige, non ipſum tantum, ſed & boves ejus. Sequitur enim Τὰς δ' ἐδάμασσε, nempe τὰς βῶς. Hoc tralativum loquendi genus cum non intelligerent librarii, vocem ἐλάων in ἀγελῶν, vel ἀγέλην, mutandam cenſuerunt. Ex hujus vero inſcriptionis verbis male intellectis, nata eſt forſan fabella de amoribus Paſiphaes. Alteram inſcriptionis partem Erythe nympha Geryonis conjux poſuit Teledamo filio ſuo, & Eurytioni. Fuit vero iſte Eurytion Geryonis ſubulcus, ut docet Anonymus de diis, qui ſub Apollodori nomine in lucem prodiit. Φιλόζα vero pro Φιλόπαζος, veteri Dorum more, qui duplices iſtos admittebant genitivos. Atque hæc de vera Erythea, quæ non alibi quam in Epiro quærenda, dicta ſufficiant. Nunc videamus quid per Erythiam Mela intellexerit, cum illam in Luſitania collocat. Plerique Londobrin Ptolemæi, vulgo *Barlengas* dictam interpretantur. Sed ridiculi ſunt, qui vel fœcunda bubus paſcua, vel tam multiplices meſſes in ſterilibus quærunt ſcopulis. Certum eſt Melam non aliam intellexiſſe inſulam, atque illam, quæ oſtio Anæ adjacet, ac principium quodammodo Luſitaniæ conſtituit. Scribit Strabo hanc Herculi fuiſſe ſacram, ac Phœnices, priuſquam Gades conderent,

nimum, interim plures etiam meſſes ferant. 4 In Celticis aliquot ſunt, quas, quia plumbo abundant, uno omnes nomine Caſſiterides appellant. 5 Sena in Britannico mari Oſiſmicis adverſa littoribus, Gallici numinis oraculo inſignis eſt. Cujus antiſtites per-

derent, ad hanc fuiſſe delatos. Multa etiamnum hodie in ea inſula vetuſta ſuperſunt rudera, unde apparet admodum fuiſſe habitatam. Nunc adeo ignobilis eſt, ut etiam appellativo careat nomine. Porro quamobrem Mela, & alii, hanc Erythiam eſſe credidérint, duplex potiſſimum ratio fuit, ut exiſtimo; fœcunditas ſoli, & color. Rubent namque & inſula, & præſertim adſita utrinque litora, totaque illa ora collibus è rubrica & minio eſt conſpicua. Fœcunditatis vero teſtimonium ipſe hic præbet Mela; quum ait, adeo fertilem eſſe, *ut cum ſemel ſata frumenta ſint, ſubinde recidivis ſeminibus ſegetem novantibus, ſeptem minimum, interim plures etiam meſſes ferant.* Hæc interpretes non capiunt, & forſan ne ipſe quidem Mela quod ſcriberet, intellexit. Siquidem non de Cerere, ſed de herba medica hæc ſunt accipienda. Hiſpani *Alfalfam* vocant (hoc corruptum ex Arabico *Alfaſaſa*) nec quidquam apud illos notius, hoc præſertim in tractu. Unicum quippe id equis & bubus eſt pabulum; fœnum ignorant, medicam omnes norunt. Hæc eſt quæ ſemel ſata ad denos quoque annos ſufficiat, & ſi Plinio credendum etiam ad ter denos. Quater minimum in anno ſecatur, ſæpe ſexies. Nonnunquam etiam ſeptem aut octo præſtat meſſes. Tam vero abundantis eſt nutrimenti, ut niſi pecora paſtu prohibeantur, copia ſæpe ſanguinis ſuffocentur. Mela non intellectis auctoribus quos ſecutus eſt, triticeam ſuppoſuit meſſem, & recidiva ſemina, cum hujus rei cauſa naturæ herbæ medicæ & efficaciæ radicis ejus ſit tribuenda.

4. *In Celticis aliquot ſunt*] Ex adverſo nempe Celticorum qui ad Artabrum habitabant promuntorium. Ex communi veterum errore, qui Caſſiteridas, id eſt Britannicas inſulas, valde huic promuntorio vicinas eſſe exiſtimabant.

5. *Sena in Britannico mari*] Videtur hujus quoque meminiſſe Antoninus in maritimo itinerario, ſiquidem apud illum *Uxantiſma* ſcribitur pro *Uxantis, Sina*. Hodie inſula iſta nihil continet ſingulare. A Gallis vocatur *Iſle des Saincts*, eſtque Breſtæ oppoſita.

6. *Galli-*

perpetua virginitate ſanctæ, numero novem eſſe traduntur: 6 Barrigenas vocant, putantque ingeniis ſingularibus præditas, maria ac ventos concitare carminibus, ſeque in quæ velint animalia vertere, ſanare quæ apud alios inſanabilia ſunt, ſcire ventura & prædicare: ſed non niſi deditas navigantibus, & in id tantum ut ſe conſulerent profectis. Britannia qualis ſit, qualeſque progeneret, mox certiora & magis explorata dicentur. Quippe tamdiu clauſam aperit ecce principum maximus, nec indomitarum modò ante ſe, verum ignotarum quoque gentium victor, 7 qui propriarum rerum fidem ut

6. *Gallicenas vocant*] Libri manu exarati habent *Galligenas* aut *Gallizenas*. Turnebus putabat legendum eſſe *Galli Senas*. Sed non puto quemquam fore qui hanc conjecturam admittat. Quis credat Pomponium ſcripſiſſe, inſulæ Senæ mulieres vocari à Gallis Senas? Scribo *Barrigenas vocant*. Gloſſæ antiquiſſimæ; *Barrigenæ, peregrinæ*. In aliis; *Barrigenæ, peregrinæ, Barbaræ*. In Philoxeni, Iſidori, & aliorum Gloſſariis Barginnæ & Bargennæ appellantur, accipiturque ibidem pro barbara quoque acclamatione. Non immerito aliquis exiſtimet, Barginas dictas ſacerdotes feminas, viros vero Bargos. Iidem vero ſunt bargi & bardi. Sane Gloſſæ antiquiſſimæ Puteanorum fratrum utrumque rectum eſſe docent. Quidquid ſit, non dubito quin Barrigenæ dictæ fuerint mulieres iſtæ fatidicæ, à quibus poſtea quicunque barbari, & quicunque inconditus ſonus ſic appellatus fuerit. Valde probo conjecturam Gronovii noſtri, qui tritum iſtud Gallorum vocabulum *Baragoin* hinc originem accepiſſe exiſtimat. Paulo poſt legendum; *ſed non niſi deditas navigantibus* &c.

7. *Qui propriarum rerum fidem ut bello adfectavit*] Sic omnes etiam antiquiſſimi codices locum hunc exhibent. In uno tantum, eoque non admodum vetuſto, hoc pacto ſcriptum inveni; *Propriarum rerum finem ut bello delectavit*. Vulgatam lectionem pro-

bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat. Cæterum ut adhuc habuimus, [8] inter septentrionem occidentemque projecta, grandi angulo Rheni ostia prospicit, deinde obliqua retro latera abstrahit, altero Galliam, altero Germaniam spectans: tum rursus perpetuo margine directi littoris ab tergo abducta, iterum se in diversos angulos cuneat triquetra, & Siciliæ maximè similis, plana, ingens, fœcunda, verum iis quæ pecora quam homines benignius alant. [9] Fert nemora, lacus ac prægrandia flumina, alter-

probo. Sensus est, Claudium Cæsarem affectasse bello istud efficere, ne quis imposterum de Britannia & rerum suarum fide dubitaret. Antequam enim Claudius eam patefaceret, incerta erant omnia quæ de Britannia ferebantur, nec constabat utrum esset insula, an alterius orbis initium, an nomen vanum: quia non satis credebatur iis, quæ de hac scripsit Cæsar. In veteri Epigramm. ad Claudium de capta Britannia.

Fabula visa diu, medioque recondita ponto
Libera victori quam cito colla dedit.

Addit dein Mela illum etiam triumpho declaraturum, Britanniam non esse nomen tantum.

8. *Inter Septentrionem Occidentemque projecta*] Sic libri meliores. Alii malunt *provecta* vel *porrecta*. Porro quod dicit Britanniam inter Septentrionem Occidentemque esse projectam id Romæ quidem, ubi vivebat auctor noster, recte dicebatur; sed si quis non relative, sed simpliciter dixerit, insulam hanc sitam esse inter septentrionem & occasum, is non inusitate tantum, verum etiam absurde loquetur. Cum enim insularum locorumque longitudo & extensio describitur, designandi sunt cardines cœli è diametro sibi invicem oppositi, non vero vicini & collaterales. Mirum tamen quam sæpe in hoc peccetur.

9. *Fert nemora, saltus, ac prægrandia flumina*] Optimi libri pro *saltus* habent, *lacus*. Nempe sic videntur mutasse, jam olim, quia nullus in Anglia insignis lacus. Verum Britannia etiam

ternis motibus modò in pelagus, modò retro fluentia, [10] & quædam gemmas margaritasque generantia. Fert populos regesque populorum: sed sunt inculti omnes, atque ut longius à continenti absunt, ita aliarum opum ignari magis, tantum pecore ac finibus dites, incertum ob decorem, an quid aliud, [11] vitro

etiam comprehendit Scotiam quæ abundat lacubus, iisque magnis. Hoc tamen ignoravit Pomponius, cujus seculo non nisi obscura fama superiores insulæ partes noscebantur.

10. *Quædam gemmas margaritasque generantia*] Quænam sunt illæ gemmæ? Flumina ista gemmifera & margaritifera mera profecto sunt commenta ad apparandum stulti imperatoris triumphum. Non desunt tamen boni viri qui putant Britanniam opibus & divitiis istis olim instructam fuisse. Verum hoc si esset, non tam diu immunis fuisset ab avaritia Romanorum, suffeciset præterea hæc insula unius legionis impensis, quod tamen negat Strabo. Thoraxille quem Veneri genetrici dicavit Julius Cæsar, non videtur ex Britannicis margaritis fuisse compositus, sed ex parvis & decoloribus, quos tamen Britannicos credi volebat, ne frustra Britanniam petiisse videretur. Sic enim accipienda sunt verba Plinii lib. IX. cap. XXXV. Mirum tamen Originem in Matthæum ex Juba Rege scribere Britannicas margaritas proximum ab Indicis locum habere, δευτερεύειν δέπως ἐν μαργαρίταις οἱ ἐκ τῆς κατὰ Βρεττανίαν ὠκεανὸς λαμβανόμενοι. Verum postea illos describens addit; Ὁ δὲ κατὰ Βρεττανίαν μαργαρίτης χρυσοπὸς μέν ἐστι τὴν ἐπίχροιαν, ὀμιχλώδης δὲ τὴς ἰδέας ταῖς μαργαρυγαῖς ἀμβλύτερος. Eadem quoque habet Ælianus ex eodem Juba. Etiam hodie tales reperiuntur, in ostreis, & musculis, non in Britannia modo, sed & in Norwagiæ, Finlandiæque litoribus, ac alibi. Sed sane ad omnes Borealis Oceani margaritas redimendos, vel unus Taprobaniticus sufficiat.

11. *Vitro corpora insecti*] Sic primus locum hunc restituit Turnebus. Idem quoque ab eodem modo liberavit Cæsarem & Vitruvium, apud quos similiter *ultrum* pro *vitro* legebatur. Vitrum vero herbam esse quæ cæruleo colore

tro corpora infecti. [12] Causas autem & bella contrahunt, ac se frequenter invicem infestant, maximè imperitandi cupidine, studioque ea prolatandi quæ possident. Dimicant non equitatu modò aut pedite, verum & bigis & curribus, Gallicè armati: covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur. Supra Britanniam Iuverna est, penè par spatio, sed utrinque æquali tractu littorum oblonga, cœli ad maturanda semina iniqui: verum adeo luxuriosa herbis non lætis modò sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei

colore inficiat, ac Isatin à Græcis vocari, satis jam docuerunt viri docti. Præter illa quæ adtulerunt testimonia, idem quoque apparet ex Apulei tractatu de herbis, non illo qui prodiit, sed altero qui penes me exstat, auctiore multo & emendatiore editis. Ille itaque sic; *Herba Isatis, alii Aogigneme, Prophetæ Apesion, Itali Alutam, alii herba bitrum.* Scribendum vero, *Herba Isatis. Alii Augionem, Prophetæ Aroſion, Itali Rutam, alii herbam vitrum.* Verum de his ad ipsum Apulejum. Alio quoque nomine *glastum* vocabatur hæc herba, & sic Plinius lib. XXII. cap. 1. *Simile plantagini glastum in Gallia, quo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitæ.* Inepte vero Salmasius & hoc loco, & ubique, pro *glasto* jubet reponi *guastum*, nempe quia vulgo isatin *guadum* vocant. Non hoc illi excidisset, si sciviſſet herbam hanc vetus suum nomen etiamnum servare apud Cambrobritannos. Apud hos enim frequens est Isatidis proventus, & *glas* appellatur. Quin & cæruleum colorem similiter *glas* vocant. Medii ævi Germanis planta hæc *gelisto* dicta fuit. Sic enim habent manu exarata exemplaria auctoris qui sub Macri nomine jam sæpius in lucem prodiit:

Isatis à Græcis est vulgo Gelisto vocata,
Non moditum quæstum præbens tinctoribus herba.

12. *Causas autem & bella contrahunt ac se frequenter invicem infestant*] Sufficiſſet dicere, *bella contrahunt.* Sed quod jam sæpe monuimus, scriptor hic in tanta brevitate, est nimius. De simili loquendi genere, vide quæ superius

diei pecora impleant, & nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta dissiliant. Cultores ejus inconditi sunt, & omnium virtutum ignari. Triginta sunt Orcades [13] anguſtis inter se diductæ spatiis. [14] Septem Ædodæ. Contra Germaniam Vecta, in illo sinu quem Codanum diximus. [15] Ex iis Scandinovia, quam adhuc Teutoni tenent, ut magnitudine alias, ita fœcunditate antestat.

X x Quæ

tius diximus. Paulo post ex melioribus libris reposuimus *æquali*, sensu ita postulante. Vulgo *æqualis* legebatur.

13. *Anguſtis inter se diductæ spatiis*] In omnibus fere quæ vidi exemplaribus vetustis scribitur *ductæ*, in uno tantum *deductæ*. Quidquid Grammatici argutantur, certum est pro eodem sæpe accipi vocabula hæc, *ductæ, abductæ, deductæ* & *diductæ*. Plinius interpretatur *discretas*, & numerum Orcadum multiplicat; *Sunt autem* XL *Orcades modicis inter se discretæ spatiis.*

14. *Septem Hemodes contra Germaniam provectæ in illo sinu*] Lege ex autoritate meliorum librorum; *Septem Ædodæ. Contra Germaniam Vecta, in illo sinu quem Codanum diximus.* Sic castigandum esse hunc locum vidit jam olim Pintianus. De Ædodis seu Ædudis insulis diximus ad Ptolemæum, uti quoque de Vecta sive Victi. Hoc tantum nunc breviter monemus insulam hanc variis modis cognominari. Appellatur enim Victis, Vectis, Vecta & Ictis. Tribus vero diversis locis describitur, nempe una est notissima illa insula, quæ hodie etiamnum nomen servat; altera sita est in freto quod Britanniam Hiberniamque interjacet. Tertia est hæc Pomponii Melæ, cujus etiam meminit Ptolemæus, licet perperam apud illum legatur Ὀκηπς pro Οὐικτις. Ratio autem quamobrem Mela insulam hanc in sinu Codano ponat, hæc est, quod omnes veteres Britanniam longe supra Germaniam orientem versus extendi crediderunt. In quo licet etiam peccarit Ptolemæus, minus tamen ille, quam cæteri à vero aberravit.

15. *Ex iis Codanonia, quam adhuc Teutoni tenent*] Tanquam si à Codano sinu sic appellaretur. Atqui tum Codania potius esset nominanda. Libri optimi legunt; *Candanovia.* Scribe *Scandinovia.*

Sic

Quæ Sarmatis adverſa ſunt, ob alternos acceſſus receſſuſque pelagi, & quod ſpatia queis diſtant, modò operiuntur undis, modò nuda ſunt, [16] aliàs inſulæ videntur, aliàs una & continens terra. In his eſſe [17] Oænas, qui ovis avium paluſtrium & avenis tantum alantur: eſſe equinis pedibus Hippopodas, [18] & Panotos, quibus magnæ aures, & ad ambiendum corpus omne patulæ, nudis alioqui pro veſte ſint, præterquam quod fabulis traditur, autores etiam quos ſequi non pigeat, invenio. Thule Belgarum

Sic quoque in optimis & antiquiſſimis Plinii membranis ſcriptum reperi, non *Scandinavia*. Hæc eſt illa vaſta ſeptentrionis peninſula, quæ & Scandia, & Barbaricis temporibus Scandzia fuit appellata, à viciniore ejus parte, quæ Scane vel Scone etiamnum dicitur.

16. *Alias inſulæ videntur, alias una & continens terra*] Ex eo quod putarint mare Balticum reciprocari, apparet quam parum exploratum id mare veteres habuerint. Neſcio vero quo pacto huic Pomponiano loco Salmaſius adaptet verſiculum iſtum è pervigilio Veneris.

De tenente tota nox eſt pervigilanda canticis.

Nempe ut oſtendat continentem eſſe id quod continenter junctum eſt, hincque dici *in continenti* & *de tenente*, pro ſtatim. Miror putidam adeo locutiunculam cultiſſimo inſeruiſſe poëmatio, & non animadvertiſſe tam leve mendum. Sic enim diſtinguendi ſunt verſus iſti.

Nec Ceres nec Bacchus abſunt, nec Poëtarum deus
Detinent te. Tota nox eſt pervigilanda canticis.

Regnet in ſylvis Dione; tu recede Delia.

17. *Oonas qui ovis avium paluſtrium & avenis tantum alantur*] Sic apud Plinium quoque & Solinum vocabulum hujus gentis reformarunt. Verum infeliciter admodum; ab eſu enim ovorum dictam eſſe oportet hanc gentem: atqui Ὠάνεις ſunt ovorum emptores. Salmaſius in Solini codicibus reperit *Oæonas*, in aliis *Ooneas*, quod poſtremum ipſe amplectitur, cum ſit vocabulum nihili. Rectum vero *Oæonas*, quemadmodum etiam ſcriptum inveni in optimo Plinii codice. Nec multum ab eo abeunt meliores Pomponii libri, qui habent *Ocenas*; ut jam dubitari non poſſit, quin verum ſit *Oæonas*. Ὠαίονες ſunt *ovis viventes*. Ut enim μακροβίων *diu vivens*, ἀβίων *bene vivens*, & ſimilia, ſic quoque ὠαίων *ovis vivens*. Porro receſſiſſe videtur hoc loco à Cæſare auctor noſter, & ſecutus eſſe Pythiam Maſſilienſem, aut alium, cum Oænas in extremo ſeptentrione collocat; Cæſar enim illos in inſulis Rheni deſcribit, cum ait illic eſſe, *qui piſcibus, atque ovis avium vivere exiſtimantur*. Non poteſt hoc de aliis inſulis quam Batavicis & Friſicis intelligi, quarum non paucas ovis tantum & piſcibus, ac pane aut pulte ex avenis victitaſſe valde mihi fit veriſimile. Ejus rei veſtigium ſupereſt etiamnum in Eyerlandia, Flia, aliiſque Weſt-Friſiæ inſulis, ubi tanta ovorum copia in litoribus arenoſis ubique invenitur, ut ea vel magnæ hominum multitudini ad victum ſufficiant. Ova iſta excluduntur à laris marinis. Magnitudine ut plurimum æquant anſerina, nigris diſtinguuntur maculis, nihil in illis piſcoſum; gratique adeo ſunt ſaporis, ut vel Phaſianorum ovis nonnulli etiam non inſipidi palati homines ea præferant: nobis certe non diſplicuerunt. Avenam autem quod adtinet, illa pecudes tantum apud nos victitant. Priſcos tamen Batavos ea ſe olim inferſiſſe, eo facilius credo, quod videam Germanos hodie etiamnum veſci avena, ac pultem inde conficere, quam avidiſſime ſorbent. Suedi vero & Norwagi, Scoti, Finni, ac plerăque ſeptentrionis gentes etiam panes ex avena conficiunt, quos in deliciis habeant. Minus hoc mirum videbitur illis, qui in iiſdem terris viderunt panes ex polline vento ſiccatorum piſcium, è corticibus arborum, aut etiam è ſcobe lignorum. Quis non exiſtimet dentes ferreos, & lapideum eſſe ſtomachum, illis, quibus lignei ſunt panes.

18. *Otomegalos quibus magnæ aures*] Pintianus & alii *Panotios* vel *Panuſios* ex Iſidoro reponunt. In pluribus manu exaratis libris *Satmalos* ſcribitur, in aliis, *& analos*. An *Tanuotos* ſcripſit Mela? Porro diverſis nominibus aurita hæc monſtra appellantur Μεγαλούατοι, Ἐνωτοκοῖται, Παννώτιοι, Ταννώτοι, Ὠτόλικνοι. Omnes in eo conveniunt, aures iis tam patulas fuiſſe, ut interdiu pro veſtimento, noctu pro ſtragula, æſtus denique tempore pro umbraculo ipſis ſufficerent. Mirum quod non etiam eos auribus volare prodiderint. Porro ut ſolent miracula migrare, ita quoque & hæc

rum littori oppoſita eſt, Graiis & noſtris celebrata carminibus. [19] In ea quod ibi ſol haut longè occaſurus exurgit, breves utique noctes ſunt, [20] ſed per hyemem ſicut aliubi obſcuræ, æſtate lucidæ, quod per id tempus

hæc Midæ progenies ex India in ſeptentrionem tranſlata eſt à Græculis. Qui enim primi auritæ hujus gentis mentionem fecere, illi in India eam collocarunt, & ſane illinc origo hujus fabellæ eſt arceſſenda. Conſtat enim apud omnes, quam pandæ & promiſſæ ſint Malabarrorum aures. Ornatui aliquid deeſſe exiſtimant, niſi utrinque humeros non contingant modo, verum etiam late flagellent.

19. *In ea quod ſol longe occaſurus exurgit, breves utique noctes ſunt*] Si hæc lectio ſana eſt, id voluit Pomponius, quia ſol diu ſupra horizontem exſtat, & longe admodum ſeptentrionem verſus abduci videatur, ideo breves eſſe noctes in Thule inſula. Sed inepta hæc eſt locutio. Libri meliores legunt, *quod ibi ſolo longe occaſus exurgit*. Scribe. *Quod ibi ſol haut longe occaſus exurgit*. Hoc pueri intelligunt. Quia ſol non longe occidit, vicina quippe ſunt puncta ortus & occaſus, ideo nox æſtate breviſſima eſt. Manifeſte itaque negativa particula addenda eſt. Porro valde errant qui exiſtimant Melam hic peccare in doctrinam ſphæricam, aut transponenda eſſe verba, uti Pintianus. Nihil hic eſt quod quemquam debeat offendere. Dicit in Thule inſula breviſſimas eſſe noctes, nempe cum ſol in borealibus ſignis verſatur. Sed vero hyeme noctes eſſe illic æque atque alibi obſcuras. Æſtivas autem noctes dicit eſſe claras, quia ſol non multum infra horizontem ſit depreſſus propter obliquitatem ſphæræ. Solſtitio vero nullam omnino eſſe noctem, quia ſol non occidit, ſed oblique deſcendens maxima tamen ſui parte ſupra horizontem exſtet. Nihil verius. Ex hac porro deſcriptione ſatis apparet juxta hypotheſin Melæ Thulen ſitam fuiſſe ſub ſexageſimo ſeptimo latitudinis gradu.

20. *Sed per hyemem ſicut alibi obſcuræ*] Juxta opinionem veterum non tantum obſcuræ erant noctes eorum qui in extremo degerent ſeptentrione, verum etiam dies. Notum eſt quemadmodum Homerus Cimmeriorum regionem deſcribat, tectam nebulis & perpetuis damnatam tenebris. Nec tamen negabant ſemeſtrem apud illos eſſe diem, ſed ut eſt apud Geminum, adeo profundas nebulas locis iſtis incumbere exiſtimabant, ut eas ſolis radii, oblique tantum incidentes, penetrare non poſſent. Verum nebulæ iſtæ meræ ſunt fabellæ. Experientia comperi, & docet ipſa ratio, in ſeptentrione minus eſſe tenebrarum, atque ſit in calidis & temperatis regionibus. Si quis ſub polo vivere poſſet, is in perpetua luce verſaretur. Nunquam iſtic ſol ſupra 23. gr. & min. 31 infra horizontem deſcendet. Verum & hinc multum auferendum, nimirum quatuor aut quinque minimum gradus, propter refractiones circa polum maximas, quod experientia conſtat. Hinc apparet mera eſſe ſomnia, quæ de ſemeſtri nocte dicuntur, cum ſub polo nulla ſit nox, ſed aurora & dies perpetuus. At vero Indis & Æthiopibus, qui ſolem pedibus ſubjectum habent, illis utique obſcuræ ſunt noctes & nulla propemodum crepuſcula, unde colligitur hos in majoribus tenebris vivere, atque boreales populos, qui perpetua propemodum luce fruuntur.

21. *Talca in Caſpio mari*] Perperam apud Plinium *Taxata*. Apud Ptolemæum non recte in editis Τάχαλλα ſcribitur, cum in ſcriptis libris ſit Τάλκα.

pus jam ſe altius evehens, quanquam ipſe non cernatur, vicino tamen ſplendore proxima illuſtrat: per ſolſtitium vero nullæ, quod tum jam manifeſtior non fulgorem modò, ſed ſui quoque partem maximam oſtentat. [21] Talca in Caſpio mari ſine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: ſed vicini populi quæ gignuntur attingere, nefas & pro ſacrilegio habent, Diis parata exiſtimantes, Diiſque ſervanda. Aliquot & illis oris quas deſertas diximus, æquè deſertæ adjacent, quas ſine propriis nominibus Scythicas vocant.

CAP. VII.

OCEANUS EOUS, ET INDIA.

AB iis in Eoum mare cursus inflectitur, inque oram terræ spectantis orientem. Pertinet [1] hæc à Scythico promuntorio ad Colida. Prima omnis invia: deinde ob immanitatem habitantium inculta. [2] Scythæ sunt Androphagi & Sacæ, dictincti regione, quia feris scatet, inhabitabili. Vasta

1. *Hæc à Scythico promuntorio apposita primum omnis ob nives est invia*] Fœde hic locus inquinatus est. Quis enim sensus in illis, *à Scythico promuntorio apposita?* Ex Plinio lib. VI. cap. XVII. satis colligi potest mendum hoc jam tunc fuisse in exemplaribus Melæ. Dicit enim orientale latus Asiæ extendi à Scythico promuntorio, nec addit quousque. Ut itaque reddamus veterem scripturam, reddenda est primum lectio veterum librorum, quæ hæc est; *Ab his in eorum recursus inflectitur, inque oram terræ spectantis orientem pertinet. Hæc à Scythico promuntorio apposita prima omnis invia, deinde ob immanitatem habitantium inculta.* Qui aliquid in his literis videt, fateatur necesse est veram esse conjecturam nostram; *Ab his in Eoum mare cursus inflectitur inque oram terræ spectantis orientem. Pertinet hæc à Scythico promuntorio ad Colida. Prima omnis invia: deinde ob immanitatem habitantium inculta.* Latus Eoum Asiæ extendit à Scythico promuntorio usque ad Colida. A Colide vero promuntorio incipit latus Asiæ quod meridiem spectat, ut ipse sequenti capite docet Pomponius.

2. *Scythæ sunt Androphagi & Sacæ*] Supra Seras collocat quoque Androphagos quosdam Ammianus Marcellinus lib. XXIII. ubi vulgo Alitrophagi. In Ptolemæo tamen, unde sua hausit Ammianus, vulgo Ἀνθρωποφάγοι nominantur. Sed & Plinius, qui Melam hic descripsit Anthropophagos pro Androphagis substituit; *Proxima inculta sævitia*

sta deinde iterum loca belluæ infestant, [3] usque ad montem mari imminentem, nomine Tabin. Longè ab eo Taurus attollitur. Seres intersunt, genus plenum justitiæ, [4] ex commercio, quod rebus in solitu-

vitia gentium, Anthropophagi Scythæ insident, humanis corporibus vescentes. Sic distingue, non ut Salmasius; *insident humanis corporibus vescentes*; tanquam si ex vulturum genere fuissent Scythæ isti.

3. *Usque ad montem mari imminentem nomine Tabin*] Omnia hæc ex Mela expressit Plinius lib. VI. cap. XVII. qui similiter Tabin vocat jugum imminens mari. Disputant inter se eruditi utrum hic mons idem sit, atque promuntorium extremum Tauri, quod capite sequenti Tamum vocat. Verum ipse Mela litem hanc dirimit, cum ait, longe ab hoc monte Taurum attolli, & inter Tabin montem & extremum Tauri promuntorium sitos esse Seras. Serum itaque limes à septentrione Tabis mons, à meridie vero Imaus Tauri promuntorium. Multus est Salmasius in eo, ut ostendat Tabin montem situm fuisse ad septentrionalem Oceanum, non vero ad Eoum seu Sericum. Verum jam ostendimus terminos Eoi seu Serici Oceani fuisse Scythicum & Colida promuntoria. Unde sole clarius apparet, virum illum insigniter hallucinari.

4. *Et commercio quod rebus in solitudine relictis absens peragit, notissimum*] Atqui Solinus ait, quod commercia abnuant Seres. Verum hoc de commercio linguæ accipiendum, non de permutatione mercium, cui unice studebant. Recte itaque de Seribus Plinius lib. VI. cap. XVII. *Cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cum commercia expetant.* Sic libri meliores, quibus tamen invitis legendum censet Salmasius *commercia despectant.* Hoc tamen frigidum & indignum Plinio. Nihil juvat Martianus Capella, cujus verba de hac gente sic concipienda; *Hi aliarum gentium homines aspernantur, & appositione mercium sine colloquio gaudent implere contractum.* Quia commercia transigebant absentes & absque colloquio, inde muti à quibusdam crediti fuere. Auctor Peripli maris Erythræi, de his ipsis loquens; τῷ μὲν σώματι ἠλιοβοὶ καὶ σφοδροί, ὠλατυπρόσωποι, σὺνεοὶ, εἰς τέλος τε αὐτὸς λέγεσθαι Βησσάδας. Notant viri docti primum scriptum fuisse σὺ μοὶ, quod mutavimus in σὺνεοὶ, non σμοὶ, uti

litudine relictis abſens peragit, notiſſimum. India non Eoo tantum appoſita pelago, ſed & ei

uti vulgo. Verum quia autor hujus Peripli morem iſtum Sinenſium antiquorum plene deſcribit, cujus Mela & alii breviter tantum mentionem faciunt, operæ pretium eſt verba ejus examinare, idque eo magis quoniam eruditi fabuloſam eſſe exiſtimant totam illam narrationem. Ac primo quidem dicit quod Sinæ iſti παραμισὶ ἡμέραις. Plinius vero ſcribit quod ſint feris gentibus ſimiles. Idem tamen fatetur quod ſint mites. Feri nempe & barbari, quia non admittebant hoſpites & peregrinos, idque ex lege politica; verum ſi animum, ſi totam gentis hujus vitam ſpectes, nihil neque mitius, neque cultius, toto orbe reperiri unquam potuit. Recte itaque hic dicuntur ſimiles eſſe manſuetis. Pergit dein auctor peripli ac refert Sinas ſive Seras iſtos extra limites ſuos procedere, cum conjugibus & liberis, onuſtos variis mercibus ac petronibus, quibus utantur ad involvendas merces. Sic namque legendum βαστάζοντες φορτία μεγάλα πετρῶνας τ' ὠμαμπελίνων ὠδοιπλησίας. Dicuntur vero iſti πετρῶνες à calamis malabathrinis, quos petros vocari ſcribit. Uti enim à κρῖτος κριτῶν, μύλος μυλῶν, ἄμπελος ἀμπελῶν ac ſexcenta ſimilia, ita quoque à πέτος eſt πετρῶν, textum nempe quod è petris conſtat. Ubi vero ad locum permutationi mercium deſtinatum perveniſſent Sinæ, omnia ſua illic exponebant venalia peregre adventantibus exteris. Ipſi vero aliquouſque recedebant, ſolis contenti petronibus, quibus interea pro ſtratis utebantur. Dum vero advenæ & peregrini merces iſtas examinarent, interea Sinæ feſtos dies agebant. Sic enim malo legi hoc loco, ὁρπάζουσιν, non ἁρπάζουσιν quod longe abeſt à moribus gentis mitiſſimæ. Peractis nundinis; acceptoque mercium pretio, Sinæ ad ſuos remeabant, relictis ſtoreis iſtis malabathrinis, in quas mox peregrini inſtitores involabant. Rectum vero iſtud; Οἱ δὲ παῦροι δοκοῦντες τότε ὠδοιπλανοντων ἐπὶ τὰς ὥρας, καὶ συλλέγουσι τὰ ἐκείνων ὑποστρώματα. Ex his vero textis, exemtis prius calamis, folia in pilulas contorquebant. Ex majoribus foliis, fiebat malabathrum ἀδρόσφαιρον, è mediocribus μεσόσφαιρον, è minoribus vero μικρόσφαιρον. Pilulæ malabathri crebro occurrunt apud medicos. Folii pentaſphæri mentio fit in leg. XVI. D. de Public. & veſtigal. Salmaſius hoc loco *cataſphæ-*

tum

15 & ei quod ad meridiem ſpectans Indicum

Y y dixi-

rum legendum cenſet, eamque emendationem optimam vocat. Ego ne bonam quidem eſſe exiſtimo. Πεντόσφαιρον idem eſt quod ὁλόσφαιρον. Πέντε enim in compoſitione auget & intendit ſignificationem, uti apparet in πενταπενιχρὸς, πενθημιμία, πενταμήρων & aliiſque vocabulis. Quamvis non abſurde credi poſſit, pentaſphærum dictum quod quinque pilularum pondus aut pretium æquaret, quemadmodum πενθόβολον pretium eſt quinque obolorum. Verum quoniam occaſio ſeſe offert, oſtendamus breviter quid hic Peripli auctor, quid alii veteres per malabathrum intellexerint. Multi multa de hoc ſcripſerunt, nemo tamen veritatem, quod ſciam, adſecutus eſt. Nomen quod attinet, illud etiamnum manet inter Indos, ſiquidem *Betre* & *Tamalabatra* appellatur. Facultates & illæ quodammodo conveniunt. Prorſus itaque non dubitandum, quin malabathri nomine intellectum fuerit olim *betre* hodiernum. Sed videamus an omnia quæ de malabathro veteres retulerunt, itidem de Betre dici poſſint. Ac primum Plinius, Dioſcorides & alii, ſcribunt malabathrum eſſe plantam aquaticam, ac lentis paluſtris more aquæ innatare, abſque ulla radice. Betre vero plane terreſtris eſt, piperiſque inſtar arbores quærit quas amplectatur, quibuſque ſe fulciat. Malabathrum apud Sinas & Seras copioſe proveniebat, ut ex memorato Peripli loco facile colligi poteſt; at vero Betre tantum in India naſcitur, & fere apud Malabarros tantum; apud Sinas vero nunquam: quamobrem Sinenſes ab Indis magno pretio illud emunt, ut prodit Acoſta. Sed & iſtud quoque quod adfirmat Peripli auctor, tam copioſe malabathrum apud Sinas provenire ut eo pro ſtragulis, tegetibus & involucris mercium uterentur, id ipſum de betre minime accipi poteſt, utpote quæ ne apud Indos quidem adeo ſit copioſa. In officinis certe ſatis ibi care venditur. Ad tales præterea uſus prorſus eſt inepta. Quid multis opus? Nullus dubito quin veteres duas plantas confuderint, & per Sinenſe hoc malabathrum, ſive plantam quæ aquæ abſque radice innatat, illum florem intellexerint, quem Sinenſes Lien nominant. Naſcitur hic ubique, & præcipue in provincia Kiangſi, in paludibus & ſtagnantibus aquis. Magnitudine æquat lilia, verum decore & colorum varietate longe anteſtat. Folia habet ampla, incubant aquæ, tam copioſo proventu, ut totos operiant lacus. Creſcunt in ipſis etiam atriis, in vaſis aqua repletis injecto quomodocunque ſemine. Non tamen carent radice, cum nulla

planta

diximus, [5] & hinc Tauri jugis, ab occidente Indo finita, tantum ſpatium littoris occupat, quantum per quadraginta dies noctesque velificantibus curſus eſt: ita multum à noſtris abducta regionibus, ut in aliqua parte ejus neuter ſeptentrio appareat, aliterque quam in aliis oris, umbræ rerum ad meridiem jaceant. Cæterum fertilis, & vario genere hominum aliorumque animalium ſcatet. [6] Alit formicas non minus maximas canibus: quas more Gryphorum aurum

planta ea carere poſſit. Nam quod de Stratiote narrant, illum Nilo abſque radice innatare, id falſo creditur. Qui plantam viderunt obſervaſſe ſe filamenta & fibras tenuiſſimas, quæ ipſi ſint inſtar radicum. Ne lenticulæ quidem paluſtres radice carent, uti multi credunt. Etiam abſque engyſcopiis radiculæ illarum ſatis ſunt conſpicuæ. Verum quia hic flos è mediis ſurgit ſtagnis, foliaque ejus late aquis incumbant, ideo eum radice carere exiſtimarunt, cum tamen illa limo & tenuiori ſedimento adhæreat. Porro plantæ hujus fructus & flores ſiccati ad exteras etiam mittuntur regiones. E foliis ſiccatis fiunt tegetes & tunicæ quibus merces involvunt. Plura qui de hoc flore ſcire deſiderat, is adeat Chorographiam Sinenſem P. Martini Martinii.

5. *Et hinc Tauri jugis*] Hinc id eſt à Scribus. Inde apparet male eos feciſſe qui hic novum caput incipiunt. Paulo poſt pro *ſexaginta*, è libris repoſui *quadraginta*, quomodo etiam Plinius lib. VI. cap. XVII.

6. *Alit formicas non minores maximis canibus*] Herodotus & alii dicunt formicas Indicas eſſe minores canibus, ſed majores vulpibus. Non puto ab illis receſſiſſe Melam; itaque veriorem eſſe cenſeo omnium ſcriptorum codicum lectionem, quam temere mutarunt; *Alit formicas non minus maximas canibus*. Dicit formicas non eſſe minus magnas, quam ſint canes. Etiam alibi hic noſter ſuperlativis utitur pro comparativis, quod ipſum & apud Salluſtium & alios linguæ Latinæ autores ſæpe videre eſt. Mirum vero fabellam iſtam Herodoteam de formicis Indicis tot graviſſimis auctoribus placuiſſe,

rum penitus egeſtum cum ſumma pernicie attingentium cuſtodire commemorant. [7] Immanes & ſerpentes, ut qui elephantes morſu atque ambitu corporis conficiant. Tam pinguis alicubi & tam feracis ſoli, [8] ut in

ſe, ac etiam illos qui victoriarum Alexandri comites fuere, non puduiſſe id ipſum affirmare. Sed Græculi iſti valde ſibi caviſſe videntur, ut vel ſemel verum dixiſſe deprehenderentur. Quales quantæque ſint formicæ Indicæ qui ſcire deſiderat, non opus eſt ut propterea Indos petat. Neminem paulo humaniorem eſſe arbitror, qui neſciat, ceram ſignatoriam, quam Laccam dicimus, à formicis Indicis excludi & allini ramis pomorum quorundam. In ea vero Lacca, quando pura eſt, qualis ad nos advehitur, non alæ tantum & cruſcula, ſed & integræ ſæpe formicæ tumulatæ conſpiciuntur. Minutæ ſunt illæ nec apibus majores. At vero etiam aliud formicarum apud Indos eſt genus, abſque alis, digitum magnitudine æquans, rufum, ſylvis ac arboribus noxium. Hæ agros tantum & fruges populantur, non admodum urbibus infeſtæ. Tertium idemque notiſſimum formicarum genus & ipſum ſine alis, omnium eſt moleſtiſſimum. Non illi multo noſtratibus majores, verum Indis noctu & interdiu acrius cum his bellum eſt, quam cum tigridibus. Quidquid adtingunt, præda fit. Non cibus tantum, ſed ne ſuppellex quidem ſervari poſſit, niſi aquâ vallata fuerit. Nihil illis niſi alæ deſunt, quas ſi dediſſet rerum auctor, inhabitabilis eſſet India.

7. *Immanes & ſerpentes aliqui*] In quibuſdam veteribus ſic ſcriptum invenio, *qui ut elephantos*, in aliis *ut aliqui elephantos*. Priſca ſcriptura forſan hæc fuit; *Immanes & ſerpentes; ut qui elephantas morſu atque ambitu corporis conficiant*. Attamen non video quamobrem improbanda ſit lectio vulgata, *aliqui*, quam meliores ſervant codices. Neque enim omnes Indici ſerpentes vaſti adeo & immanes ſunt.

8. *Ut in ea mella frondibus defluant*] Strabo ex Eratoſthene lib. II. & alibi, dicit mella frondibus defluere in India, quia in arboribus alvearia fiant; ὡς ἐν τοῖς δένδρεσι σμηνουργεῖσθαι, καὶ τῶν φύλλων ἀποῤῥεῖν μέλι. In multis calidæ zonæ locis apes non tantum in cavis & truncis, ſed etiam in culmine arborum favos ſuos conſtruunt. Verum non puto propterea mella frondibus defluere, quin potius ſiquid in illis aut nativi, aut aë-

rei ſit mellis, id protinus apes furantur. Quod ſi de cœlo cadat, uti habet Ælianus de animalibus lib. xv. cap. vii. cum dicit apud Indos veris tempore in frondes arborum ſeu arundinum melleas decidere pluvias, ne tum quidem dicendum aliquid apud Indos fieri, quod ſit præter ordinem naturæ, cum id ipſum multis in locis contingat, licet non tam copioſe, ut humores iſti ſponte ſua defluant, ac opus non habeant ab hominibus aut apibus colligi. An vero Eratoſthenis, an alteram ſecutus ſit ſententiam autor hic, parum refert, illud certum eſt, ſi veritatis ſit habenda ratio, debere accipi de melle aëreo, quam mannam vulgo dicimus. Putant multi eam incognitam fuiſſe veteribus, & Græcis præcipue, quia nempe mannæ vocabulum nuſquam in illorum ſcriptis occurrit pro rore illo concreto cujus hoc ſeculo tam frequens in medicinis eſt uſus, ſed tantum pro mica thuris. Verum de nomine nulla ſit quæſtio, nemo enim eſt qui neſciat Hebraicum eſſe vocabulum, dummodo res ipſa conſtet. Ipſi quin etiam fatentur locum Amyntæ περὶ σαθμῶν Ἀσίας, qui eſt apud Athenæum lib. xi, de manna hodierna eſſe accipiendum. Negant vero loca Ariſtotelis, Theophraſti, & Plinii de hac manna eſſe intelligenda, quod videantur autores hi mel liquidum ibi deſcribere. Sed quia liquidus iſte humor, an ideo minus manna? Nonne etiam Arabes duplicem agnoſcunt mannam, aridam nempe & liquidam, quam *teneriabin* vocant, utramque ex iiſdem montis Libani cedris collectam. Adeone quiſquam contentioſus ſit, ut neget mel cedrinum, cujus meminit Hippocrates libro de ulceribus, de hac ipſa manna *teneriabin* eſſe accipienda? Sane uti mel Æthiopicum quamquam multis in locis ſilicis inſtar ſit durum, non tamen deſinit eſſe mel, ita neque manna quantumvis liquida, manna eſſe deſinit. Eadem præterea eſt ſubſtantia & liquidæ & ſiccæ mannæ, utraque ex rore melleo compoſita eſt. Manna liquida, eſt ros melleus liquidus: Manna concreta, eſt ros melleus concretus. Nocturnis & matutinis frigoribus concreſcit, ſole vero orto liquefit, & niſi tempeſtive colligatur evaneſcit. Hoc non tantum Arabes & Syri Libani incolæ, ſed & ſacræ produnt literæ. Arida ciſtis, liquida vero amphoris includitur, & ſic venum exponitur. Neque id in Syria tantum ſed & toto fit Oriente, imo & in noſtra Europa, ubicunque exſtat manna concreta, reperitur quoque liquida. Abſurdum itaque fuerit exiſtimare veterum aëromeli diverſum fuiſſe à manna hodierna, cum illis liquida & concreta æque atque nobis notæ fuerint. Verum alia, niſi fallor, eſt ratio, quamobrem hanc ab illa differre crediderint multi, nempe quia veteres nihil de mellis aërei facultate ſolutiva ſcriptum reliquere. Nec falluntur hac in re, ſiquidem veteres manna uſi non

non ſunt ad dejiciendam alvum, niſi ſero admodum. Mannæ tantum Syriacæ ſive mellis cedrini faciunt mentionem; hæc vero alvum non ſolvit, ſed abſtergit tantum, idque modice adeo, ut ea pro cibo utantur Libani montis accolæ. Negat hoc Matthiolus, negant alii & fieri non poſſe exiſtimant, ut aliqua reperiatur manna, quæ facultate ſolutiva deſtituatur, ac pro alimento eſſe poſſit. Mirum non advertiſſe ea, quæ Bellonius docet in ſcripto de arboribus coniferis, ubi prolixe oſtendit Syros ſe totos hoc mannæ genere infercire, citra ullam alvi dejectionem. Ejuſdem naturæ eſt manna in multis Europæ locis ac præcipuè in Polonia. Hæc affatim ad nos defertur, eaque maxime gaudent Judæi, qui inde placentas conficiunt, quarum tamen eſu nihilo laxiores habent alvos. Hinc apparet falli eos, qui putant mannam, qua per quadraginta annos Iſraëlitæ in deſerto victitarunt, aliam fuiſſe atque illa, quæ hodie & in Syria & paſſim alibi colligitur; nec recte objici, ſi manna iſta ſimilis fuiſſet hodiernæ, laxa nimium futura fuiſſe inteſtina Iſraëlitarum, ac idem ipſis eventurum, quod Arrio, ut fabulantur, evenit. Ex ſupradictis ſatis apparet, non eſſe ubique ſimile mannæ ingenium; ſed idem huic accidere, quod communi rori, qui ventrem modo ſolvit, modo non, pro diverſitate locorum & plantarum in quas incidit. Neſcio vero quid mentis fuerit Salmaſio, cum dicit Ariſtotelem mellis aërei non meminiſſe, ac reprehendit hoc nomine Julium Scaligerum. Quid planius verbis Ariſtotelis lib. v. cap. xxii. de apibus; Κήρωσιν δὲ φέρουσιν ἀπὸ τῆς δρυκεύου τῶν δένδρων, μέλι δὲ τὸ πίπτον ὅτι τοῦ αἰθέρος, ἢ ὅταν μάλιστα ὑπὸ τὰς τῶν ἄστρων ἐπιτολὰς ἢ ὅταν καταισήψῃ ἡ ἶρις. Hæc ſic vertit Plinius, lib. xi. cap. xii. de melle agens; *Venit hoc ex aëre & maxime ſiderum exortu, præcipueque ipſa iride ſplendeſit.* Sic fere libri manu exarati, ſed profecto non diſplicet vulgata lectio, quam alii codices, & quidem meliores tuentur, *Sirio exſplendeſcente*, quomodo etiam cap. xiv. ejuſdem libri loquitur. Nam quod putat Salmaſius Sirii nullam mentionem fieri ab Ariſtotele, in eo fallitur. Cum Ariſtoteles dicit ὑπὸ τὰς τῶν ἄστρων ἐπιτολὰς intelligit ortum canis & caniculæ. Ἄστρον paſſim apud Xenophontem, Theophraſtum, & optimos quoſque autores pro æſtivo hoc ſidere accipitur, nunquam vero pro Vergiliis. Ipſa quoque docet experientia hoc præcipue tempore rores melleos decidere & colligi. Præcipue vero quamobrem ita exiſtimem, facit id, quod viri docti ad hunc Ariſtotelis locum annotarint, legi in Vaticanis libris; καὶ ὅταν καταισήψῃ Σείριος, non Ἶρις ut vulgo. Sequentia Ariſtotelis verba, quibus probat apes non mella facere, ſed colligere tan-

ea mella frondibus defluant, [9] lanas ſylvæ fe-

tum, ita inſcriptis codicibus concipiuntur; Τὸν μὲν ἂν κηρὸν ποιεῖ ὥσπερ εἴρηται ἐκ τῶν ἀνθέων, τὸ δὲ μέλι ὅπερ ἂν ποιεῖ, ἀλλὰ ἀφίησι τὸ πίπτον μόνον, σημεῖον Tempore illo quo mel aërium decidit, tum apes uno alterove ad ſummum die cellas ſuas implent. Verum cum etiam autumnali tempore flores proveniant & ros cadat, non tamen fiunt mella. Signum hoc manifeſtum eſſe dicit, apes mella non ex floribus, aut ex quolibet rore conficere, ſed colligere tantum rorem iſtum melleum & transferre ad ſuas celluläs. Atque hæc de manna ſive aëreo melle dicta ſufficiant Unum tamen addam, Salmaſii emendationem alienam eſſe ab omni ratione, ἀλλὰ φέρει πισὸν μόνον, ubi vulgo legitur πλεῖστον μόνον. Nam ſi tum tantummodo mel germanum & ſincerum faciunt apes, ergo alio tempore mel faciunt non ſincerum; atque Ariſtoteles contrarium dicit, eos omnino mel non facere alio tempore.

9. *Lanas ſilvæ ſerant*] Duplicem plantam quæ lanam ferat deſcribit Theophraſtus lib. IV. alteram veram, alteram autem, ut creditur, fictitiam. Veram commemorat cap. IX. ac dicit folia habere viteis ſimilia, ſed parva. Τοῦτο δὲ φύλλον μὲν ἔχειν ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ, πολὺν μικρὸν, Manifeſte goſſypium intelligit; Hujus enim folia quoad figuram viteis ſimillima ſunt, ſed parva admodum ſi cum illis comparentur, utpote quæ vix tertiam aut quartam eatum æquent partem, in iis ſaltem plantis, quas nos vidimus. Apud Arabes tamen & Ægyptios aliquanto forſan majora ſunt, ſiquidem apud hos goſſypii frutices arborescunt, cum in Syria, Cypro, & Creta, raro ſeſquicubitum ſuperent. Verum hæc nota omnibus. Videamus quænam ſit alia illa lanifera planta, quam Theophraſtus deſcribit cap. V. ejuſdem libri; Ἐξ ὧν δὲ τὰ ἱμάτια ποιεῖσι, τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἔχει τῇ συκαμίνῳ, τὸ δὲ ἄλλον φυτὸν τοῖς κυπαρίσσοις ὅμοιον. Φυτεύουσι δὲ ἐν τοῖς πεδίοις αὐτὸ κατ' ὄρχους, δι' οὗ καὶ πόρρωθεν ἀφορῶσιν ἄμπελοι φαίνονται. Hæc ſic reddidit Plinius lib. XII. cap. VI. *Sed unde veſtes lineas faciunt, foliis moro ſimilis, calyce pomi, cynorrhodo. Serunt eam in campis, nec eſt gratior villarum proſpectus.* Sic concipienda verba Plinii, quæ alii mirum in modum deformarunt. Villarum proſpectum poſuit pro vinearum. Et ſane villa diminutivum ex vinea. Quod Theophraſtus duabus diverſis lani-

lanigeris tribuit arboribus, id Plinius uni tantum tribuit. De goſſypii planta in Tylo inſula Theophraſtus dicit, illam habere nucem, quæ quam diu clauſa ſit, ac lanam intus contineat, magnitudine æquet pomum vernum; ubi vero dehiſcunt tria illa putamina, quibus lana coercetur, ſit major ac deſinit eſſe nux. Plinius συμμεμυκὸς retulit ad μῆλον ac *calycem pomi* interpretatus eſt, & conjunxit cum cynorrhodo alterius laniferæ plantæ. De loco Plinii hæc ſufficiant. Quærunt vero botanici, quænam ſint plantæ iſtæ laniferæ apud Indos, quas hic Theophraſtus deſcribit, quæ folia habent qualia morus, quæ ſint inſtar cynorrhodi, quæ ordinatim ſeruntur, ita ut procul viſæ vites eſſe putentur? Paucis expediam; Omnino hæc de moris Sinenſibus capienda, in his enim omnia hæc concurrunt. Uti enim apud nos vites, ſic apud Sinenſes mori bombycibus deſtinatæ ſeruntur. Non patiuntur illas in arbores excreſcere, ſed quotannis putare ſolent. E tenerioribus plantis & foliis ſubtiliſſimum ac præſtantiſſimum fit ſericum. Tale eſt vernum, quod ideo apud eos pretioſius cenſetur æſtivo. Porro ex hoc Theophraſti loco manifeſtum fit quam late pateat lanæ appellatio, utpote qua etiam Sericum comprehendatur. Sane apud veteres idem ſæpe eſt byſſus, ſericum, linum & lana; nemo tamen eſt, vel paulo literatior, qui neſciat, quantum hæc inter ſeſe differant, ſi vocabulorum non uſum, ſed naturam & originem tantum ſpectemus. Facile itaque adducor, ut credam, lanam hic apud Pomponium non de goſſypio, ſed de Serico accipi debere. Quid enim in tanta brevitate attinet memorare Indiam producere goſſypium ſeu lanam arboream, cum ea ævo Pomponii, & in Ægypto & paſſim proveniret? Valde præterea dubito, an olim Indi goſſypio uſi ſint. Sinenſes certe olim eo caruerunt, & ante quingentos demum annos ab exteris illud accepere; cum ſerico uſi ſint annis octingentis ſupra bis mille ante natum Chriſtum, ſi vera doceant ipſorum libri. Indi vero etiamnum goſſypio carent, nec alio utuntur, quam quod à Luſitanis & aliis ad ipſos defertur. Quamobrem ſic ſentio, ubicunque apud veteres aut lanæ, aut lini, aut byſſi Indici mentio fit, intelligendum id eſſe de Serico. Notum hoc fuit omnibus ſeculis, quamvis non ſub nomine ſerici. A Seribus id habebant Indi & Taprobanitæ, ab his Perſæ, Syri, Arabes ac Romani. Multa de Serico veterum loca congeſſit in ſuis paſſim operibus Salmaſius, longaſque admodum contexuit diſſertationes, in quibus tamen omnibus nihil docet quod novum ſit, vel quod vetuſtati multum adferat luminis. Dum vero alienas inſectatur nugas, quot quantoſque ipſe committit errores? Affirmant Ariſtoteles & Plinius, Pamphylam Platæ filiam (ſic veteres Ariſtotelis codices Πλάτεω non Λατώς) primam texendi artem in Co inſula reperiſſe. Salmaſius multis perten-

ferant, [10] arundinum fissa internodia, veluti na-

pertendit mulierem hanc Ceam fuisse. Quamobrem rogo? Ratio manifesta est. Coon & Ceam insulam eandem esse existimavit. Vide interpretationem ejus ad inscriptionem Herodis, ubi se misere torquet, & Simonidem Ceum, semper Coum vel Ceum vocat, tanquam si Cos & Ceos eadem esset, cum illa Asiatica, hæc vero Europæa sit insula. Errat cum putat byssum nunquam accipi pro lana arborea Indorum. Contrarium docet Philostratus lib. II. cap. IX, & Pollux lib. VII. cap. de byssinis. Verum quo hoc apertius cognoscatur, adscribam ipsa Pollucis verba, non ut ipse ea conatus est refingere, verum uti ope optimi nostri codicis à nobis emendata sunt.

Καὶ μὴν καὶ τὰ βύσσινα καὶ ἡ βύσσος λίνε τὸ εἶδος, ὡς δὲ Ἰνδοῖς. ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἔριον τὸ γίνεται, ἐξ ἧς τὴν ἐσθῆτα λινῆ μαλλῷ ἄντις φαίη ἐοικέναι, πλὴν τὸ πάχος, ἔστι γὰρ παχύτερα. Τῷ δὲ δένδρῳ κέρκος ἐπιφύεται καρύῳ μάλιστα ἐοικώς, περιπλῷ τὴν ἀμφυσιν, ἧς ἀμφυσίσης ἐπιδεῖν οὐκ ἂν θῇ τὸ ὥσπερ κάρυον, ἔνδοθεν ἐξαιρεῖται τὸ ὥσπερ ἔριον.

Errat cum negat veteres ignorasse ante tempora Justiniani Sericum à vermibus confici, quid enim manifestius loco Pausaniæ ubi bombyces describit? Sed & Pollux, Servius, Simplicius, aliique complures earum meminerunt. Errat cum negat Juvenalis tempore viros sericum usurpasse, ac reprehendit Lipsium illud Juvenalis *Cretice pellúces*, de Serico interpretantem. Contrarium apparet ex lege sub Tiberio facta, *ne vestis Serica viros fœdaret*. Quintilianus etiam togæ Sericæ virilis facit mentionem. Sed profecto nimis longi essemus, si singula persequeremur. Unum tantum addam, quod annotasse operæ pretium fuerit. Nempe bombyces Coas, quas describit Plinius lib. XI. cap. XXIII, non fuisse similes Sericis, ut putat Salmasius, sed fuisse ex erucarum genere. Erucis enim, non bombycibus, convenit ut villis inhorrescant. Talium erucarum magnus apud Sinas est proventus in provincia Xantung. Docet Chorographiæ Sinicæ autor provenire id nullo etiam adhibito cultu. Siquidem erucas illic eructare fila, quæ vento jactata dumis fruticibusque hæreant. Illa à Sinis colligi, textaque inde facta, subtilitate quidem cedere nonnihil serico domesticarum bombycum; firmitate vero multum præstare.

10. *Arundinum fissa internodia veluti naviculæ, binos & quædam ternos etiam vehant*] In scriptis codi-

navia, binos & quædam ternos etiam vehant.

codicibus legitur *veluti navita*. Inde Salmasius faciebat, *veluti navicula*. Lego, *veluti navia*. Quid sit navia docet Festus, cum scribit eam ex uno ligno exsculpi ac esse instar alvei, quo utuntur in vindemiis. Plane itaque idem est, navia, linter ac alveus. Plinius hanc lectionem confirmat, ac alveum appellat id genus μονοξύλα, lib. VII. cap. II. *Arundines vero tantæ proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant*. Porro istiusmodi lintrium creber etiamnum apud Indos est usus in fluminibus, ac describuntur à variis, Garcia ab Horta, Christophoro à Costa, aliis. Arundinem è qua exsculpuntur, dicunt esse saccharíferam, & vocari Mambu vel Bambu, crassitudine æquare aut superare femur humanum, altitudine populum. Verum hæc mensura non sufficit ad capiendos homines, nisi forsan existimarint Indos divaricatis pedibus insidisse arundinibus, quemadmodum solent cum alii, tum præcipue Afri illi, qui ad promuntorium quod Lusitani vocant Cabo Boiador, habitant. Inequitant illi terni aut quaterni simul cymbis suis, dimissis utrinque in aquam pedibus; his pro remis utuntur, seque ac almadias (sic monoxyla istæc Hispani appellant) dirigunt ac propellunt. Verum non Mela, non Plinius, non alii è veteribus hoc voluere, sed illorum verba intelligenda sunt de fissis arundinum internodiis, quæ homines capiant, non ab iis capiantur. Tales sunt cannæ, quæ in ripa Gangis proveniunt tantæ magnitudinis, ut ab homine ulnis ambiri nequeant. Crassitudo corticis est dodrantalis, distantia vero internodiorum, hominis æquat staturam. Sic lintres istos describit Nicolaus de Comitibus Venetus. Talis alveus sufficere possit vehendis duobus hominibus, nisi quod arte opus sit in dirigendo eo, ne vectores subvertantur. Atque has quidem, arundinum quæ usquam terrarum reperiantur, longe maximas esse existimo. Nam quod Strabo ex Onesicrito prodit arundines apud Indos reperiri quarum altitudo sit quinquaginta ulnarum, sive ducentorum cubitorum, diameter vero aliquando cubitorum duodecim, id omnino fabulosum esse censeo. Forsan monoxyla navigia, quæ Indi ex Coco arbore conficiunt, arundinea esse existimavit antiquitas. Quod autem Solinus addit, ex arundinum harum radicibus, exprimi succum dulcem & melleum, in eo an recte dixerit valde dubito, quamvis non desint complures è neotericis, qui id ipsum tradant. Nam qui cannas sacharíferas tam prodigiosæ magnitudinis viderit, hactenus inveni neminem.

Ingen-

hant. Cultorum habitus moresque dissimiles. 35
II Lino

Ingentes quidem sunt illæ quæ saccharum Tabaxir producunt, quales etiam ad nos sæpe deferuntur, verum tamen illarum internodia non amplius uno à seinvicem pede distant, cum aliæ istæ è quibus lintres fiunt ad quinos aut senos minimum pedes diducta habeant internodia. Jam vero ut de arundinibus, quæ Tabaxir ferunt, intelligantur verba Solini, obstat istud, quod saccharum tabaxir non exprimatur è magnis istis cannis, sed sponte sua concretum in illis inveniatur. Saccharum autem quod exprimitur, id ex iisdem olim, atque nunc, prodibat arundinibus, ut vel hoc uno argumento satis colligi possit, idem fuisse veterum & hodiernum saccharum. Verum quia multi literati & botanici acriter & contumeliose admodum de hac quæstione inter se disputarunt, operæ pretium est litem istam dirimere, ac paucis, sed claris & certis argumentis controversiæ huic finem imponere. Hoc ut manifestum fiat, ostendendum est, quæcunque veteres de arundine saccharifera & saccharo dixere, illa omnia convenire arundini unde hodie etiamnum saccharum exprimitur, non autem mannæ aëreæ aut saccharo tabaxir. Ac primum quidem, illud libenter largimur arundinem hanc magnam fuisse, & arboreæ proceritatis. Describit eam Varro Aticinus apud Isidorum;

Indica non magna nimis arbore crescit arundo:
Illius è lentis premitur radicibus humor
Dulcia cui nequeant succo contendere mella.

In priore versiculo aliquid esse quod aures non vitiosas offendat, nemo qui Latine norit, diffitebitur. Auget non sanat ulcus Cl. Salmasius, cum legit, *Indica nam magna.* Scribendum;

Indica non magna minus arbore crescit arundo.

At vero cannæ saccharinæ hodiernæ, ajunt quidam, non ultra tres quatuorve surgunt cubitos. Sed falluntur insigniter. Non me fugit cannas insulæ Maderæ & alias, non superare hanc mensuram, verum id eo fit, quia quotannis putantur. Quæ primum à Lusitanis in ea insula plantatæ fuerunt arundines, ad decem cubitorum altitudinem surgebant. Hujus rei hanc volunt esse causam, quod cum insula hæc primum coli cœpit, majores in producendo vires habuerit. Quod si falces non immitterentur, sed paterentur arundines ad multos annos adolescere, non ad decem tantum cubitos, verum ad multo majorem excrescerent excelsitatem. Exemplo sint cannæ istæ saccharinæ quæ in ripis Argentei fluminis sponte sua proveniunt ad arboream magnitudinem. Ratio itaque quamobrem cannæ vulgares non supra quatuor cubitorum altitudinem exurgant, illa est, quod exactis duobus à satione annis illico præcidantur. In insula S. Thomæ etiam prius succiduntur, sexto nempe à satione mense. Alterum argumentum quo utuntur, qui veterum saccharum ab hodierno distinguunt, est illud, quod antiquorum saccharum juxta testimonium Dioscoridis, Plinii & Galeni gummium & salis instar concretum in arundinibus reperiretur, cum hodiernum liquidum sit, & non nisi frequenti coctione densetur & cogatur. Verum hic quoque errant. Utrumque cognovere veteres & liquidum & concretum. Liquidi miminit Varro memorato loco, & Lucanus cum dicit;

Quique bibunt tenera dulces ab arundine succos.

E tenerioribus cannis itaque saccharum olim æque atque nunc exprimebatur, quamvis ars cogendi succum in panes necdum comperta esset. Illam enim sero Indi invenere, à quibus didicere Arabes & Sinenses, ut ipsorum testantur historiæ. At vero in majoribus cannis succus iste sponte sua cogebatur. Quod hodie quoque fit apud utrosque Indos, præsertim in arundinibus quæ non succiduntur. Tales provenire apud Argenteum flumen, arborum magnitudine, & quorum apicibus frustula sacchari adhæreant, tradit Fernandesius in scripto de plantis Mexicanis. Nempe quod ignis efficit in condensando succo calamorum vulgarium, idem istud præstat sol in adultioribus cannis & quæ falcem nesciunt. Quin etiam è cannis cæduis, aperto earundem latere, profluere humorem, qui mox vi solis in solidum concrescat saccharum, testis est non Matthiolus tantum in Epistolis, & commentario ad Dioscoridem, sed & quotidiana experientia. Corruit itaque eorum sententia, qui negant saccharum calamis foris accrescere. Nec juvat eos argumentum quod adferunt autores veteres non meminisse succi arundinei sub nomine sacchari, sed tantum sacchari concreti. Quis enim est adeo mentis inops, qui non videat id eo contigisse, quia succus iste ad ipsos non deferebatur liquidus, sed demum à sole coctus, & arudinibus adhærens nucis avellanæ magnitudine, ut & Plinius scribit, & hodiernis constat experimentis? Verum ne ullum pateat effugium sentientibus contrarium, consideremus quoque ipsam sacchari naturam, quo præcipue argumento utuntur adversarii, quia scilicet Dioscorides & alii veteres saccharo hasce tribuunt virtutes. Primo quod sit ἀνηλίωτον id est modice alvum solvens, deinde quod stomacho prosit, ac præterea quod sitim auferat. At vero inquiunt, in hodierno saccharo omnia his contraria reperiri, siquidem illud inimicum esse stomacho, intestinis, hepati; constipare hoc ventrem, ac sitim efficere adfirmant. Quis tam claris non cedat testimoniis ac manibus pedibusque in illorum non eat sententiam? Satis tamen mirari nequeo, adeo eos liberaliter pro-

nuntiare de virtute & facultate ſacchari, nulla habita differentia inter crudum ſuccum & ſemel, bis, vel aliquoties coctum; inter liquidum denique, & jam vel modicè condenſatum, vel inſigniter durum? Quid multis opus, adſcribam vel unius tantum teſtimonium, ſed qui multorum inſtar eſſe poſſit. Is eſt Julius Landus, qui diu in ea inſula exul ab aula Romana vixit. Ejus itaque hæc ſunt verba; *Arundines incolæ maturas & recentes comedunt mane jejuni, voluptatis gratia, ac etiam his de cauſis, ut inquiunt, quod ſolvunt ventrem, ſecur refrigerant, ſitim auferunt, albos etiam faciunt dentes. Nimirum res eſt ſuaviſſima, neque cum ſacchari arundinibus, quæ Romæ venundantur, comparanda. Puerperæ etiam utuntur offa ex pane primum torrefacto, deinde in ſucci arundinum ultima coctura poſito. Superaddunt vitellos, quod is cibus amiſſas vires maxime reficiat, ac ſtomachum & inteſtina recreet, ventremque paulatim molliat.* Hinc apparet facultatem iſtam adſtringendi, quæ eſt in vulgari ſaccharo toties recocto, non eſſe naturalem, ſed forinſecus accedere, ab igne nempe. Perit enim omnis ille humor in quo præcipue eſt vis ſolutiva, ac partim exſiccatur, partim una cum ſpuma ejicitur. At vero in ſaccharo quod foris arundinibus adcreſcit, manet humor, nihilque perit, ſed totus ſuccus vi ſolis gummium inſtar coagulatur, eandemque propterea cum ſucco incluſo arundini facultatem conſervat. Nulla itaque ratio eſt, quamobrem aliquis inpoſterum exiſtimet, diſcrepaſſe veterum ſaccharum ab hodierno alia re, quam ſola coctione. Verum & illi qui ſaccharum Tabaxir vel Sacar mambu interpretantur de ſaccharo antiquorum quantopere fallantur, ſatis ex ſupradictis colligi poteſt. Quia nempe & hæc materia in arundinibus naſcitur, ideo ſacchari nomine etiam cenſetur apud Indos & Arabes. Multum tamen differunt inter ſe, cum ſaccharum tabaxir parum admodum, aliquando etiam nihil omnino, dulcedinis habeat. Hac propter lac arundinum concretum potius dicendum fuerit, quam vel mel, vel ſaccharum. Sed & facultatum utriuſque cum tanta ſit diſcrepantia, non eſt quod quiſquam inpoſterum tam diſſimilia componat. Hæc de ſaccharo & cannis unde prodeat, haud intempeſtive ut arbitror dicta, ſufficiant. Multa de iiſdem in Solinianis ſuis Salmaſius; ac ſeorſim in commentario de ſaccharo antiquorum, in quo, uti audio, idem quod prius, adſtruere conatur, nempe ſaccharum veterum eſſe medullam arundinum Bambu. Sed profecto, ſi verum liceat fateri, opus hoc quantumvis prolixum & laborioſum, neminem tamen, ut opinor, permovebit, & forſan ne paucis quidem quæ adduximus argumentis & teſtimoniis comparandum.

11. *Li-*

11 Lino alii veſtiuntur, aut lanis quas diximus, alii ferarum aviumque pellibus: pars nudi agunt, pars tantum obſcœna velati. Alii humiles parvique, alii ita proceri & corpore ingentes, ut elephantis etiam, & ibi maximis, ſicut nos equis, facilè atque habiliter utantur. Quidam nullum animal occidere, nulla carne veſci optimum exiſtimant. Quoſdam tantum piſces alunt. Quidam proximos parenteſque, priuſquam annis aut ægritudine in maciem eant, velut hoſtias cædunt: cæſorumque viſceribus epulari fas & maximè pium eſt. At ubi ſenectus aut morbus inceſſit, procul à cæteris abeunt, mortemque in ſolitudine nihil anxii expectant. Prudentiores eis, quibus ars ſtudiumque ſapientiæ contingit: non expectant eam, ſed ingerendo ſemet ignibus, læti & cum gloria accerſunt. Urbium quas incolunt (ſunt autem plurimæ) Nyſa eſt clariſſima & maxima: montium Meros, Jovi ſacer. Famam hinc præcipuam habent, quod in illa genitum, in hujus ſpecu Liberum patrem arbitran-

11. *Lino alii veſtiuntur aut lanis quas diximus*] Sive pro eodem acceperit linum & lanam, & poſterius ſit interpretamentum prioris, ſive pro eodem, nihil eſt in his Melæ verbis quod reprehendi poſſit. Omnino tamen puto, Pomponium hæc diſtinxiſſe, & linum vocaſſe goſſypium, lanam vero ſericum. Verum hoc eſſe ex iis, quæ jam ſupra monuimus, apparet. Salmaſius

tur esse nutritum: unde Græcis autoribus, ut femori Jovis insutum dicerent, aut materia ingessit, aut error. Oras tenent ab Indo ad Gangem Palibotri, [12] à Gange ad Colida (nisi ubi magis quam ut habitetur exæstuat) atræ gentes, & quodammodo Æthiopes. [13] A Colide ad Cudum recta sunt littora, nudique populi, & marinis

masius carpit hic Melam, & falsum esse dicit, cum lanam à lino distinguit. Verum quam id sit à veritate alienum, satis nunc constat.

12. *A Gange ad Colida Nysii*] Et hæc & superiora ad fidem veterum exemplarium reduximus. Observatum id ipsum Pintiano, quem secuti sunt alii. Salmasius tamen hic defendit *Nysi* pro *Nysii*, Indico, ut loquitur, typo. Verum cum jam Nysam memoravit, quid opus Nysios, vel inepto vocabulo Nysos, denuo recensere? Abest Nysa quam longissime ab hoc tractu. Denique quid sibi volunt sequentia; *ubi magis, quam ut habitetur exæstuat, atræ gentes & quodammodo Æthiopes?* Ubi non habitatur India, quomodo illic atræ sunt gentes? Talia profecto hæc sunt, ut confutatione non egeant. Jam vero quod Colida adtinet, ejus promuntorii situm jam superius ostendimus. Præter jam ab aliis allatos, meminit quoque illius Ptolemæus in extimo Aureæ Chersonesi cornu. Nam quo loco apud illum legitur, Μαλαΐς κῶλον ἄκρον; legendum est Μαλαΐς ποτ. ὀκτ. & deinde Κῶλον ἄκρον. Urbis vero huic promuntorio vicinæ, nomen est Κῶλοι apud eundem Ptolemæum. Colon itaque Colis & Colias, ejusdem promuntorii est nomen. Adsitus vero populus Colici & Coliaci dicebantur. Valde autem errat Salmasius, quum Coliacos Indorum gentem remotissimam, cum Colis Ponti Euxini accolis confundit. Quis enim non videat, verba ista Stephani Κῶλοι ἔθνος πρὸς] ᾧ Κωνιάσῳ &c. non posse de hac Indica gente accipi? Quid Caucaso commune cum Aurea Chersoneso? Porro de Colis & Colica Pontica vide quæ superius diximus.

13. *A Colide ad Cudum recta sunt littora*] A Cudo, sive promuntorio, sive oppido, populus Κώδητες Ptolemæo dicuntur, vicini Sinis, ultra Colum vel Coli-

rinis opibus affatim dites. [14] Tamos promuntorium est quod Taurus attollit. Colis alterius partis angulus, initiumque lateris ad meridiem versi. Ganges & Indus amnes, ille multis fontibus in Hemodo Indiæ monte conceptus, simul unum alveum fecit, fit omnium maximus, & alicubi latius, quando angustissimè fluit, decem millia passuum patens, in septem ora dispergitur: Indus ex monte Paropamiso exortus, & alia quidem flumina admittit: sed clarissima, Cophena, Acesinem, Hydaspem: conceptamque pluribus alveis undam lato spatio trahit. Hinc penè Gangem magnitudine exæquat. [15] Post ubi

Colicum promuntorium, Eoo adsiti litori. Verum hoc in Ptolemæi tabulis non sic sese habet: istic quippe littus Eoum, quod Sinæ tenent, non in septentrionem, sed in austrum perperam vergit.

14. *Tamos promuntorium est quod Taurus attollit*] Si sincera est Plinii lectio, videretur hic *Tamus* in *Imaus* mutandum. Scribit enim is lib. VI. cap. XVII. extimum promuntorium Emodi montis appellari Imaum, quod nivosum incolarum lingua significet. Eandem lectionem confirmat Strabo lib. XI. cum Tauri montis extremum, Imaum vocari scribit. Idem tamen Τάμωνον appellare videtur, paulo post. Nec sollicitandam hanc esse lectionem ideo existimo, quia Orosius, & ex eo nescio quis Æthicus, *Samaram* vocant extremum Tauri promuntorium. Itaque sic censeo Imaum quidem extremam Tauri partem fuisse appellatum, sed vero ultimum Imai promuntorium Tamum vel Tamarum fuisse creditum. Ptolemæo hoc promuntorium est Τάμαλα, uti habent vetera exemplaria, non Τήμαλα, ut vulgo.

15. *Post ubi aliquot sæpe magnis*

ubi aliquot sæpè magnis flexibus cinxit jugum, ingens iterum, rectus solidusque descendit: donec ad lævam dextramque se diducens, duobus ostiis longè distantibus exeat. Ad Tamum insula est Chryse, ad Gangem Argyre. Altera aurei soli (ita veteres tradidére) altera argentei: atque ita, ut maximè videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula est. [16] Taprobane, aut grandis admodum insula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur: [17] sed quia habitatur, nec quisquam

nis flexibus cingit jugum] In multis libris veteribus scribitur, *sæpe aliquot*. Hinc aliquis suspicetur sic Melam scripsisse; *Postubi se per aliquod magnis flexibus egit jugum*. Maluimus tamen optimi codicis lectionem repræsentare, *cinxit* nempe, non *cingit*, quod sensui adversatur. Non enim quamdiu inter montes luctatur, sed demum postquam evasit, fit rectus & solidus.

16. *Taprobane aut grandis admodum insula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur*] Orbem alterum Plinius interpretatur Antichthonum hemisphærium australe, de quo vide quæ superius diximus. Solinus de hac ipsa insula; *diu orbem alterum putavere, & quidem eum quem habitare Antiscythas crederent*. Sic putamus scripsisse Solinum, idque optimi exemplaris ductu, in quo *tam scythas* inveni. Ἀντισκύθαι sunt Scythæ Australes aliis Scythis oppositi.

17. *Sed quia habitatur nec quisquam circum ea esse traditur, prope verum est*] Hæc est fere omnium librorum veterum lectio, ut manifestum sit esse scribendum, *circum eam isse*, vel potius *circummeasse*. Edidit vero hæc Mela antequam legati Taprobanensium Romam venissent, ut minus mirum sit, eum tam inexplorata de hac insula scripsisse. Insulam tamen esse jam Alexandri ævo Græci cognoverant, ut plane errarit Mela, cum id ipsum negat. Verum cum & occasio & tempus non permittat tantum, sed etiam invitet, liceat nonnulla aliis indicta de hac insula, nuper admodum Batavorum virtute parta, com-

95 quam circum measse traditur, prope verum

A a a est,

commemorare. Meretur hæc non Orientis tantum, sed etiam omnium totius orbis insularum longe pulcherrima, ne raptim & obiter dicta transmittatur. Quod si nullum crimen sit, imo etiam laudabile, à trita nonnunquam semita ad amœna viarum pauxillum deflectere, dummodo ea digressio non careat epanodo; in nobis saltem erit excusatione dignum, si non in popinam aut trivialem villam, sed in jucundissimum viridarium, in beatorum insulam, in locum denique paradisi terrestris titulo plurimorum jamdudum suffragio insignem, paulisper exspatiemur. Dicemus itaque primum de variis ejus insulæ nominibus, deinceps vero situm, ambitum, aliaque nonnulla explicabimus. Antiquissima itaque hujus insulæ appellatio, si vera narrant Taprobanensium annales, videtur fuisse *Lamcab* vel *Lamca*. Terram sanctam id interpretantur Malabarri Taprobanensium aborigines. Nomen id insulæ impositum à Vigiaraia primo ipsorum Rege, qui creditur quingentis ante Christum annis floruisse. Postea altera successit appellatio, insulaque ea dicta fuit *Ilanare*, aut juxta alios *Tranate*. Significat id regnum insulare. A postremo hoc vocabulo videntur Græci Taprobanam suam formasse. Iterum deinde mutatum est insulæ nomen, nempe postquam Sinæ ea potiti sunt, ac dicta Παλαισιμούνδα, uti est apud Ptolemæum, auctorem Peripli, ac Marcianum Heracleotam, licet alibi Σιμούνδα simpliciter appelletur. Prius ut opinor fuit Παλαισιμῶν. *Palou* vel *polou* Indis est insula. Παλαισιμῶν itaque Siamensium insula, hoc est Sinensium, ut jam diximus. Persæ addiderunt τὸ δίς, *Diu* vero Persis idem, quod Indis *polou*. Multis hoc insulis & locis contigisse, ut ab aliis gentibus alia vocabula idem significantia addita fuerint, nemo est qui nesciat. Cæterum non prædictis tantum, sed & multo pluribus nominibus insula hæc ab Indis cognoscitur. Appellatur etiam *Hibenaro*, quod terram fertilem, nec non *Tenarisim*, quod locum delitiarum significat. Salicam quoque dictam fuisse è Ptolemæo & aliis constat, à populis Salis, qui vulgo *Gale* ab indigenis nuncupantur. Novissima denique insulæ hujus appellatio, quæque etiamnum obtinet est *Seilan* vel *Seran*, additoque Persico *Dib* vel *diu*, quod insulam denotat, *Serandiu*. Quam antiquum sit id vocabulum, liquet ex auctore Topographiæ Christianæ. Sive is sit Cosmas Indopleustes, sive alius, illud constat, sub Justino imperatore floruisse. Ejus itaque, in descriptione Taprobanæ, hæc sunt verba; Περὶ μὲν Ἰν-

δῶν

δῦς καλεμβύη Σιελεδίβα περὶ δὲ Ἕλλησι Ταπροβάνη. Sed & Ammianus Marcellinus multo hoc antiquior lib. XXII. meminit legationis missæ à Divis & Serendivis. Chrysococæ in canone præcipuarum urbium est Σαργιναι, tribuitque eandem huic longitudinem latitudinemque, quam Ptolemæus Taprobanæ. De hac ipsa insula accipienda sunt Procopii verba lib. IV. Gothicorum, ubi tradit locum esse in India qui Serinda diceretur, ad quem multæ Indorum gentes convenirent. Illic namque Sinæ sericum aliasque merces deferebant, à quibus dein accipiebant Romani. A Philostorgio lib. III. cap. IV. vocatur Δίβε. Verba ejus sic scribenda; Δίβε γ' ἐστὶν αὐτοῖς ἡ νῆσος χώρων. Ἰνδῶν δὲ καὶ ἔστι φέρεσιν τὸ ἐπώνυμον. Fœnum Taprobaniticum est oryza, ista siquidem tanta illic copia provenit, ut elephantis aliisque animalibus in pabulum cedat. Ab hac provinciæ Batecalou nomen inditum. *Bate* siquidem vel *Pate* oryzam, *Calou* vero regnum significat. Nequid tamen dissimulem locum hunc Philostorgii malim sic legere, Δίβε γ' ἐστὶν αὐτῆς νῆσος ἡ χώρα. Utrumque enim exprimit τὸ Δίβε, & insulam, & regionem. De vocabulo vero Ceilan vel Seilan, quum alii alia prodiderint, operæ pretium est referre ipsorum Taprobanensium sententiam qui à naufragio Sinensium sic dictam esse adfirmant. Quam enim Sinenses olim longinquis navigationibus incubuerint, & ex eo colligi potest, quod aliquando ad oppidum Armuziæ quadringentæ ipsorum naves simul conspectæ fuerint. Quum vero inter alia loca, Taprobanam præcipue cinnami gratia adirent, ac per multa secula admodum iis feliciter cessisset cataplus, iste, accidit tandem ut ingenti instructa classe, qua dominium sibi & hujus & aliarum insularum adsererent, gravi damno mulctarentur: periere quippe in syrtibus & freto, quod insulam à continente dirimit naves octoginta, juxta alios ducentæ. Ab hac Sinensium jactura dictum putant portum Chinilao vel Sinilao, tanquam Sinensium *nilao* quod naufragium significat. Supereſt etiamnum hoc vocabulum, siquidem vulgo portus & oppidum Chilao contracte appellatur. Hæc insulani in suis chronicis. Siquis tamen Seran-dib vel Serandiu dictam putet, quasi Serum insulam, non adversabor. De etymis non libenter litigo. Atque hæc de nomine satis, & forsan nimia. Videamus porro an quæ nunc, eadem quoque olim mensura fuerit insulæ. Eratosthenes longitudinem ejus prodidit stadiorum VII. millium. Latitudinem vero quinque millium. Hanc quoque mensuram recensent Strabo, Plinius, Ælianus, ac alii, nequis in numeris vitium esse existimet. Ptolemæus aliquanto etiam longius eam extendit, siquidem nongenta passuum

suum millia longitudini adsignat, latitudini vero septingenta & viginti. Cum hoc convenit Cosmas Indopleustes, sive quicunque alius Τοπογραφίας Χριστιανικῆς est auctor. Atqui hodie, qua longissime insula ista extenditur, non ultra ducenta & quadraginta passuum millia patet, maxima quippe ejus longitudo à sexto latitudinis gradu usque in decimum porrigitur. Quisquis non omnino geometriæ ignarus fuerit, facile hinc colligere poterit, juxta hunc calculum, quaterdecies aut quindecies olim majorem fuisse, atque nunc sit. Veterum opinionem stabilire & confirmare videtur ipsorum Taprobanensium testimonium. Uno ore adfirmant & ipsi, & vicini ipsorum Malabarri, insulam hanc vastam adeo olim fuisse, ut Maldivis conjuncta, ac etiam ultra æquinoctialem circulum porrecta fuerit. Tantum terrarum absorpsisse oceanum, hujusque violentia ad modicam adeo mensuram redactam esse insulam. Quin etiam causam inundationis addunt. Nempe Malabarrorum regionem, etiamnum humilem & paluſtrem, crebrisque interruptam insulis, olim totam mari fuisse contectam. Defluente vero continuo materia è montibus Deli, terram se extulisse supra undas; denudasse tractum trecentorum ferme pass. millium, excusso longe atque abacto Oceano. Hunc impetu verso in opposita Taprobanæ litora, devorasse vastum quod descripsimus terrarum spatium. Hæc Indi, quæ si vera sunt, nullum est dubium, quin id omnium Oceani facinorum longe, & splendidissimum, & maxime memorandum fuerit. Quamvis autem argumenta hæc talia sint, ut non tantum assensum impetrare, sed etiam extorquere possint, nescio tamen quis me teneat genius, quo minus & ipse tot antiquitatis testimoniis, ac tanto gentium consensui non adsurgam. Movet me ratio, ac constans naturæ ordo, ne hic temere adquiescam: gnarus multorum autoritatem ac conspirationem, non veritatis normam, sed potius errorum esse patrocinium. Ipse Oceani fundus circumcirca Taprobanam æque atque alibi profundus, testatur nullum magnum hic factum esse terrarum naufragium. Malabarrorum regionem aliquando mare fuisse, nec verum, nec verisimile. Pleraque oppida, quæ litus istud illustrant, antiquissima esse, ipse terrarum situs, & nominum convenientia evincit, uti alibi ostendimus. Maldivas unam cum Taprobana constituisse insulam, nec hoc verum esse potest, quandoquidem earum meminerit Ptolemæus cum scribit ante Taprobanam situm esse agmen CIↃCCCLXXVIII. insularum. Harum quoque manifeste mentionem facit Topographiæ Christianæ auctor. Περὶ δὲ Ταπροβάνης εἰσὶ νῆσοι μικραὶ, πολλαὶ πάνυ. πᾶσαι δὲ γλυκὺ ὕδωρ ἔχουσαι καὶ ὀρυζέλαιαι. ἀποστατοῦσι δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πᾶσιν εἰσὶν.

Palmarum Indicarum fructum vocat δοχέλια. Nargel Perſæ appellant, Luſitani Cocos. Horum nuſquam neque major neque felicior eſt proventus, atque in inſulis Maldivis. Idem auctor non multo poſt ipſius quoque inſulæ, ac regis Μαλὲ mentionem facit, additque piper in ditione ejus provenire. Unde apparet verum eſſe, id quod indigenæ earum inſularum affirmant, nomen ſibi eſſe ab una inſula Male, in qua Rex, cui cæteræ quoque parent. Errant itaque illi qui Maledivas putant dici quaſi mille inſulas, quia *male* mille ſignificat lingua Malabarrica. Verum etiam Ammianus cum Divos & Serindivos recenſet, non dubito quin per hos Taprobanenſes, per priores vero Maldivenſes intellexerit. Ipſe præterea ſitus docet, nihil hic immutaſſe naturam. Tradit Plinius portum inſulæ eſſe ad meridiem. Quis dubitet quis iſte ſit, quem Gale vulgo nominant, omnium non inſulæ tantum, ſed totius pene orientis præſtantiſſimus? Clarum itaque Oceanum, cum alibi præſcriptos ferme ſibi limites ſervarit, nec hic tantam ſtragem edidiſſe. Maneat ille qualis olim, talis nunc quoque, nec credamus inſulam hanc una cum Atlantide Platonica avolaſſe. Otio abundant qui iſtiuſmodi Ægyptiorum fabellis, jam millies productis, totieſque recoctis, aurem commodant. Quam conſtans & tenoris ſui obſervans ſit rerum natura patet è Boſporis, omnibuſque omnium terrarum fretis. Iis cum præcipue marium & ipſius Oceani vis ſemper incubuerit, eadem tamen ubique à tot annorum millibus, & ab ipſo ut veriſimile eſt rerum exordio, ſervant intervalla. Currant licet ac recurrant undæ, allatrent undequaque fluctus, fortius eſt elementum quod reſiſtit, quam quod oppugnat. Exeſi ſcopuli ac vaſta maris antra, ſatis ubique oſtendunt, quantum oceani impetus lapſu ſeculorum poſſit efficere: verum hæc ipſa quoque, quid non poſſit efficere oceanus, multo clarius oſtendunt. Videamus nunc quænam maxime cauſa fuerit, quamobrem vaſtam adeo magnitudinem Taprobanæ attribuerint veteres. Primum quidem illud moneo, non defuiſſe, qui in deſignando ejus ſpatio, minus aberrarint. Hos inter merito recenſendi ſunt Oneſicritus & Jambulus apud Diodorum Siculum, quorum uterque quinque millium ſtadiorum ambitum inſulæ huic adſcripſerunt. Hæc menſura licet juſto brevior; deeſt quippe in ea ferme triens, longe tamen minus habet defectus, atque altera redundantiæ. Omnem vero modum exceſſit Plinius, cum de legatis Taprobanenſium hæc ſcribit; *Iidem narravere latus inſulæ, quod prætenderetur Indiæ, decem millium ſtadiorum eſſe.* Prodigioſa hæc ſunt & inaudita, ſed ſane ſic ſe res habet. Taprobanenſium legati non de ſua inſula hæc dixere, ſed de Serica regione. Hujus autem latus unumquodque hanc menſuram proxime æquat. Sed & alia, quæ iidem legati narrabant, de Taprobana accipi nequeunt. Nullum in ea ſtagnum inſignis magnitudinis, nædum aliquod cujus ambitus habeat CCLXXV. vel uti eſt in libris pleriſque manu exaratis, CCCLXXV. paſſ. mill. Sed & quingenta oppida, & ducenta millia ſervitii Regii ſtultum ſit in aliqua quærere inſula. Quid de plebe urbana ſentiendum, ubi tam vaſtus Regiæ plebis eſſet numerus? Hæc & alia plane evincunt Rachiam alioſque Taprobanenſium legatos, iſta non de ſua narraſſe inſula, uti putabat Plinius, ſed de Seribus quos nunc perperam Sinenſes vocant, de iſtis enim & hæc, & alia majora dici poterant. Hunc errorem potiſſimam cauſam fuiſſe exiſtimo, quamobrem in magnitudine Taprobanæ adeo decepti ſint veteres, Plinio poſteriores. Quod vero etiam alii nonnulli illo antiquiores nimiam huic inſulæ menſuram adtribuerint, id hac videtur factum fuiſſe ratione, quod ambitum, & præternavigationem ejus, ex velificationibus Indicarum navium colligendam eſſe arbitrarentur. Quam autem tardus illarum eſſet curſus, operæ pretium eſt oſtendere, tum quod non hoc alienum ſit ab inſtituto, tum quoque ut lucem & medicinam adferam affectis aliquot locis. Primum itaque verba auctoris qui periplum rubri maris ſcripſit, adponam; Εἰς πέλαγος ἔκπεσεν πρὸς αὐτὴν δύσιν νῆσος λεγομένη Παλαισιμοῦδε, ὑπὸ δὲ τοῖς ἀρχαίοις αὐτῶν Ταπροβάνη. Ταύτης τὰ μὲν πρὸς βορέαν ἐστὶν ἡμερῶν, τὰ δὲ πρὸς ἑσπέραν τοῖς εἰς τὸν πλοῦν ἀκισίνει, καὶ χρόνον εἰς τὸ κατ' αὐτῆς ἀντιπρόσωπον ἀζανίας παρήκει. Salmaſius locum hunc ſic corrigit; καὶ ἀφανείταις τοῖς ἱστοπεποιημένοις νηυσί. Quaſi aliquid mirum ſit naves velum habere. Legendum eſt, καὶ ἀφανείταις τοῖς εἰς τὸ πλεῖον ἐνησανῇ. Ἐνησανῇ idem eſt quod ἐνησυχίᾳ. Trajectus è proximo continentis portu in inſulam viginti ad ſummum fiebat diebus, ſed Indicis navigiis, nam Romanis & Græcis navibus intervallum id facile ſeptem diebus abſolvebatur. Sic Plinius, ſic Strabo, qui etiam cauſam tarditatis navium Indicarum addit. Διέχειν δὲ τῆς ἠπείρου πλοῦν ἡμερῶν ἑπτά, ἀλλὰ καὶ καθ' ὅλου πλεῖν τὰς ναῦς φαύλως μὲν ἱστοπεποιημένας, κατασκευασμένων δὲ ἀμφοτέρωθεν ἐξακοσίων μητρῶν χωρεῖς. Sic lege. Salmaſius locum hunc ſic interpretatur, quaſi id Strabo voluerit, naves Taprobanicas coſtis & interamentis utrinque caruiſſe. Sed profecto videtur hæc in Burgundia ſcripſiſſe, antequam ſciret, quid rei eſſet navis aut mare. Quis unquam vel animo concipere potuit navem abſque coſtis? Longe aliud voluit Strabo, nempe naves has male navigare quod non rectè velis eſſent

instructæ, & quod ita essent fabricatæ, ut costæ utrinque carerent firmamento. Μήτρα sive ὄρυοχος id est, quod supra carinam compingitur, ita ut à carina æqualiter dividatur; nec plus uno quam altero latere extet. Ab hoc navium fabricam auspicantur naupegi, est enim velut basis & firmamentum totius operis. Itali etiamnum vocabulum servant, *matera* siquidem ipsis est. Huic firmiter inseruntur & incastrantur, ut loquuntur architecti, costæ sive statumina, quæ Græci σταμῖνας vocant. Perperam apud Pollucem in vulgatis σταμῖδες. Itali corrupta voce nominant *stamenali*, quasi *statuminales*. Hoc fundamento destituebantur naves istæ Indicæ, quippe costæ non dryocho, sed carinæ inhærebant. Tales itaque erant Taprobanitarum & vicinorum Indorum navigia, male & infirmiter fabricata, male quoque velis instructa. At vero illa Romanorum & Græcorum, quibus septem, ut diximus, dierum spatio fretum istud transmittebatur, qualia fuerint, patet ex Plinio ubi de Taprobana agit. Verba ejus quia insigniter corrupta sunt & medicinam expetunt, adscribemus. *Mare interest vadosum senis non amplius altitudinis passibus, sed certis canalibus adeo profundum, ut nullæ ancoræ fidant. Ob id navibus utrinque prora, ne per angustias alvei circumagi sit necesse: magnitudo alterna milia ad forum.* Postrema verba quia nimis corrupta sunt, omittuntur in omnibus editis exemplaribus, sed comparent in scriptis. Salmasius bene se conjecisse existimat, cum ita locum hunc refingit; *magnitudo alterna ilium ad forum.* Addit quin etiam in Græco scriptore sic fuisse; τὸ μέγεθος τῶν ἑκκαιδεκαπήχεων πρὸς τὸ κατάστρωμα ὀκτάπηχυ. Verum hic rogo, si hoc non sit, quid demum sit nugati? Quis Latina hæc, quis item Græca ista aut intelligat, aut interpretetur, nisi qui & ipse velit fucum facere? Quid multis opus, sane sic scripsit Plinius; *Magnitudo ad terna millia amphorûm.* Sic apud Ciceronem lib. XII. Ep. Lentulus facit mentionem navium onerariarum, *quarum nulla minor erat duum millium amphorûm.* Sic quoque apud Livium navis trecentarum amphorarum. Capacitatem enim navium olim per amphoras aut per modios indicabant. Emendationem nostram certam reddit Charisius Sosipater, cum scribit Plinium lib. VI. *amphorûm* dixisse pro amphorarum. Hæc de navigatione & navibus quibus Taprobana petebatur, dicta sunto. Verum quid sibi vult, quod veteres produnt Indicas naves viginti, Romanas vero septem diebus emetiri spatium quod insulam & proximam continentem interjacet, cum tamen fretum hoc adeo sit angustum, ut videatur minus septem horis posse transmitti? Ego sic existimo, veteres fugisse ipsum fretum propter inconstantiam harenarum & syrtes periculosissimas, ac etiam nunc hoc nomine infames, trajectum vero computasse intervallum quod est

à pro-

100 est. 18 Contra Indi ostia, illa sunt quæ vocant Solis, adeo inhabitabilia ut ingressos vis circumfusi aëris exanimet confestim: & 19 inter

à proximo continentis portu, Calliana puta, vulgo *Caulan*, usque ad portum *de Gale*, quem solum cognovisse supra ostendimus.

18. *Contra Indi ostia insula est quæ vocatur Solis, adeo inhabitabilis.*] Sic quidem correctores pro ingenio suo, sed nos veterem, & ni fallor veram quoque reduximus scripturam. Quæcunque demum illa sunt quæ ostio Indi objacent, sive una, sive plures sint insulæ, sive extantes tantum arenarum cumuli, quales multi huic adjacent litori, Soli illa consecrata sunt, ac Solis dicuntur insulæ. Duas autem Solis insulas recenset Plinius, alteram in freto Taprobanensi, alteram haud procul ab ore sinus Persici. De hac posteriore accipienda verba Melæ. Nec est quod quis putet Os sinus Persici, ac orientalissimum Arabiæ promuntorium, longius ab Indo abesse, quam ut hæc insula, quæ non multum abest ab ostio sinus Persici, Indo flumini contraria esse dicatur. Non enim adeo vastum est hoc intervallum, atque putant illi, qui solo utuntur Ptolemæo. Is enim, quod in multis aliis orientis locis, idem quoque hic fecit, ut duplam exhibuerit mensuram. Verba autem Plinii de hac insula hæc sunt; *Insula quæ Solis appellatur & eadem cubile nympharum rubens, in qua nullum non animal absumitur.* Non recte sentiunt, qui hic mendum esse suspicantur, ac cum Salmasio legunt, *cubile nympharum unius.* Multo minus credendum Plinium hic tam ridiculum fuisse interpretem, qualem ipse fingit. Nympharum Oceanitidum cubilia sub sole oriente, & in ipsis insulis solis, quid ni ejusdem sint coloris, atque illa Auroræ? Hujus vero cubile quis nescit modo croceum, modo roseum dici à poëtis? Nec cubile tantum, sed & vultus, vestis, thronus, brachia, omnia denique illic rubere dicuntur. Homerus & poëtæ Sinicam describunt matronam, cum roseos & miniatos Auroræ tribuunt digitos. Porro insulam hanc Arrianus Nosala, Philostratus vero Selera vocari scribunt. Addunt à nympha quadam Nereide inhabitari, ac si quis eo appellat, illum rapi ab ea, nec amplius cerni. Sed & ab Aurora qui rapiuntur, non amplius comparent. Tales erant qui ante tempus & diem moriebantur, quos ab Aurora raptos esse dicebant veteres. Hinc apud eos morem permansisse ut pueri & qui immatura morte periissent, mane ante ortum solis sepelirentur, testis

19 inter ipsa ostia Patalene. Regio ob æstus intolerabilis, alicubi cultoribus egens, inde ad principia Rubri maris pertinet. Ipsa in- 105
via atque deserta; 20 humus cineri magis fit quam pulveri similis. Ideoque per eam rara & non grandia flumina emanant, 21 quorum Tuberonem & Arusacem notissima accepimus.

stis est Eustathius ad Homerum.

19. *Inter ipsa ostia rara tenet regio*] Sic quidem libri manu exarati, attamen rescribendum hic esse; *inter ipsa ostia Patalene*, jam alii viderunt. A Patala oppido insula tota Patalene dicitur. Sic quidem Græci, sed verum apud Indos nomen fuit, ut opinor, non *Patala* sed *Patana*. Passim id vocabulum in Indicis appellationibus occurrit. Patana enim aut Patan insulam significat. Arrianus Δέλτα interpretatur, sed non omnes insulæ sunt triquetræ. Porro totus hic locus sic in manu exaratis libris concipitur; *inter ipsa ostia rara tenet regio, ob æstus intolerabilis alicubi cultoribus egens. Inde ad principia rubri maris pertinet ipsa, invia atque deserta humus, cineri magis fit quam pulveri similis.* Unde facile apparebit male hunc locum à correctoribus habitum, veramque esse eam, quam reduximus lectionem.

20. *Humus cineri magis fit quam pulveri similis*] Locus hic nullo alio vitio, quam sola laborabat distinctione. Non recte faciunt qui pulverem ac cinerem pro eodem accipiunt. Pulvis non tantum pro ipsa humo, sed etiam pro arena accipitur, verum cruda, ut cum arenam Puteolanam pulverem vocant. Sed vero cinis nunquam sumitur, nisi pro humo, arena, aliave materia combusta. Itaque omnis quidem cinis pulvis est, verum non omnis pulvis cineris vocabulo adfici potest, sed tostus tantum.

21. *Quorum Tuberonem & Arusacen notissima accepimus*] Tomeron non Tuberonem vocat Arrianus. In melioribus Plinii codicibus *Tomberon* scribitur, non Tonderon. Sane non aliter potuit scripsisse Plinius, atque Mela, quem ubique sequitur. Arusacen idem Arosapen appellat. Salmasius *Oroatin* reponit. Verum insigniter errat; Oroatis enim in Persicum sinum exit, hic vero Arianen provinciam Indo contiguam describit auctor noster.

CAP.

CAP. VIII.

MARE RUBRUM, AC UTERQUE HUJUS SINUS PERSICUS ET ARABICUS.

RUbrum mare Græci, sive quia ejus coloris est, sive quia ibi Erythras regnavit, Ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant: procellosum, asperum, profundum, & magnorum animalium magis quam cætera capax. Primò recedentes oras æqualiter impellit: 1 & ut non intret interius, aliquantum patens sinus arcuat. Sed quas ripas inflexerat, bis irrumpit: duosque iterum sinus aperit. Persicus vocatur dictis regionibus propior; Arabicus ulterior. 2 Persicus, quà mare accipit, utrinque rectis lateribus grande ostium quasi cervice complectitur: deinde terris in omnem partem vastè & æ-

1. *Et ut non intret interius, aliquantum patens sinus erat*] Rescripsimus ex optimis membranis, *arcuat*, sensu tam manifesto ut non egeat interprete.

2. *Persicus qua mare accipit*] Nescio qui fiat ut in quibusdam manu exaratis libris *Elicus* legatur, non *Persicus*. Non potuit tamen alio nomine sinum hunc appellare Mela, atque ab omnibus appellatur. Unum tantum inveni Theophrastum, cui sinus Persicus etiam vocetur Arabicus. Verba ejus lib. IV. cap. IX. sic concipienda sunt; Ἐν Τύλῳ δὲ τῇ νήσῳ (κεῖται δὲ ἄντη ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ τῷ μὲν πρὸς

qua portione cedentibus, magno littorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani. Arabici & os arctius & latitudo minor est, major aliquanto recessus, & multo magis longa latera. Init penitus, introrsusque, dum Ægyptum penè & montem Arabiæ Casium attingit, quodam fastigio minus ac minus latus, & quò magis penetrat angustior. Ab iis, quæ diximus ad sinum Persicum (nisi ubi Chelonophagi morantur) deserta sunt. In ipso Carmani navigantium dextra positi, sine veste ac fruge, sine pecore ac sedibus, piscium cute se velant, carne vescuntur, præter capita toto corpore hirsuti. Interiora Gedrosi, dehinc Persæ habitant. [3] Sabis per Carmanos, [4] sub Pasargadis Coros effluunt. In parte quæ

ωεὸς ἠῶ) ποσσὸν πλῆθος εἶναι φάσι δένδρων, ὅθ' ἐμβαίνει ἡ πλημμυρὶς ὥς τ' ἀπωχυρῶσι. Et sane nulla est ratio cur non æque Arabicus, ac Persicus nominetur sinus cum portionem ejus majorem cingant Arabes. Ad distinctionem tamen alterius Arabici, Persici sibi cognomen adsciviſſe videtur.

3. *Cethis per Carmanios*] Ex Plinio sic repositum, quia huic Cethis est oppidum Carmaniæ, cui dicunt cognominem fuisse amnem. Prius scribebatur *Sethis*. Verum optimus meus codex legit *Saecis*, unde libenter fecerim *Sabis*. Memoratur id flumen Plinio, estque idem quod alii Saganum vocant. Ptolemæo etiam oppidum Sabis ad fluminis ripam. Utrumque etiamnum manet vocabulum; à Persis enim *Jab* flumen, oppidum vero *Chabiz* nuncupatur. Sed & ipsius provinciæ manet quoque nomen, Kermon enim appellatur.

4. *Supra Sandis & Choros effluunt*] *fluunt*] Sandin hic vocat, quem Ptolemæus & Marcianus Andanim. Innumeris vocabulis modo additur, modo demitur litera ista sibilans. Idem itaque Sandis & Andis, vel Andanis. Possit vero sic legi totus hic locus; *Sabis per Carmanos, sub Pasargadis Coros effluunt*. Ptolemæus enim in Carmaniæ promuntorio Pasargadas constituit, uti quoque, qui eum sequitur, Marcianus Heracleota. Ἀπὸ Καρπέλης ἄκρας εἰς Καισάλιν πόλιν σταδίους φ'. ἐνταῦθα παροικοῦσιν οἱ καλούμενοι Πασαργάδαι Καρμανῶν ὄντες ἔθνος. Legit Salmasius Κομβανῶν ὄντες ἔθνος. Sed utique scribendum Καρμανῶν ὄντες ἔθνος. Attamen in Pomponio alteram præfero lectionem, quia Pasargadæ longe hinc aberant, omninoque eorum situm ignoravit Ptolemæus, cum gentem hanc ad ostia sinus Persici collocat, ipsum vero oppidum inter Brisoanam & Bagradam flumina. Veteres qui Alexandri res prodidere Pasargadas oppidum & gentem circa Persepolin ad orientem describunt. Hæc vero à Persis vocatur Chilminara, quod quadraginta columnas Arabice & Persice significat. Supersunt enim illic quadraginta octo vastissimæ columnæ; quarumdam altitudo septuaginta ferme est pedum, etiam absque basi. Jam vero atria & signa immensa, murorum incredibilis magnitudo, omnia denique ex atro aut candido marmore pulcherrime exstructa, clamant hanc fuisse olim

quæ pelagi ostio adversa est, Babyloniorum fines Chaldæorumque sunt, & duo clari amnes, Tigris Persidi propior, ulterior Euphrates. Tigris ut natus est, ita descendens in littora permeat. Euphrates, immani ore aperto, non exit tantum unde oritur, sed & vastè quoque decidit. Nec secat continuò agros, sed latè diffusus in stagna, diuque sedentibus aquis & sine alveo patulis piger, post ubi marginem rupit, verè fluvius est, acceptisque ripis celer & fremens, per Armenios & Cappadocas occidentem petit: ni

Taurus obſtet, in noſtra maria venturus. Inde ad meridiem avertitur, & primum Syros, tum Arabas ingreſſus, non perdurat in pelagus, verum ingens modò & navigabilis, inde tenuis rivus, deſpectus emoritur, & nuſ-

olim regiam Perſepolitanam. Accuratam ejus deſcriptionem alias dabimus, neque enim uſquam terrarum (Sinenſium ſtructuras ſemper excipio) monimentum aut antiquitate aut magnificentia huic comparandum reperiri puto. Cum itaque nullum relinquatur dubium, quin hæc ſit Perſæpolis, neutiquam etiam dubitandum exiſtimo, quin Paſargadarum, Cyri ſepulcro celebrata civitas, illa ipſa ſit quæ nunc Xiras appellatur. Cyri ſepulcrum etiamnum illic exſtat, ac deſcribit hoc Fugueroa Hiſpanorum ad Perſas legatus, quo nemo melius & accuratius res Perſicas explicavit. Situm quod attinet, in eo hactenus omnes errarunt, cum nimium ſeptentrionalem eam faciunt, nimiumque à ſinu Perſico removent. Juxta accuratiſſimam obſervationem Chilminara ſive Perſepolis habet in latitudine gradus viginti octo, ſcrupulos octo & quinquaginta; Paſargadæ vero ſive Xiras, gradus viginti octo, ſcrupulos quatuor & quadraginta. Plinii ſeculo videtur Paſargadarum oppidum Cyropolis dictum fuiſſe. Quod autem mari vicinam exiſtimarit Plinius, id eo factum credo, quod ad illam è mari ſit ἀνάπλους ſive adnavigatio. Jam vero quod Corum flumen attinet, iſtud eodem quidem quo Mela, ordine recenſet Ptolemæus, verum hic nimis oſtio ſinus Perſici vicinum facit, cum è Mela hoc tantum colligi poſſit, ſitum eſſe inter Euphratis & Andanis fluminum oſtia. Sed profecto videtur Ptolemæus in Corii fluminis ſitu erraſſe, cum Corus, Corius ſive Cyrus, idem ſit, atque is, qui vulgo Brandemir nominatur. Amnis vero qui huic conjungitur Araxes appellatur ab auctoribus qui Alexandri geſta ſcripſerunt. Nempe ubicunque veteres Cyrum fluvium deſcripſere, illic quoque addidere Araxem aliquem & Cyropolin ſive Cyreſchatam, quod quam multis locis contigerit apparet ex iis, quæ ſuperius diximus.

prop-

5. *Inde tenuis rivus, deſpectus emoritur*] Hæc eſt priſca ſcriptura, quam temere mutarunt Pintianus & alii. Quod dicit Euphratem non effluere, ſed in tenuem & deſpectum deſinere rivum, id accipiendum de alveo principali, qui quamvis in innumeros diſpergatur rivos, ac

nuſquam manifeſto exitu effluit, ut alii amnes, ſed deficit. Alterum latus ambit plaga quæ inter utrumque pelagus excurrit. Arabia dicitur, cognomen Eudæmon, anguſta, verum cinnami & thuris aliorumque odo-

 rum

propterea totus pene deficiat, proprie tamen Euphrates dicitur. Sic quidem Mela, qui credidit Euphratem oſtio catere, verum aliter alii. Illi quippe adfirmant eum aut in Tigrin flumen, aut in ſinum Perſicum effluere, verum non ſimul. Hoc quo clarius cognoſcatur, ſciendum eſt, inter Arabiæ deſertæ incolas, & Meſopotamitas ac Babylonios, æterna fuiſſe ac etiamnum eſſe diſſidia, utriſque ſibi hoc flumen vindicantibus. Naturalis quidem Euphratis alveus exit in Tigrim. Verum Arabes latrones Euphratis accolæ, qui ſiticuloſam habitant regionem, ut agris ſuis ſubvenirent, totum hoc flumen ſuffurati ſunt, obſtructoque naturali ejus alveo è paludibus quas Euphrates exundans facit, foſſam duxere nomine Pallacopam. Actum quidem Euphrates nova oſtia habere cœpit, non in Tigrim, ſed in ſinum Perſicum exeuntia, uti ſatis ex Plinio colligere eſt, quamvis Arrianus cum Mela concinere videtur, cum dicit Euphraten cæcis meatibus aliquando in mare effluxiſſe. Nec hoc mirum cuiquam videri debet, cum tam ſicca & arenoſa ſit terra iſtæc Arabum, ut ad irrigandam univerſam, ne totus quidem ſufficiat Euphrates. Nuſquam invenias regionem quam potiori jure paryam dixeris Libyam. Porro cum aliis, tum quoque Alexandro antequam periret (ut gratificaretur Aſſyriis) animus erat, obſtructo firmiter Pallacopa, Euphratem in priſtinum alveum reducere. Accurate hiſtoriam narrat Arrianus lib. VII. ſed ſenſum verborum non aſſecuti ſunt interpretes, ita enim illa reddenda erant; *Itaque qua in Pallacopam exit Euphrates, illic firmiter oſtium ejus obſtruere propoſuit. Quumque ad ſtadia triginta progreſſus eſſet, petroſa occurrit terra, quamque interciſam fuiſſe comparebat. Ea ſi continua fieret ac denuo conjungeretur, nequaquam ob ſui firmitatem aquam tranſmiſſura eſſe videbatur ad antiquam illam Pallacopæ foſſam: atque ita præſtituto tempore, quandocunque Alexandro placeret, non difficile futurum fluminis divortium.* Morte prævenius opus non perfecit, ſed perfecere alii, &, quod mirere, non invitis Arabibus. Genus iſtud hominum felicitatem ſuam collocat in miſeriis. Neſcias utrum ipſi, an vero agri ipſorum magis ſitiant. Flumina excludunt, ciſternas tenent raras, eaſque ſæpe fetidas & viroſas, non ut invitent,

rum maximè ferax. Majorem Sabæi tenent partem, oſtio proximam & Carmanis contrariam Macæ. [6] Frontem quæ inter oſtia oſtenditur, ſylvæ cauteſque exaſperant. Aliquot

tent, ſed ut abigant peregrinos; nihilominus beatos, ac omnium hominum nobiliſſimos ſeſe exiſtimant, tum quod ab externis conjugiis immunes ſemper fuerint, tum etiam quod omnibus ſeculis liberi & invicti perſtiterint, prorſus ut exemplo cæteris mortalibus eſſe poſſint, ſolam eſſe paupertatem quæ ſit ſecura, quæque vinci non poſſit. Diodorus tamen Siculus videtur credidiſſe egeſtatem hanc ex parte fuiſſe ſimulatam, dicit enim Arabas iſtos Scenitas habuiſſe etiam puteos occultos ac ſolis notos indigenis. Verba ejus quibus hoc ſignificat exſtant haud longe ab initio libri ſecundi, ita vero ſunt concipienda; Καθόλε γὰ ἡ Ἀραβία δυσπολεμήτος ἐσι ξενικοῖς δυνάμεσι, διὰ τὸ, τὸ μὲν ἔρημον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ ἄνυδρον καὶ διειλημμένον φρέασι κεκρυμμένοις καὶ μόνοις τοῖς ἐγχωρίοις γνωριζομένοις. Sic quidem olim, quando nempe aliquanto cultior erat hæc Arabia, ac habitationibus frequentior, verum hoc noſtro ſeculo non fingunt pauperatem, nullaque eſt regio cui deſertæ cognomen melius conveniat. In interiore ejus tractu nec feræ, nec aves reperiuntur, & tamen vivunt illic, qui genus & proavos ad Noachum uſque numerare ſciant.

6. *Frontem quæ inter oſtia oſtenditur ſilvæ cauteſque exaſperant*] Et hæc quoque depravarant correctores. Nos antiquam ſcripturam reduximus. *Oſtenditur* autem hic non improbo, vide tamen num melius *obtenditur*. Quamvis hæc vocabula ab iiſdem veniant verbis, differre tamen ſignificatione etiam indocti ſciunt. *Frontem* verò Mela, quemadmodum etiam alibi, vocat promuntorium: illud nempe quod Ptolemæus Aſaborum, ab Aſabis, alii Macarum à Macis populis nominant. Vulgo *Moçandan* appellatur. Verum autem eſt id quod hic dicit Mela, promuntorium id aſperum eſſe cautibus ſilviſque. Nec promuntorium tantum, ſed & totum Arabiæ litus, quod ab intimo ſinus Perſici receſſu uſque ad inſulas Curiamuria dictas extenditur, admodum eſt excelſum. Ipſum tamen promuntorium Moçandan, alterumque quod ſequitur Roſalgatæ dictum, multo depreſſiora ſunt reliquo litore, quod vaſtis arduis & inacceſſis ubi-

quot ſunt in medio inſulæ ſitæ. [7] Ogyris, quod in ea Erythræ regis monumentum eſt, magis clara quam cæteræ. Alterum ſinum undique Arabes incingunt. Ab ea parte

ubique adſurgit rupibus, quibus thurifera illa regio tanquam vallo armatur.

7. *Ogyris quod in ea Erythræ Regis monimentum eſt*] Sic quoque alii inſulam hanc nominant. Strabo Ogyrinam videtur appellare; Ἀπὸ δὲ τῆς Καρμανίας εἰρήκασι καὶ Νέαρχον καὶ Ὀρθάγορας, νῆσον Τυρίνην κεῖσθαι πρὸς νότον πελαγίαν ἐν διχιλίοις σταδίοις, ἐν ᾗ τάφον Ἐρύθρα δείκνυσθαι, χῶμα μέγα ἀγγείοις φοινίξι κατάφυτον. Salmaſius nullum in toto Strabone locum iſto corruptiorem exſtare putat, quique felicius emendari potuerit, quam hoc modo; Ἀπὸ δὲ Καρμανίας ἄκρας φησὶ Νέαρχον Ὠγυρίδα νῆσον ἐρήμην κεῖσθαι. Addit etiam nullum fuiſſe auctorem, qui Orthagoras dictus ſit. Verum fallitur. Indicorum Orthagoræ meminit ſemel iterumque Ælianus. Meminit etiam Philoſtratus lib. III. cap. xv. de vita Apollonii. Facile ſanari poteſt hic Strabonis locus. Scribe, νῆσον Ὠγυρίνην, vel mutatione minima, Γυρίνην. Sane omnia Melæ exemplaria habent *Gyru*, non *Ogyris*. In Ptolemæo appellatur Ὄγραναι, nonnulli tamen libri manu exarati legunt illic Ὤγυρις. Attamen Ὀγράνα etiam dicitur Arriano. Nimis autem longe à litore Carmaniæ removent hanc inſulam Nearchus & Orthagoras, cum bis mille ſtadiorum intervallum faciunt. Satis tamen bene cum hac menſura convenit Plinius, lib. VI. cap. XXVIII. *Inſula in alto objacet Ogenis, clara Erythra rege ibi ſepulto. Diſtat à continente* CCXXV P. M. Non dubito quin ita ſcripſerit Plinius, cum ſic habeant codices ſcripti, ac Ὠγενὶς idem ſit quod Ὠκεανῖτις. Eandem menſuram exhibet quoque Ptolemæus, ut facile appareat, pleroſque unum eſſe ſecutos. Certum tamen eſt erraſſe omnes. Quocunque enim nomine inſula hæc appelletur, ſive Ogyris, ſive Gyris & Gyrine, ſive etiam aliter, omnino hæc illa eſt, quæ vulgo *Gerun* nominatur. Non amplius triginta ſex paſſuum millibus abeſt hæc à continente, ac ſita in ipſo ſinus Perſici oſtio. Olim clara Erythræ regis ſepulchro, ſed nunc nobiliſſimo totius orientis emporio lon-

te quæ introeuntibus dextra est, urbes sunt, [8] Cane

longe clarior. Hebes est, aut saltem indoctus, qui non intelligit de Harmuzia me loqui. Operæ pretium autem est hic monere, errare eos qui Harmoziam antiquorum putant esse Hormoz hodiernum. Olim enim continentis erat civitas, ac sita in extimo Carmaniæ promuntorio. Verum anno redemtionis nostræ MCCCII, aut juxta alios MCCLXXIII, cum incolæ à Turcis graviter premerentur, lares in oppositam insulam Gerun transtulere, ductu reguli Ajaz Seyfin. Quod autem addunt insulæ huic nomen obtigisse à sene quodam piscatore, cujus consilio regulus iste usus sit in extruendo novo oppido, id fabulosum imprimis videtur. Satis ex superioribus colligi potest antiquissimam esse appellationem hujus insulæ. Urbis vero antiquæ nomen quod attinet, id à palmarum copia provenisse Persæ affirmant. Hormuz siquidem lingua vetusta Persica palmetum significat. Ridiculi sunt qui à Græco ὁρμίζειν illud deducunt. Quo magis autem appareat insulam Gerun esse Ogyrin veterum, & hoc quoque monendum, falli illos, qui Queissome, Ogyrin interpretantur. Abest Queichome vel Queissome insula occidentem versus, septem circiter passuum millibus ab insula Gerun. Omnium autem sinus Persici insularum, si solam spectes longitudinem, longe est maxima, extenditur enim ad octoginta & amplius passuum millia. Verum est angusta admodum, nec plus decem millibus patet in latitudinem. Cum Gerun olim deserta, nunc vero opulento floreat emporio, hæc è contrario vacua & inculta, cum prius habitatores & vicos habuerit frequentes. Solitudinem hanc efficiunt latrones Arabum Noutaquis & Nichelus, piratarum sæviſſimi. Quamvis autem hodiernum nomen sit Queissome, à Persis tamen & olim & nunc Broct appellatur. Hinc apparet esse Borochtam Ptolemæi, docente hoc & nomine & situ. Aliis est Ὀαρόχθα, sed Ptolemæo, ut diximus, Ὀαροχθὰ vocatur. Male hæc cum Aracia confunditur, cum Plinius & Ptolemæus manifeste utramque distinguant. Servat & hæc quoque nomen, Arec quippe appellatur, aut Larec addito articulo. Non admodum magna est hæc insula, octo circiter passuum millia in longitudine habet, in latitudine tria. Olim culta, cum sit ἄνυδρος, nunc vero à supradictis piratis, & ipsa in vastitatem redacta. Multa de his insulis in Solinianis suis Salmasius, verum ita, ut non confundenda confundat, distinguat vero non distinguenda. Ubi vero se expedire non potest, miram-

[8] Cane, & Arabia, & Gandamus: in altera ab intimo angulo [9] prima, Beronice, inter

ramque fecit κυκεῶνα, conqueritur veteres omnia miscere & confundere.

8. *Carræ & Arabia & Gandamus*] Perperam hæc mutavit Pintianus inserendo nomina aliena ab instituto Melæ. Ut in superioribus, ita quoque hic prosequitur oræ maritimæ loca præcipua. Egressus itaque ostium sinus Persici, ea commemorat, quæ sita sunt ad eam Arabiæ partem, quæ sinui Arabico adjacet. Hujus autem sinus principium faciunt, Mossylicum Æthiopiæ promuntorium, & alterum ei in Arabia oppositum, quod *Cabo de Fartaque* vulgo nominatur. Errant enim qui sinus Arabici initium ponunt ad Babelmandel, ubi angustissimus est. Promuntorio vero Fartaque adjacet oppidum Cane, ut manifeste ex Auctore peripli Erythræi potest colligi. Meminere quoque hujus emporii Plinius & Ptolemæus. Vulgo *Cayem* nominatur, nempe vicus subjectus oppido mediterraneo *Sartach*, (Sabbatha olim dicto) unde promuntorio nomen. Nullum dubium itaque quin *Cane* scripserit Mela, non *Carre*. Arabia vero & ipsum emporium, sed multo priori celebrius, cuique felicis cognomentum æque, atque toti regioni additum fuit, describitur suse ab ejusdem peripli auctore, è quo manifeste apparet esse id Aden vulgo nominatum. Distat hæc civitas à Cane juxta accuratiorem calculum ducentis & quadraginta passuum millibus, quæ mensura cum bis mille stadiis prædicti auctoris satis bene convenit. Porro civitatem hanc destructam fuisse à Romanis, idque sub Augusto Cæsare, constat ex hoc ipso periplo. Postea instaurata ab iisdem, ut verisimile, ac dicta Emporium Romanum, uti appellatur à Philostorgio, ac medii ævi scriptoribus. Adane tunc erat regionis in qua sita est nomen, cum nunc non regio tantum, sed & ipsum quoque sic vocetur oppidum.

9. *Prima Beronice inter Herbopoliticum & Scrobilum*] Valde sese hic exercent, non multi tantum, sed & magni viri. Tantum autem abest ut locum hunc obscurissimum illustrarint, ut potius densas & impenetrabiles offuderint tenebras. Non longus tantum, sed & stultus esset labor, illorum persequi errores, cum hos ipsos veritatis cognitio satis reddat manifestos. Hanc ut teneamus ordine singula prosequemur. Beronice itaque, quam primam esse dicit ab intimo angulo sinus Arabici, non est illa quæ solstitiali subjecta est circulo, cujusque complures auctores mentionem faciunt, sed alia minus nota, cujusque præ-

Heroopoliticum & Strobilum. 10 Deinde inter promuntorium Aënnum & Coloba, 11 Philoteris 65

ter Melam, unus tantum, quod ſciam, meminit Joſephus VIII Antiquitatum, ubi de claſſe Salomoniaca agit. Dicit ille ædificatam hanc fuiſſe in portu Aſiongaber. Addit portum iſtum ætate ſua dictum fuiſſe Berenicen, nec multum abfuiſſe ab Ælana urbe. Ex hoc Pomponii & Joſephi teſtimonio cognoſcimus ſitam fuiſſe Berenicen, inter Heroopoliticum & Strobilum promuntoria. Heroopoliticum promuntorium eſt in ſinu Heroopolitico. Strobilum vocat quod Ptolemæus & alii Pharan. Promuntorium hoc diſtinguit Heroopoliticum & Ælaniticum ſinus. Cognomen ei à forma inditum, nempe à ſimilitudine nucis pineæ. Tralativum apud Græcos, ut montes & promuntoria στροβιλοειδῆ dicantur. Ipſum vero oppidum Berenices non poteſt aliud eſſe, atque illud, quod Calzem ab Arabibus appellatur. Cædua materies ad exſtruendas naves illic copioſa, ideoque celebre adeo inter ſinus Erythræi accolas iſtud ναυπηγεῖον, ut ab illo toto ſinui cognomentum indiderint.

10. *Deinde inter promuntoria Moronenon & Colaca*] Antiquæ & meliores membranæ ſic habent; *Deinde inter promuntoria maerenum & Coloca*. Legendum; *Deinde inter promuntorium Aënnum & Coloba*. Aënni meminit Plinius, ac recenſeri ſcribit à nonnullis ibidem loci ubi ſit Philotera. Si quis tamen hic *Myoshormium* malit, ut id promuntorium dictum ſit à Myoshormo oppido, non multum refragabor. Coloba vocat, quod Ptolemæus τῶν Κολοβῶν ἄκρον. Coloëni verum hujus gentis fuit nomen: ſed quia è verporum erant genere; Græci eos κολοβοὺς appellarunt.

11. *Philoteris & Ptolemais*] Philotera & Philoteris utrumque rectum eſſe docet Stephanus. Ptolemais vero non ſimpliciter hoc oppidum dicebatur. Sed Πτολεμαὶς θηρῶν vel ἐπὶ θήρας. Plinius lib. II. cap. LXXII, cauſam nominis reddit; *conſtatque in Berenice urbe Troglodytarum, & inde ſtadiis quatuor millibus* DCCCXX *in eadem gente Ptolemaide oppido, quod in margine Rubri maris ad primos elephantorum venatus conditum eſt, hoc idem ante ſolſtitium quadragenis quinis diebus, totidemque poſtea fieri, & per eos nonaginta dies in meridiem umbras jaci*. Corrigit in Solinianis ſuis Salmaſius; *quod in margine Rubri maris primum, ad elephantorum venatus conditum eſt*. Quis hoc intelligat? Attamen emendationem hanc indubitanter veram eſſe adfirmat. Sed profecto vulgata lectio, quæ etiam

tiam in ſcriptis exſtat codicibus, optima eſt & veriſſima. Confirmant hanc Agatharchides, in ipſo ſtatim operis initio, referente Photio; Πτολεμαῖον φασὶ τὸν μετὰ τὸν Λάγυ, πρῶτον ἐλεφάντων θήραν συστήσασθαι. Quomodo hoc capiendum ſit, ipſe interpretabitur Ptolemæus Rex, in marmore quod in portu Adulitico conſecravit. Exſtabat id etiamnum Juſtini imperatoris tempore, ac deſcripſit hoc auctor Topographiæ Chriſtianæ, qui in Florentina exſtat Bibliotheca, quemque olim evolvimus. Memorantur in eo geſta Ptolemæi Euergetæ, verum nos ea tantum adſcribemus quæ ad rem faciunt, unde manifeſtum fiet Ptolemæum Philadelphum, filiumque ejus Euergetam primos fuiſſe Græcorum, qui Elephantorum venationem inſtituerint. Ἐξεστράτευσεν εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ δωδεκάμεων πεζικῶν καὶ ἱππικῶν καὶ ναυτικὸς σὺν καὶ ἐλεφάντων Τρωγλοδυτικῶν καὶ Αἰθιοπικῶν, οὓς ὅτε παιδὸς αὐτὸς, καὶ αὐτὸς πρῶτος ὢν τῶν χώρων τούτων ἐθήρευσεν, καὶ καταγαγόντες εἰς Αἴγυπτον, κατεσκεύασεν πρὸς τὰ πολεμικὴν χρείαν. Porro valde errant, qui hanc Ptolemaida putant eſſe Zuachem, celebrem hoc tempore ſinus Arabici portum. Certum eſt illam Mazuan hodie dici, cum huic ſoli conveniant ea, quæ Plinius, & alii, de Ptolemaide ſcribunt. Inſula eſt hoc tempore, uno alteroque teli jactu à continente diviſa. Olim peninſula erat, ſed Eumedes iſthmum ejus perfodit, ut eſt apud Strabonem lib. XVI. In hoc oppido Sole medium leonem peragrante, nullæ fiunt umbræ. Unde colligitur declinationem ejus ab æquinoctiali eſſe graduum 16. min. 23. Ridicule autem Salmaſius Plinii quæ adſcripſimus verba interpretatur, tanquam ſi credidiſſet Plinius Solem per nonaginta dies fixum & immobilem ſtare ſupra verticem Ptolemaïtarum. Sed planus eſt ſenſus Plinii, tam in memoratis verbis, quam in illis quæ lib. VI. cap. XXIX. de hac eadem urbe occurrunt. Ptolemaïtæ, Meroëtæ, & quotquot ſub illo vivunt parallelo, quadraginta quinque diebus ante ſolſtitium & totidem poſt, Sole decimum quintum gradum in Tauro, ac dein decimum quintum in Leone tenente, nullas meridiano tempore habent umbras. Ejuſdem tamen diei cæteris horis, umbræ quodammodo ipſis in meridiem cadunt; propter obliquitatem ſphæræ. Nam qui ſub decimo ſexto parallelo vivunt, iis Sol XV Leonis gradum aut XV Tauri peragrans oritur ad Cæciam, occidit vero ad Corum. Unde liquet illo ipſo etiam die umbras ad meridiem tendere, ac verum eſſe id quod Plinius dicit, meridie conſumi, reliquis vero horis, & intermediis na-

teris & Ptolemaïs. Ultra [12] Arſinoë, & alia Beronice. [13] Tum ſylva quæ hebenum odoreſque generat, & manu factus amnis, ideoque referen-

naginta diebus, umbras ad auſtrum cadere, cum cæteris anni temporibus in ſeptentrionem porrigantur. Quamvis accuratius loquendo, non tunc demum, cum ſidus vertici imminet, Meroëtis umbræ in auſtrum projiciuntur, verum etiam diu ante. Idem nempe illis quod nobis contingit, licet minore menſura, propter minorem obliquitatem, ut Sole medium cœli tenente, in ſeptentrionem umbræ abeant, oriente vero & occidente in auſtrum declinent.

12. *Arſinoe & alia Berenice*] Hæc eſt Berenice ἐπὶ δειρῆς Plinio; Straboni vero & Ptolemæo ſimpliciter Δειρὴ appellatur, quia in cervice promontorii ſita eſt. Tria vero oppida ſic dicta adſita fuere ſinui Arabico, unum in oſtio, alterum quod ſolſtitiali ſubeſt circulo, tertium quod in intimo ejus receſſu ſitum fuiſſe docuimus. Plinius etiam quartam Berenicen recenſet ad hunc eundem ſinum, additque Παύρεων dictam fuiſſe. Situm tamen non deſcribit, ac videtur ipſe hæſitare.

13. *Tum Sylva quæ ebenum odoreſque generat*] Plinius ad Ptolemaida ἐπὶ θήρας ſylvas has collocat. Uterque recte. Totus enim tractus, qui extenditur à portu Zuachen vulgo dicto, uſque ad oſtium Babelmandel, & ultra, adeo ſylvis eſt conſitus, ut neſcio an uſquam terrarum, regio umbroſior reperiatur. Præcipuè vero memorabilis eſt ſylva una & continua, quæ totum intervallum, quod Ptolemaida & portum prædictum interjacet, ſola occupat. Crebris ea adſpergitur fluminibus, licet nulla in mare exeant. Feræ illic omnis generis, etiam Rhinocerotes & elephantes. Arborum mira fœcunditas, & denſitas, adeo ut etiam mero meridie tenebræ non diſcedant, horrorem illum augente belluarum ſævitia. Cum olim frequentes ſylva hæc ebenos produxerit, veriſimile non eſt hodie iſtic deficere, præſertim cum in aliis Æthiopiæ locis ſatis copioſus ſit harum proventus. Sane qui Æthiopiam proxime perluſtrarit Vincentius Blancus, etiam in hoc tractu Ebenum provenire ſcribit. Euate vocant Abaſſini, qui patinas aliamque ſupellectilem ex hoc ligno conficiunt. Eſt autem nigerrimum & eximie ſplendens, adeo ut quis non lignum, ſed lapidem eſſe exiſtimet. Ebenus autem Æthiopica ad nos non advehitur. Sola Mauritii inſula, quam Luſitani à cygnis *do Cirne* appellant, præſtat quidquid in Euro-

70 rendus, [14] quod ex Nili alveo dioryge adductus. Extra ſinum, verumtamen in flexu etiamnum modico Rubri maris, pars beſtiis

infe-

Europam hoc ſeculo ebeni adfertur. Cum autem tria quatuorve minimum genera arboris hujus, & in Æthiopia, & in prædicta inſula reperiantur, dabitur alias ut ſpero commodior de his diſſerendi locus.

14. *Quod ex Nili alveo dioryge abductus extra in ſinum verum inflexus*] *Dioryche* legunt eruditi. Sed ſciendum innumera Græciæ vocabula illud pati, ut cum Latina fiunt, χ in g mutent. Vide ſcriptum de mutationibus literarum præfixum etymologico parentis. Hoc leve, illud vero mirum neminem attingere difficultatem longe maximam, quid nempe ſibi voluerit auctor noſter, cum foſſam è Nilo in ſinum Arabicum exeuntem, tam longe à ſuo vero ſitu abduxerit. Quis enim neſcit foſſæ hujus oſtium fuiſſe in intimo ſinus Arabici receſſu? Paucis expediam. Verba hæc Melæ non accipienda de notiſſima illa quam diximus foſſa, ſed de ſegmento Aſtaboræ, quod in ſinum hunc olim effluebat. Manifeſte enim docet Strabo lib. XVI. poſtquam de Ptolemaide egit, portionem quandam ab Aſtabora avulſam hic effluere, cum majore ſui parte Nilum influat. Naturali autem ſuo curſu non exit Aſtaboras in mare, ſed cum fluminis hujus pars aliqua mari admodum ſit vicina, apparet, illinc foſſam fuiſſe ductam, per quam è Nilo in ſinum Arabicum navigari poſſet. Rem ipſam tenemus; videamus nunc quomodo verba Pomponii, quæ nullum continent ſenſum, conſtitui debeant. Sic illa concipiuntur in omnibus ferme, quæ vidi, exemplaribus. *Tum ſylva quæ ebenum odoreſque generat, & manu factus amnis ideoque referendus, quod ex Nili alveo dioryge adductus extra ſinum, verum inflexu tamen etiam non modico. Rubri maris pars beſtiis infeſta, ideoque deſerta eſt, partem Panchæi habitant* &c. Alii antiqui libri ſic habent; *veruntamen inflexu etiam non.* Omnino ſcribendum; *quod ex Nili alveo dioryge adductus. Extra ſinum, veruntamen in flexu etiamnum modico Rubri maris, pars beſtiis infeſta ideoque deſerta eſt; partem Panchæi habitant.* Duos maris Rubri ſinus, Perſicum nempe & Arabicum, deſcripſit. Egreſſus jam ſinum Arabicum, tertiam Rubri maris portionem ſubjungit, ſinum ſcilicet Barbaricum, & quidquid Moſſylicum promuntorium & Ceraunios ſaltus interjacet. Hujus ſinus accolas facit Panchæos & Pygmæos. De utriſque ſigillatim dicemus.

15. *Par-*

infesta, ideoque deserta est: 15 partem Panchæi habitant, quos ex facto, quia serpentibus vescuntur, Ophiophagos vocant. 75
16 Fuere interius Pygmæi, minutum genus, &

15. *Partim Candæi habitant*] Ex Plinio hoc vocabulum inferserunt, ejectis Panchæis, uti omnia antiqua habebant exemplaria. Nos reduximus, idemque apud Plinium faciendum credimus, cum Candæi nulli unquam in hoc tractu fuerint, sed Panchæi vel Panchaii: utrumque enim ut dicamus, Grammaticorum leges permittunt, quamvis ego posteriorem hanc diæresin libentius in possessivis, quam gentilibus admiserim. Thuris autem Panchaici pleni sunt poëtarum loculi, illi ipsi tamen ignorant, undenam bonus iste odor eos feriat. Panchaiam enim Arabiæ felicis portionem esse existimant, cum tamen nulla Panchaia in tota unquam fuerit Arabia. Minime tamen ea fabulosa est regio, uti olim creditum Straboni, Plutarcho, & aliis; sed alibi quærenda, istic nempe, ubi Panchæos hic recenset Mela. Ut omnia mentitus fuerit Euhemerus, quod tamen minime puto, ipsum saltem Panchaiæ nomen mentitus non est. Illum secutus est Diodorus Siculus, cum Παγχαΐην regionem describit, ac abundare dicit elephantis, leonibus, pantheris aliisque animalibus. Manifeste hic ipsam continentem designat, ac illam Troglodyticæ & Æthiopiæ partem, quam hic memoriat auctor noster. Sed ut omnem prorsus tollam dubitationem, subjungam testimonium omni exceptione majus, Ptolemæi nempe Euergetæ, excerptum ex monumento Adulitico, in quo recensentur gentes Æthiopicæ, quas ipse præsens subjugavit. Inter alia itaque, hæc quoque ibi leguntur. Ἐπεὶ δὲ Λασίνε τὴν Ζάλα τὴν Γαβάλα, οἰκοῦντες παρ' ὄρεσι θερμῶν ὑδάτων βλύζουσι τὴν καθαρώτατος, Ἀζαλμὼ τὴν Βέγα τὴν τὰ στιὼ αὐτοῖς ἔθνη πάντα. Παγχαίτας τὰς μέχρι τῶν τῆς Αἰγύπτε ὁρίων οἰκοῦντας ὑποτάξας, πεζοὺς εἶδον ἐποίησα τὴν ὁδὸν, ἀπὸ τῶν τῆς ἐρυθρᾶς βασιλείας τόπων μέχρι Αἰγύπτε. Prodiit olim Romæ hæc inscriptio, sed vitiose admodum. Multo integrior exstat apud auctorem Topographiæ Christianæ, qui in Florentina adservatur bibliotheca, cujusque supra meminimus.

16. *Fuere interius Pygmæi*] Minutum hoc genus, ut solent vagari fabellæ, in omnes cœli cardines à veteribus dissemina-

& quod pro satis frugibus contra grues dimicando defecit. Sunt multa volucrum, multa serpentum genera. De serpentibus 80 memorandi maxime quos parvos admodum, & veneni præsentis, certo anni tempore ex limo concretarum paludum emergere, in magno examine volantes Ægyptum tendere,

tum fuit. Nam & in Indiam & in Æthiopiam, & denique in extremam Scythiam cubitales istos homunciones transtulere. Ne hoc quidem seculo nugari desinunt, cum apud hyperboreos hos describunt, vel quia hoc non satis succedit, in subterraneis etiam eos locant fodinis. Dari integras nationes pumilionum, æque falsum est, ac sit illud, dari populos ubi plerique sint gigantes. Brevis staturæ sunt pleræque illæ quæ intra arctium vivunt circulum, uti Lappones, Samoyedæ cæterique. Idem nempe efficiunt æstus & frigus intensissimum, quamvis diversa ratione. Nam qui nimio sole coquuntur, illi breves sunt & exiles, præsertim in siticulosis regionibus, non tamen ἀσύμμετροι. At vero Lapponibus, Samoyedis, ac si qui iis magis septentrionales, istis plane inconcinnum est corpus, & tanquam in nodum contortum. Non tamen propterea Pygmæi sive cubitales sunt: ad ternos ut plurimum cubitos, nonnunquam altius excrescunt. Vidi etiam qui quatuor cubitos, hoc est justam staturam, æquarent. Duplam itaque ad Lappones altitudinis proportionem habent freti Magellanici accolæ quidam, quos ego omnium hominum vastissimos esse existimo. Apud Lappones enim legitima statura est trium cubitorum; at vero illi insulani, freti, quod diximus, accolæ, ut plurimum ad sex, nonnunquam etiam ad septem cubitos exeunt sese in altum, uti complures certi & oculati testes affirmant. Verum ad Pygmæos Melæ veniamus, quos interius, nempe in confinio Troglodyticæ & Æthiopiæ, describit. Ibidem quoque eos collocare videtur Ptolemæus, si per Nubas intellexeris Pygmæos, uti Hesychius, Νῶβαι, Πυγμαῖοι, neque enim de aliis quam de his accipi possit locus iste Hesychii. Aristoteles lib. IX. de Hist. Animal. eos ad fontes Nili traducit. Verba ejus sic concipiuntur in libris manu exaratis; Οἷον οἱ γέρανοι ποιοῦσι. μεταβάλλουσι γὰρ ἀπὸ τῶν Σκυθικῶν

re, atque in ipso introitu finium, ab avi- 85
bus quas Ibidas appellant, adverso agmine excipi pugnâque confici traditum est. De volucribus præcipuè referenda Phœnix, semper unica. Non enim coitu concipitur, partuve generatur: sed ubi quingentorum 90
annorum ævo perpetua duravit, super exaggeratam variis odoribus struem sibi ipsa in-

θικῶν πεδίων, εἰς τὰ ἄλη ἐξ ἄνω τῆς Αἰγύπτου, ὅθεν ὁ Νεῖλος ῥεῖ, ἃ καὶ λέγονται τοῖς Πυγμαίοις ἐπιχειρεῖν, ἃ γάρ ἐστι τῷ μύθῳ. Quod narratiunculæ huic fidem adstrueret Philosophorum summus, id concoquere non potuit quisquis vulgatæ lectionis auctor fuit; ac propterea verba illa de pugna Pygmæorum cum gruibus suo modo reformavit. Quamvis autem fabella hæc excusa sit à Græculis fingendi & fabulandi semper cupidis, ratio tamen quamobrem hoc in tractu Pygmæos collocarint veteres, hanc fuisse existimo; quod Troglodytarum & Æthiopum multi essent κολοβοὶ, sive recutiti. Hinc tot Coloborum gentes in Æthiopia. Idem vero Aristoteli & aliis nonnullis κολοβός, & Pygmæus, sive nanus. Κολοβὸς enim lib. II. de generat. animal. circa finem & alibi, vocat non illos tantum, qui uno aliquo membro essent mutilati, sed eos etiam, quorum universæ corporis partes in utero matris oblæsæ & justo essent breviores. Tales sunt nani ac pumiliones, quorum corpuscula, quamvis partium ad se invicem proportio constet, non tamen videntur integra, quia ad debitam non surgunt mensuram. Ea propter rectius eos homines in compendium redactos, quam totos dixeris homines. Atque hæc quidem Aristotelis fuit sententia. Idem tamen in problematis sectione decima, alias adfert rationes quamobrem Pygmæi fiant. Sed ut ingenue fatear liber is, quamvis non indignus Aristoteli, non tamen videtur genuinus. Duo autem illic describuntur modi, quo formantur nani; angustia nempe loci, aut alimenti inopia. Hoc postremo efficitur, ut membra puerilem semper servent statum. Idem nempe quod potus aquæ vitæ, id ipsum quoque præstat victus penuria. Qui sic formantur, ii absolutam habent corporis symmetriam. Sita-

incubat, solviturque: deinde putrescentium membrorum tabe concrescens, ipsa se concipit, atque ex se rursus enascitur. Cum ado- 95
levit, [17] ossa pristini corporis inclusa myrrha

D d d Ægyp-

itaque pueri sint, sive catelli, quorum corpuscula hoc pacto coërcentur, illi & olim, & nunc quoque in pretio habentur. At vero quorum membra scriniis, locorumque comprimuntur angustiis, quia non poterant crescere διὰ τὸν ἐγκείμενον τοῖς σώμασι δεσμόν, ut est apud Longinum, illorum longe dispar est ratio. Hi tætro sunt adspectu, idemque evenit iis, quod catellis, qui olim in coturnicum caveolis nutriebantur, ut nempe distortos & incurvos habeant artus, præsertim si fasciis non adstringantur. Qualia autem sint eorum corpora, eleganti similitudine docet ibidem Aristoteles, cujus verba sic vulgo concipiuntur. Ὥσπερ ἐν οἱ ἐπὶ τῶν κωπηλίων γραφόμενοι, μικρογυμνοί εἰσι, φαίνονται δὲ ἔχειν πολὺ τὴν βάσιν, ὁμοίως συμβαίνει καὶ τοῖς Πυγμαίοις. Frustra quærunt viri eruditi, quænam sint illæ tabernarum picturæ, quæ effigiem hujusmodi pygmæorum exhibeant. Scribendum; οἱ ἐπὶ τῶν κωπωλῶν γραφόμενοι, vel si magis κωμωπηλέων idem significante vocabulo. Tales sunt Pygmæi, quales videntur esse imagines, quæ in curvis & sinuosis tabulis repræsentantur. Nam prout tabellæ fuerint vel cavæ, vel convexæ, vel etiam striatæ, tales quoque ex obliquo contemplantibus apparebunt formæ quæ in illis depinguntur. Hinc recte *curvatum* dixit Propertius lib. IV.

Nanus & ipse suos breviter curvatus in artus
Jactabat truncas ad cava buxa manus.

Sed & truncas manus quare dixerit, ex supradictis satis colligi potest. Vulgo enim hæc non recte interpretantur.

17. *Ossa pristini corporis inclusa myrrha Ægyptum exportat.*] Aliter habent veteres aliquot codices, sic nempe; *extra Ægyptum portat.* Utrumque rectum possit videri; nam Heliopolitanus nomus & Heliopolis, quo Phœnix nidum suum deferre credebatur, à quibusdam Ægypto, ab aliis vero Arabiæ attributa fuit. Hinc error Stephani, qui duas putavit esse Heliopoles, alteram in Ægypto, alteram in Arabia, & quidem Ἀρωματοφόρῳ, ne longe quærenda esset materia, quibus Phœnix rogos suos suffiret. Similiter sensit Plinius, qui Heliopolin in Panchaia collocat, cum alibi in toto opere nunquam Panchaiæ mentionem fecerit, ut vel

Ægyptum exportat, [18] atque in urbem quam Solis

vel inde ſatis appareat, eum ignoraſſe ſitum hujus regionis. Erat quidem Panchaia Arabiæ Troglodyticæ pars, verum non in ea Troglodyticæ parte, qua eſt Heliopolis, verum iſta, quæ oſtio ſinus Arabici adjacet. Errare enim eos qui Panchaiam Arabiæ felicis portionem faciunt, jam ſuperius oſtendimus. Recte itaque ſeſe habent verba Plinii, in quibus emendandis multum ſe torquet Solinianus interpres. Cæterum ut ad Melam redeamus, potior nobis alia videtur lectio. Si enim Heliopolis non ſit in Ægypto, juxta Melam, fruſtra hic Ægypti fiat mentio. Ita ſenſit, Phœnicem in Arabia naſci, mori in Ægypto. In hoc omnes fere conveniunt. Solus tamen Anonymus de Phœnice ſcribit, illum concinnatis cineribus paternis contendere ad ortum. Sed omnino apud illum ſcribendum, *contendit Solis ad urbem*, non *ortus*, ut vulgo. De origine major eſt controverſia: alii enim Æthiopiæ, nonnulli Indis natales ejus adſcribunt. Sic ſolent migrare fabellæ. Adeo tamen graphice & ſuis coloribus avem hanc nobis depingunt, ut putes vivam ac ſpirantem viſam ab iis fuiſſe. Obvia ſunt paſſim poëtarum & hiſtoricorum loca, unius tantum Ezechieli veteris tragici, verſus adſcribam, & quia minus noti, & quod multis inquinati ſint mendis. Exſtant illi apud Euſebium de præparat. lib. IX. ac præterea apud Euſtachium in Hexaemeron, ſed utrobique corruptiſſime; ſic vero legendi.

Διωλεῦν γὰρ ἦν τὸ μῆκος
ἀετῷ χέδυ
Πτερυξὶ δὲ ποικίλοισιν
ἥπερ χρώμασι
Αὐτὸν κέκρυπται σῶμα πανσθενὲς ἴδμ' ἔν
Τὸ πρῶτον αὐτὸν πορφυρᾶν ἐφαίνετο
Σκέλη δὲ μιλτόχρωτα, κἠ κατ' αὐχένα
Κερκηπίνεσιν μαλλοῖσιν
ὑπερπίζει.
Καίρη δὲ κηπιοῖς ἡμέρας
παρεμφερής.
Καὶ μηλίνῃ μὲν τῇ κόρῃ
προσέβλεπε.
Κίκλω κόρυσι κόκκος
ὡς ἐφαίνετο.
Φοινὶξ δὲ πάντων εἶχεν
ὑπερεπεστάτην,
Βασιλεύσε πάντων ὀρνέων
ἐφαίνετο
Ὥσε πτοῆσαι. πάντα γὰρ
τὰ πτῆν' ὁμοῦ
Ὄπισθεν αὐτὸν δολιχοδρόμουντ' ἐπέσυτο.

18. *Atque in urbem quam Solis appellant, fragrantibus nardo buſtis inferens*] Et hic quoque correctores

Solis appellant, fragrantibus archio buſtis inferens ſeſe memorando funere conſecrat.
100 [19] Ipſum promuntorium quo id mare clauditur, à Ceraunis ſaltibus invium eſt.

res loquuntur, non Mela. Prius ſic legebatur; *Atque in urbe quam Solis appellant fragrantibus archiobuſtis inferens, ſeſe.* Divide vocabulum ac lege *archio buſtis*, & veram habebis lectionem. Archium eſt ἀρχεῖον. Utrumque enim rectum *archium* & *archivum*, uti odium & odivum, muſeum muſivum, dium & divum. Archium autem noli hic accipere pro tabulario, ut fere apud Latinos archivorum vox accipi ſolet, ſed pro ipſo templo uti Græci, vel potius pro adyto templi ubi congregabatur magiſtratus ſacerdotum. Dicit Phœnicem oſſa parentis ſui, vel potius ſui ipſius, incluſa myrrha in Ægyptum deportare, atque in archeo ſeu adyto templi Heliopolitani buſtis ea fragrantibus inferre, ac ſic ſemetipſum memorando funere conſecrare. Sic quoque alii, niſi quod in modo geſtationis paululum à ſeinvicem abeant. Qui enim patrios cineres in pilam à Phœnice cogi ſcribunt, illi pilam iſtam pedibus geſtatam fuiſſe dicunt. Sed vero alii, qui totum nidum ac integrum cadaver ab hac ave in Ægyptum devehi tradunt, illi id dorſo factum fuiſſe exiſtimarunt. Sic Tacitus Annalium lib. VI. cum dicit, Phœnicem *patrium corpus ſubire.* Sic quoque Artemidorus in oneirocriticis intelligendus, cum dicit eum qui per ſomnum Phœnicem viderit, eo paupertatis redactum iri, ut parentis cadaver, more Phœnicis, propriis humeris efferre cogatur. Errat itaque Salmaſius cum *ſubicere* apud Tacitum legendum conjicit.

19. *Ipſum promuntorium quo id mare clauditur, Ceras Auſtri, ultra invium eſt*] Sic quidem Pintianus, ſed nos priorem reduximus lectionem, quam omnia quotquot vidimus exemplaria antiqua confirmant. Feſellit virum inſignem quod neſciverit, Ceraunios montes, etiam in Africa memoratos fuiſſe. At vero illorum mentionem facit Diodorus Siculus lib. III. ubi agit de Cornu Amaltheæ. Quamobrem autem Ceraunii dicti fuerint, ſatis colligi poteſt ex Annone, & ex iis quæ infra ſumus dicturi.

CAP. IX.

ÆTHIOPIA.

1 ÆThiopes ultra. Sedem Meroën habent, terram quam Nilus primo ambitu amplexus insulam facit. Pars, quia vitæ spatium dimidio ferè quam nos longius agunt, Macrobii: pars, quia ex Ægypto advenére, dicti Automoloe: 2 pulchri forma, æqui corporis, parumque vene-

1. Æ *Thiopes ultra sedent, Meroën habent*] Locum hunc sic corrigere conatus est Salmasius in Solinianis; *Æthiopes ultra. Sed & Meroën habent, eam quam Nilus primo ambitu amplexus insulam facit.* Sed sane ridiculus fuisset Mela, si sic scripsisset. Quid enim mirum quod & Meroën habuerint Æthiopes, cum ea in media sit Æthiopia? Nullus dubito, quin sic concipiendus sit hic locus. *Æthiopes ultra. Sedem Meroën habent, terram quam Nilus* &c. *Sedes* hic est regia. Sic quoque Curtius, lib. IV. de Jovis Ammonis Oraculo agens; *Accolæ sedis sunt ab oriente proximi Æthiopum.* Sed & apud alios linguæ Latinæ autores vocabulum hoc absolute in illa significatione positum reperitur, quemadmodum etiam ἕδος & ἕδρα apud Græcos. Jam vero, Meroën esse regiam Æthiopum, notum est. Vitruvius lib. VIII. cap. II. Meroën insulam vocat *Æthiopum meridianorum regnum.* Plinius Meroën caput Æthiopum; Herodotus, Strabo, Heliodorus & alii, metropolin appellant.

2. *Pulchri forma, æqui corporis parumque veneratiores, veluti optimarum alumni virtutum*] Ad hunc locum mirum quam multi impegerint. Nulla pene est litera quam intactam reliquerint. Librorum manu exaratorum hæc est lectio; *Pulchri forma & qui corporis parumque veneratiores veluti optimarum alii virtutum.* Meliores codices sic habent, *aliis veluti optimarum virtutum.* Ultimam obscurissimo huic loco manum imponere conatus est Cl. Salmasius in Plinianis suis. Sic vero legit; *Pulchri forma, æqui cul-*

venerati opes, aliis veluti optimarum virtutum. In illis mos est, cui potissimum pareant, 10 specie ac viribus legere. Apud hos plus auri quam æris est: ideo quod minus est, pretiosius censent. Ære exornantur, auro vincula fontium fabricant. Est locus apparatis

cultores, justitiæque veneratores, velut optimæ aliarum virtutum. Scilicet in tanta brevitate operæ pretium fuit monere, gentem esse in Æthiopia, ubi justitia pro optima virtute haberetur. Quid demum in auctoribus difficile, si tam longe & à verbis, & à sensu, liceat recedere? Vide quam facili opus sit medicina, ut veram teneamus lectionem. Scribe: *Pulchri forma, æqui corporis, parumque venerati opes, aliis veluti optimarum virtutum.* Ex Herodoto hæc habet; is namque postquam de Automolis egit, lib. II. genus quoddam Æthiopum describit, incolentium urbem, in qua omnes essent æquali magnitudine. Verum & Mela, hoc ipso capite, lectionem hanc confirmat, cum de Æthiopibus Hesperiis dicit, eos non esse; *ita corporibus similes*, atque isti, de quibus hic agit. Sequentia verba & ipsa manifesta sunt. Dicit ab AEthiopibus contemni aurum & argentum, tanquam quæ nihil faciant ad veram beatitudinem. *Alius optimarum virtutum* proba locutio, pro *alienus ab optimis virtutibus.* Sic Horatius lib. II. Serm. III. dixit *species alias veri*, pro speciebus alienis à veritate. Sed & Græci sic loquuntur, ut cum Plato ait ἕτερον δ' ἀληθῶς, pro eo quod minime verum est. Usus obtinuit, ut potius *alienus* apud Latinos, & ἀλλότριος apud Græcos cum genitivis construantur, nihil tamen hoc obest, quominus & alterum rectum sit. Porro hæc verba, non de Automolis, sed de AEthiopibus, qui præcessere, accipienda sunt; aliter enim si intellexerit Mela, erravit. Attamen ne sic quidem omni culpa vacat auctor noster, quod manifestum fiet, si quis & hujus, & Herodoti verba de Automolis, Macrobiis, & minoribus quidem, sed tamen similis staturæ AEthiopibus, conferre operæ pretium censuerit. Fieri etiam possit ut alios sit secutus auctores, qui & ipsi Macrobios & alios istos AEthiopas confuderint. Macrobios AEthiopas omnium hominum maximos & pulcherrimos esse tradit Herodotus. Etiam hoc seculo ex parte id verum esse, testantur complures. AEthiopem & AEthiopissam, tertia sui parte exstantes supra ordinarium hominum staturam vidit

epulis ſemper refertus: [3] & quia ut libet veſci volentibus licet, ἡλίου τράπεζαν appellant; & quæ paſſim appoſita ſunt, affirmant innaſci ſubinde divinitus. Eſt lacus quo perfuſa corpora quaſi uncta pernitent. Bibitur idem; adeo eſt liquidus, & ad ſuſtinenda quæ incidunt, aut immittuntur, infirmus, [4] ut folia etiam proximis deciſa frondibus, non innatantia ferat, [5] ſed peſſum penitus accipiat. Sunt & ſæviſſimæ feræ omni colore varii Lycaones, & quales accepimus, Sphinges. [6] Sunt miræ aves cornutæ Tragopanes, & equi-

dit & menſus eſt Petrus Vallenſis nobilis Romanus, addens Æthiopes quos in Ægypto vidit, ut plurimum proceros fuiſſe. Verum de pulchritudine nihil addidit, formarum alias ſpectator diligentiſſimus.

3. *Et quibuſlibet veſci volentibus licet, ἡλίου τράπεζαν appellant*] Sic quidem Pintianus, cum prius legeretur, *& quia ut libet veſci volentibus licet*. Ego nihil mutandum cenſeo. Quia communis eſſet omnibus hæc menſa, ideo ſolis appellabatur: Sol enim omnibus lucet.

4. *Ut folia etiam proximis deciſa frondibus*] *Decuſſa* legit Salmaſius, & ante illum Pintianus, vel etiam *decidua*. Ego vulgatam probo lectionem. Non enim in Æthiopia quemadmodum apud nos folia decidunt, aut ramis decutiuntur. Pleræque fere arbores ſemper iſtic virent. Creſcunt earum folia, quamdiu ipſa creſcit arbor. Hinc fit ut non tenuia ac mollia ſint, ſed denſa, dura, ac longa admodum, quæque ramorum inſtar amputari neceſſe habeant. Sane non minima pars Indicarum & Æthiopicarum arborum omnino carent ramis, ſed vice eorum ſolis comantur foliis. Minus hoc mirabuntur, illi qui etiam integras arbores ex foliis compoſitas viderunt.

5. *Sed peſſum penitus accipiat*] Sic ex libris repoſuimus: prius enim inepte ſcribebatur, *peſſum & penitus*.

6. *Sunt miræ aves cornutæ Tragopanes*] Sic recte hunc locum emendavit Salmaſius, & ante illum Turnebus. Τραγόπανες ut αἰγίπανες & ἑρμόπανες apud

equinis auribus Pegaſi. [7] Cæterum oris ad eu-

apud Arcadium Grammaticum. Sed & Κυνόπανες dixit Tertullianus lib. 1. ad Nationes. *Plane tertium genus dicimur: Cynopanes aliqui vel Sciapodes, vel aliqui de ſubterranea antipodes.* Idem Apologetico; *Alii nos, opinor, natura, Cynopanes aut Sciapodes.* Sic utrobique legendum; male enim vulgo *Cynopennæ* & *Cynophanes*. Qualia vero monſtra fuerint canes iſti cornuti, curioſi inquirant, nobis veram indicaſſe lectionem ſufficit. Κυνοπέδιον Salmaſii, ſic enim apud Tertullianum ſcribendum eſſe cenſet, plane ſunt explodendi. Nec vocabulum placet; nec rationi conveniens eſt, ut canina fame laborantes, monſtra dicantur; & merum figmentum eſt Κυνοπέδας eſſe eoſdem, atque ſint Ἡμίποδες.

7. *Cæterum oras ad Corum ſequentibus nihil memorabile occurrit*] Sic Pintianus ex Plinio emendandum eſſe hunc locum exiſtimabat, ſed nos priorem ſcripturam reduximus, quæ ſenſui Pomponii longe eſt convenientior. Deſcribit hic oram Africæ Orientalem, quæ egreſſis ſinum Arabicum occurrit. Illam vero veteres ferme omnes, non in auſtrum, uti hodierna docuit experientia, ſed primo in Eurum, dein in ortum Solis tendere, ac ſic deinceps Sinis & Seribus conjungi credidерunt; quod ſatis ex iis quæ ſuperius de Nili fontibus diximus, colligi poteſt. Verum non ea Melæ fuit opinio; is enim Eudoxi ſententiam probavit, ac aliquatenus quidem Æthiopiæ littus Auſtrum verſus porrigi exiſtimavit, tandem tamen flexum in occidentem & Corum dirigere, donec Mauritano littori jungeretur. Videamus nunc Plinii locum, unde hunc reformare conatus eſt Pintianus. Verba ejus hæc ſunt lib. VI. cap. XXIX. *A Moſſylico promuntorio Atlanticum mare incipere vult Juba, præter Mauritanias ſuas Gades uſque navigandum Coro.* Juba auſtraliſſimum Africæ promuntorium Moſſylicum eſſe exiſtimabat, itaque ab eo Chaurum verſus litora inflecti, donec iterum Mauritaniæ ſuæ conjungerentur. Hæc non Jubæ tantum opinio fuit, ſed & omnium eorum, qui Libyam trapezio comparârunt. In eo autem peccavit Plinius, quod contrarium ventum poſuerit, Corum nempe pro Euro; niſi potius librariorum hanc eſſe culpam exiſtimemus. A Mauritania uſque ad Moſſylicum promuntorium ſolo Coro vento navigari poſſe, Juba ſcripſit, non vero à Moſſylico Mauritaniam. Valde autem hic ridet Plinium Plinianus Exercitator, ac prolixam admodum de hoc loco diſſertationem inſtituit: ſed neque Jubæ, nec Plinii mentem percepit. Operæ pretium eſt hoc paucis oſtendere.

Di-

eurum ſequentibus nihil memorabile occurrit. Vaſta omnia, vaſtis præciſa montibus,

Dicit itaque Plinius poſt ea quæ attulimus verba; *Cujus tota ſententia hoc in loco ſubtrahenda non eſt.* Quia nempe ad rem non facit, integram Jubæ ſupputationem recenſere, ſed ſaltem illam partem, quæ pertinet ad præſens inſtitutum, id eſt, ad menſuram ſinus Arabici, ſive totum Africæ latus orientale juxta hypotheſin Jubæ. Sic vero computat intervalla; *A Promuntorio Iudæorum quod vocatur Lepteacra ab aliis Drepanum proponit recto curſu præter Exuſtam ad Malchi inſulam quindecies centena millia paſſ. eſſe. Inde ad locum quem vocant Stenon* CCXXV M. *Inde ad inſulam Adanis centum quinquaginta mill. paſſ. Sic fieri ad apertum mare* XVIII. LXXVII. M. P. *Reliqua omnes propter Solis ardorem navigari poſſe non putaverunt.* Locus hic jam diu ante Solinum inquinatus fuiſſe videtur, quod libenter, ut puto, agnoſcet, quiſquis & Plinii & Soliniverba contulerit: feliciter vero à nobis, ita ut illum hic exhibuimus, eſſe reſtitutum, nemo niſi malignus, aut ignarus inficias iverit. Lepteacra ſive Drepanum promuntorium in intimo ſinus Arabici receſſu etiam à Ptolemæo ponitur, quamvis is perperam diſtinguat. Judæorum vero hoc appellat, quia in Judæorum ditione illa ſinus Arabici pars ſita olim fuit. Ob eandem rationem Joſephus lib. VIII. Berenicen Hebræorum vocat portum, Exuſtam inſulam & inſulam Malchi, recenſet eodem ordine Ptolemæus & auctor Peripli. Locus στενῶν, ſunt anguſtiæ aliis τὰ στενὰ, hodie *Babelmandel.* Male vulgo *Sceneos* vel *Sceneon*, ut eſt apud Solinum. Inſulæ Ἀδάνης meminit quoque ex Plinio Solinus. Ptolemæus duas recenſet Adani inſulas, ſed utranque intra anguſtias ſinus collocat. Verum illum errare apparet ex hoc Jubæ loco, & ex ipſius rei veritate. Quis enim dubitare poſſit inpoſterum, quin Adani inſula, ſit famoſa illa peninſula, quam vulgo Aden appellamus? Verum eſſe quod dicimus, docebit quoque auctor Peripli, qui ab anguſtiis iſtis prædictis, uſque ad Arabiam felicem Emporium, quam Aden nunc vocari ſuperius oſtendimus, numerat ſtadia mille ducenta, quæ menſura cum illa Jubæ convenit quam exactiſſime. Apertum vero mare appellavit Juba quidquid eſt ultra Adani inſulam & oppoſitum ei in Æthiopia Moſylicum promuntorium. Eo enim uſque ſinus Arabicus extenditur, & aliquanto etiam longius juxta alios, ut ſuperius docuimus. Verum hæc de his Melæ & Plinii verbis dicta ſufficiant, quæ ideo lubentius admonuimus, quia vaſte admodum de hoc loco diſſerit Salmaſius, & prodigioſam Plinio cæcitatem & pluſquam barbaricam inſcitiam adfingit.

bus, [8] ripæ potius ſunt quam littora. Inde ingens & ſine cultoribus tractus. Dubium aliquamdiu fuit eſſetne ultra pelagus, caperetne terra circuitum, [9] an exhauſto fluctu ſine fine Africa ſe extenderet: [10] verum & ſi Hanno Carthaginenſis exploratum miſſus à

8. *Ripæ potius ſunt quam littora*] *Rupes* pro *ripis* hic ſubſtituit Turnebus, idque videntur confirmare præcedentia, cum dicit, omnia præciſa eſſe vaſtis montibus. Sed nec ipſe, nec alii percepere mentem Pomponii. Hoc dicit, mare non quidem deficere, ſed ita anguſtum fieri, ut contrarium eveniat, ei quod de fluminibus canit Ovidius, ut liberiori ſpatio receptæ pro ripis litora pulſent: hic enim putat, mare ita in arctum redigi inter duas terras, nempe hanc noſtram, & oppoſitam antichthona, ut litora ripæ fiant, quemadmodum in Magellanico contigit freto. Hanc non Pomponii tantum, ſed & plurimorum veterum opinionem fuiſſe, ſatis ex iis, quæ ſuperius diximus, colligi poteſt.

9. *An exhauſta fructu ſine fine Africa ſe extenderet*] Hæc eſt veterum librorum ſcriptura, unde variæ variorum conjecturæ promanarunt, quas recenſere & confutare non longus tantum, ſed & ſtultus labor. Scribe, *anexhauſto fluctu.* Ipſe hanc lectionem probat Mela, cum Hannonis autoritate teſtatur, mare non deficere.

10. *Verum & ſi Hanno Carthaginenſis*] Particulam *ſi* redundare putant viri magni, ideoque eam expungunt. Verum ſequentia ſatis oſtendunt, eam abſque damno ſententiæ abeſſe non poſſe. *Si* hic idem valet, quod *poſtquam, quia.* Sic quoque apud Virgilium & alios particula hæc accipitur. Paulo poſt reſcripſimus. *Non ſe mare ſed commeatum defeciſſe memoratis retulerat.* Sic legendum eſſe, obſervatum jam olim auctori prætermiſſorum ad Melam, quem Pintiani caſtigationibus ſubjunxit optimus Schottus. *Memoratus* vocabulum recte ſeſe habet. Plinius pro hoc *commentarium* ſubſtituit. *Memoratus* idem eſt quod *memoratio*, ὑπόμνησις. Et ſic niſi fallor rectius poſſit appellari Periplus iſte Hannonis, qui hodie etiamnum exſtat, & brevem quidem, ſed tamen veriſſimam commemorationem continet. Nam quod Ariſtides & alii nonnulli è veteribus, & multi è recentibus fabuloſam exi-

ſuis, cum per Oceani oſtium exiſſet, magnam partem ejus circumvectus, non ſe mare ſed commeatum defeciſſe memoratu retulerat: & Eudoxus quidam avorum noſtrorum temporibus cum Lathurum regem Alexandriæ profugeret, Arabico ſinu egreſſus, per hoc pelagus (ut Nepos affirmat)

Ga-

exiſtimant hanc Hannonis narrationem, in eo quam illos fefellerit ratio, fuſius ad ipſum Hannonem oſtendemus. Dignum eſt enim hoc monumentum quod cum cura illuſtretur, non tantum veritatis ergo, ſed & gratia antiquitatis, cum id omnibus Græcorum monumentis longe ſit vetuſtius. Huc & illud quoque accedit, quod adeo paucorum manibus ſcriptum iſtud teratur, ut multi ne exſtare quidem exiſtiment, cum tamen ſemel iterumque Baſileæ prodierit. Sane Salmaſius non nos tantum eo carere putat, ſed ne Plinii quidem ſæculo periplum hunc amplius exiſtitiſſe adfirmat. Mirum quoque quid ipſi mentis fuerit, cum Solinum reprehendit, quod Hannonem Xenophonte Lampſaceno fecerit antiquiorem, quaſi vero ante Hannonem, alter iſte hæc loca adiiſſet. Non tantum Lampſaceno iſtoc, ſed & ipſo Homero & Heſiodo antiquius eſt monumentum illud Hannonis. Unde enim potuit promanaſſe fabella de tribus Gorgonibus, niſi ex tribus iſtis Hannonis Gorgidibus? Vide locum Hannonis, & confer cum iis quæ poëtæ canunt, & fatebere huic ſolo fundamento totam iſtam nitifabellam. Ne nomen quidem ducis Pœni abeſt; ſed fluvio attributum. Annonem enim vocant Palæphatus aliique mythologi fluvium Gorgonum inſulæ vicinum. Verum nihil efficimus, niſi etiam alio argumento antiquitatem peripli hujus oſtendamus. Docet Strabo Phœnices paulo poſt tempora belli Trojani extra columnas Herculis progreſſos in media Libya urbes condidiſſe. Sed ipſum lib. 1. loquentem audiamus; Θρυλεῖται καὶ ἡ Φοινίκων ναυτιλία, ὅτι καὶ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον, καὶ πόλεις ἔκτισαν καὶ ἀκεῖ καὶ ὧδε ἐν τῷ μέσῃ τῆς Λιβύης Θηβαΐδας μικρὸν τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον. Stultum fuerit exiſtimare Phœnices alios ante Hannonem has oras acceſſiſſe, ac ibi urbes condidiſſe, cum ex ipſo Hannone contra-

Gades uſque pervectus eſt, [11] ideo ejus oræ notæ ſunt aliqua. Sunt autem trans ea quæ modo deſerta diximus, muti populi, & quibus pro eloquio nutus eſt: alii ſine ſono linguæ, alii ſine linguis: alii labris etiam co-

trarium conſtet. Hinc quoque invicto argumento oſtendi poteſt, quantum falluntur illi, qui Carthaginem à Didone conditam exiſtimant, cum Appianus memoriæ prodiderit, etiam quinquaginta annis, antequam caperetur Ilium, fuiſſe Carthaginem.

11. *Ideo ejus oræ notæ ſunt aliqua*] Si Eudoxus univerſam iſtam oram circumnavigavit, jam non aliquæ tantum partes, ſed univerſum hoc littus æqualiter ipſi notum fuit. Paulo itaque naſutior facile viderit legendum eſſe; *ideo ejus oræ notæ ſunt aliqua.* Sic quoque infra loquitur, *aliqua credibile eſt*; pro aliquatenus, aut aliqua parte. Hoc locutionis genus non ſemel apud Terentium, Virgilium aliosque occurrere norunt; qui Latine ſciunt. De Eudoxo vero, quod hic ſcribit auctor noſter, id merito ridet Strabo. Iſte Eudoxus merus fuit impoſtor, ut ex narratione ejus apparet, quæ ne umbram quidem habet veritatis. Quidquid alii contradicunt, certum eſt veterum neminem fuiſſe, cujus quidem exſtet memoria, qui Bonæ Spei promuntorium vel acceſſerit, nedum prætervectus ſit. Occidentale Africæ littus, quo uſque Hanno legerit, id infra docebimus. Orientalem oram ſulcavit auctor Peripli, cujus auctoritas majoris eſt facienda, quam cæterorum omnium, utpote qui ſolus veritati conſentanea ſcripſerit. Verum is non tam longe progreſſus fuit, quam vulgo exiſtimant. Terminus navigationis ipſius fuit Menuthias inſula & Rhaptum promuntorium. Menuthias illa eſt inſula quæ nunc Zanzibar appellatur. Huic enim omnia conveniunt quæ veteres de Menuthiade ſcribunt, non inſulæ S. Laurentii, quæ plane ignota fuit Græcis ac Romanis, ut plenius alias oſtendemus. Rhaptum vero promuntorium eſt illud, quod Quiloæ vicinum eſt. Quæ dein ſequuntur, ea innavigabilia eſſe prodit autor peripli, propter crebra brevia. Comprobat id ipſum hodierna experientia, nimium enim notæ ſunt Syrtes & Charybdes innumeræ continentem inter & Madagaſcar inſulam ſitæ, tot Batavicarum ac Luſitanarum navium naufragio infames. Non dubitandum quidem, quin ſæpius navigatio ea tentata fuerit, ſed facile ſolent abſtinere homines

hærentibus, [12] nisi quod sub naribus etiam [13] fistu-

nes ab iis locis, unde vel nullus, vel difficilis est regressus.

12. *Nisi quod sub naribus etiam fistula est*] Et hæc narratiuncula non uni tractui affixa est. Astomos populos tam in India quam in Libya veteres describunt. Fabula forsan exinde nata, quod gentes quædam os operiant lino aut panno, quem cibum sumturi removent, quemadmodum etiamnum faciunt Nigritarum ultra Atlantem complures, quibus sola in facie est pudor, cum reliquo corpore absit. Plinius juxta Megasthenem in India gentem hanc collocat lib. VI. cap. II. *Megasthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco foramina tantum habentem, anguium modo loripedem, vocari Syrictas.* Salmasius legendum censet hoc loco, *vocari Syrtas.* Quia nempe traherent pedes ἀπὸ τῦ σύρειν. Sed recte sese habet lectio vulgata. Qua enim fistula sorbebant, eadem etiam sibilabant. Confirmat hanc lectionem Ælianus, de animalibus lib. XVI. cap. XXII. Ἐστι δὲ καὶ Συενητικὸν πέραν Ἰνδῶν ἔθνος καὶ ἦστο, καὶ εἰσι σιμοὶ τὰς ῥῖνας, εἴτε ὄντως ὐκ βρεφῶν αἰπυλῶν ὐ θαλάσσῃ ἦ τῆς ῥινὸς ἁλαμυείσαντες, εἴτε καὶ τοῦτον τὸν τρόπον πάσχουσι. Male vulgo Σκιρῶται. Sed & sequentia quis intelligat? Ridicule verterunt interpretes; *Sunt & Sciratæ gens ultra Indiam, simi naribus, sive ita nati, sive à teneris assuetè in mari degere, & urinando nasum offendere ad saxa.* Profecto scripsit Ælianus ὐθαλάσσῃ, non ὐ θαλάσσῃ. Hæc vera est causa, quamobrem Mauri & variæ Indorum & Æthiopum gentes simas habeant nares, quia nempe recens natis nasus infringitur. Ludicra est ratio eorum, qui scribunt fieri id ex allisione ad dorsum & occiput matrum bajulantium. Sed nec illi bene argumentantur, qui negant, infringi vultus hoc seculo à Mauris matribus, infantes enim illic nasci simos, non fieri. Ut ut hoc concedatur, vera tamen manet altera ratio. Versa est nempe consuetudo in naturam, quod etiam Macrocephalis olim contigisse, autor est Hippocrates. Quanto iis longius esset caput, tanto generosiores habebantur. Infantum itaque ex utero demum prodeuntium capita primo manibus, deinceps etiam fasciis comprimebant, ut sphærica & naturali exuta, oblongam induerent figuram. Hoc ut fieret, primo arte opus fuit, deinceps vero consuetudo abiit in naturam, ac etiam absque curatura capita instar columellæ longa habuere. Nec aliam existimo esse rationem nigritiei Æthiopum. Qui non omnino erant atri, quod est turpe illis, succis & unguentis nigri-

[13] fistula est per quam bibere avenis, & cum incessit libido vescendi, grana singula frugum passim nascentium absorbere dicuntur. Sunt quibus ante adventum Eudoxi adeò ignotus ignis fuit, adeoque visus mirum in modum placuit, ut amplecti etiam flammas, & ardentia sinu abdere, donec noceret maximè libuerit. Super eos [14] grandis littoris flexus grandem insulam includit, in qua tantum fœminas esse narrant, toto corpore hirsutas, & sine coitu marium sua sponte fœcundas: adeo asperis efferisque moribus, ut

nigricantibus (hæc sunt Æthiopum cerussæ) fuscum colorem atro permutarunt. Transiit & hic ars in naturam, quippe olim erat artificialis, is nunc est naturalis calor.

13. *Fistula est per quam bibere avenis*] Sic recte Salmasius, & ante illum Nunnesius & Ciacconius, è quorum notis excerpta sunt prætermissa in Pomponium, quæ Pintiani castigationibus subjunxit And. Schottus. Ea enim non prodiisse ex cerebello Schotti, qui nasum habet, facile divinabit.

14. *Grandis litoris flexus, grandem insulam includit*] Ubi desinit cognitio, ibi fingendi incipit licentia. Uti fluvius iste falsus qui hanc nostram, & oppositam Antichthonum terram interjacet juxta opinionem veterum fictitius est, ita quoque quæcunque referuntur de monstrosis populis in ora ista australi sitis, mera sunt figmenta. Hic demum vera incipiunt, & ipsa tamen falsis interpolata, dum non unum sequitur Hannonem, sed illos quoque Græcos, qui Hannonis periplum variis inquinarunt fabellis. Recte quidem ac ordine illic incipit, ubi desinit Hanno, verum non recte Hannoni adfingit, insulam hanc habitari à feminis solis & quidem sua sponte fœcundis, cum Hanno contrarium dicat. Utriusque enim sexus homines in ea insula fuisse scribit, quamvis multo plures feminas, quæ hirtæ erant ac Γορίλλες ab interpretibus Lixitis vocabantur. Viros quidem capi non potuisse, quod prærupta peterent, ac se lapi-

quædam contineri ne reluctentur vix vincu-
lis possint. Hoc Hanno retulit, & quia de-
tracta occisis coria pertulerat, fides habita
est. Ultra hunc sinum [15] mons altus (ut
Græci vocant) Θεῶν ὄχημα perpetuis ignibus
flagrat: ultra montem viret collis longo
tractu longis littoribus obductus, unde vi-
suntur patentes magis campi, quam ut pro-
spici possint, Panum Satyrorumque. [16] Hinc
opinio ea fidem cepit, quod cum in his ni-
hil

lapidibus tutarentur; Mulieres captas fuisse tres, quia vero unguibus ac morsu ductoribus suis essent infestæ, ideo fuisse occisas; pelles vero earum Carthaginem delatas. Atque hæc quidem insula terminus fuit navigationum Hannonis. Ex descriptione vero ejus manifeste apparet eandem esse, atque sit illa, quæ hodie Palmifera, ab aliis vero S. Annæ insula appellatur. Dari vero integros populos toto corpore hirtos, satis ostendunt cum alia loca, tum præcipue terræ illæ supra Japoniam sitæ, non ita pridem à nostris detectæ.

τὸν δὲ πῦρ τῶν ἄλλων μεῖζον, ἀπτόμενον ὡς ἐδόκει τῶν ἄστρων. Τοῦτο δ' ἡμέρας ὄρος ἐφαίνετο μέγιστον, Θεῶν ὄχημα καλούμενον. Minime vero fabulosa sunt, quæ hic tradit Hanno. Mons iste hodie appellatur *Sierra Liona*. Adeo altus ut a ducentis & amplius passuum millibus nonnunquam sit conspicuus. Latera ejus perpetuo virent odoratis omnis generis arboribus. Vertex æternis incingitur nebulis, quas ne ardentissimus quidem Sol unquam dispellere ac vix perrumpere possit. Hinc fit ut continuis fulminibus ac tonitruis noctu præsertim percutiatur, quorum fragor à navigantibus ad quinquaginta etiam passuum millia exaudiri potest. Sonitum istum Lusitani assimilarunt leonum rugitui, ac ea propter monti nomen indidere *Sierra Liona*.

15. *Mons altus, ut Græci vocant Θεῶν ὄχημα.*] Non dicit Hanno montem hunc perpetuis ignibus flagrare, sed noctu tantum talem apparuisse; verba ejus hæc sunt; Τέτταρας δὲ ἡμέρας φερόμενοι, νυκτὸς τὸν γῆν ἀφεωρῶμεν φλογὸς μεστήν. ἐν μέσῳ δ' ἦν ἠλίβα-

16. *Hinc opinio ea fidem cepit.*] Prior

hil culti sit, nullæ habitantium sedes, nulla vestigia, solitudo in diem vasta, & silentium vastius, nocte crebri ignes micant, & veluti castra latè jacentia ostenduntur, crepant cymbala & tympana, audiunturque tibiæ sonantes majus humanis. Tunc rursus Æthiopes, [17] nec jam dites ut hi quos diximus, nec ita corporibus similes, sed minores incultique sunt, & nomine Ἑσπερίων. In ho-

Prior lectio fuit, *hinc opinio causa fidem cepit*, quod non erat mutandum. *Causa* pro re hic accipitur, uti sæpe. De Panibus vero Satyrisque quæ hic prodit, ea ex aliis hausit, non ex Hannone, qui nullam horum facit mentionem. Tantum is prodit noctu in litore pernoctanti sibi crebros & sparsos apparuisse ignes, ac frequentes audivisse sonitus. Utrum vero AEthiopes interdiu fugientes, noctu autem se colligentes ac facibus, clamore, tympanis ac incensis pyris belluas abigentes, ut etiamnum apud ipsos fieri solet, causam huic spectaculo dederint; an vero naturali hoc factum sit ratione, ex apparitione nempe ignis illius quem fatuum appellamus, qui adeo frequens est in Zona torrida, ut toti in AEthiopia campi noctu ceu stellis colluceant, id vero non addidit. Ego postremum verum esse existimo. Interim observatu dignum est, quod alias fieri solet, ut fabulæ non ex nihilo oriantur, sed plerumque veritatem pro fundamento habeant, id ipsum quoque hic contigisse. Minime enim dubitandum, quin quæ Diodorus Siculus & alii de Amazonibus, Hesperidibus, Gorgonibus, ac similibus in Libya figmentis scribunt, ea omnia ex hoc Hannonis fonte promanarint, ac huic uni periplo tanquam basi innitantur, ut jam superius ostendimus.

17. *Nec jam dites, ut hi quos diximus, nec ita corporibus similes*] Libri vetusti habent, *nec jam dites quos diximus*. Recedit hic ab Herodoto; is enim AEthiopes istos Hesperios omnes æqualis facit mensuræ; in eo vero convenit, quod minores eos esse scribat. Vide quæ superius de Macrobiis annotavimus. Verum Herodoto adversatur vetustissimus iste auctor, quem sub Scylacis nomine olim dedimus, is enim AEthiopas Hesperios pulcherrimos esse dicit, ac majores quam quadricubitales. Paulo post non recte prius legebatur, *ac nomine Hesperio*.

18. *Quem*

horum finibus fons eſt [18] quem Nili eſſe ali- 80
qua credibile eſt. [19] Nuchul ab incolis
dicitur: & videri poteſt non alio nomine
appellari, ſed à barbaro ore corruptus. [20] Alit
papy-

18. *Quem Nili eſſe aliqua parte credibile eſt*] Alii *aliquatenus*. Quidam *aliquando*: nonnulli vero libri *aliqua ergo*. Legendum *aliqua credibile eſt*. Sic quoque paulo ante; *notæ ſunt aliqua*.

19. *Nuluch ab incolis dicitur*] Mira conſtantia veterum librorum, ſic ſcribentium; *& nunc ab incolis dicitur*. In uno tantum reperi, *Nihil ab incolis dicitur*. Nilidem appellat Plinius, ſi vera eſt ſcriptura, libri enim meliores manu exarati, Nullidem hoc loco habent aut Niludem, quemadmodum etiam in optimo noſtro Solini exemplari à prima manu ſcriptum fuiſſe videtur. Julius Orator, qui vulgo Æthicus dicitur, Nilotin vocat. *Fluvius Nilotis naſcitur in Atlante, procurrens lacum efficit, qui Nilotis appellatur ſine aliquo exitu. Currit millia* CL. Sic codex antiquiſſimus Thuanæus, multo quidem vulgari auctior, verum etiam illic æque ineptus auctor. Oroſius, quique eum ſequitur anonymus qui Æthico ſubjungitur, Nuchul hic habent. *Fontem Barbari Dara nominant, cæteri vero accolæ Nuchul vocant*. Si hæc lectio proba eſt, utique ſic ſcripſit Mela, *Nuchul ab accolis dicitur*. Syris & Arabibus נהר flumen dici, notum eſt. Ut tamen verum fatear, ne huic quidem fido vocabulo, cum mirum in modum varient exemplaria. Interim ſi de appellatione nihil certi affirmari poſſit, reſ ſaltem conſtat. Sive enim lacus, ſive fluvius, ſive fons vocetur, idem etiamnum nomen obtinet, atque olim Oroſii ævo. Dara quippe & regio, & flumen cognominatur. Oritur ex Atlante, tendit in meridiem donec Zanhagæ regnum contingit. Ibi lacum efficit, nec effluit, ſed deficit, quod ipſum quoque faciunt multa alia flumina ex Atlante quaquaverſum profluentia. Statis temporibus in æquoream excreſcit amplitudinem: alias vero ex flumine fit rivus, aut vallis potius. Vide de hoc præ cæteris Leonem Afrum. Paulo poſt malim, *ſed à barbaro ore corrupto*. Nempe nomen Nili corruptum à barbaris in Nuchulis aut Niludis.

20. *Alit & flumen & minora quidem ejuſdem tamen generis animalia gignens*] Valde deformatus locus. Prius ſic legebatur, *aliter pirum & minora quidem ejuſdem tamen generis animalia ſert*. Unde legendum videtur, *alit papyrum*. Attamen cum optimi & antiquiſſimi codices habeant, *aliter putant*, omnino ſic ſcripſiſſe Melam exiſtimo, *alit & pudam, & mi-*

papyrum [21] & minora quidem, ejuſdem ta- 85
men generis animalia. Aliis amnibus in Oceanum vergentibus, ſolus in mediam regionem ad orientem abit: & quonam exeat,
F f f in-

& minora quidem, ejuſdem tamen generis animalia. Puda vel buda eſt papyrus. Arabes enim & Ægyptii plantam hanc *berd* vel potius *burd* appellant. Hinc *burda veſtiti* apud Auguſtinum & in vitis ſanctorum. Crebrius tamen *budam* dicunt; accipiturque hoc vocabulum pro ſtragulis, tomentis, ſtoreis aliaque ſupellectili quæ è papyro conſtat. Verum & ellychnia ex buda ſive papyro olim fiebant; uti liquet ex epigrammate necdum quod ſciam edito;

Ut devota piis clareſcant lumina templis,
Niliacam texit cerea lamna budam.
Congrua votiferæ ſubmittit pabula flammæ,
Quæ caſtis apibus præbuit ante domos.

Idem paulo ante; *Lenta paludigenam veſtivit cera papyrum*. Græci φλόμους vel φλώμους talia vocant ellychnia, teſte Polluce, quamvis vulgo φλογμὸς apud illum legatur. Hoc non de verbaſco vulgari accipiendum, neque enim puto poſſe ex eo fieri ellychnia, ſed de phleo ſeu ipſa papyro, unde etiam veſtes ſibi conficiebant Ægyptii. Sane vetus Scholiaſtes ad Hexahemeron Baſilii, ubi de urſis agit, φλόμον interpretatur papyrum. Verum de his alias, quando de papyro agemus. Porro pudæ vocabulum exſtat quoque apud Ennium quamvis non intellectum. Citatur à Varrone lib. VI. de L.L.

Areopagitæ quid dedere quam pudam:

Sic Turnebus in ſuis, ſic quoque nos in noſtris reperimus codicibus. Inter minutas merces, quæ ex Ægypto Athenas deportabantur, erant etiam ellychnia ex papyro. Significat itaque Areopagitas ad feſti celebrationem nihil præter ellychnia dediſſe. Frivola ſunt quæ ad hunc locum annotavit Scaliger.

21. *Et minora quidem ejuſdem tamen generis animalia*] Ut ſuperiora omnia ex Hannone, ita hæc ex Jubæ Regis de Libya commentariis hauſit auctor noſter. Animalia ejuſdem generis, atque illa in Nilo, vocat crocodilos, hippopotamos, ſiluros, coracinos, alios. Quod minora dicat, & hoc rationi eſt conſentaneum. Oſtendimus enim fluvium vel fontem hunc Atlanticum Dara vulgo vocari. Iſte vero, cum exitu careat, ac nonnunquam totus pene deficiat, non

incertum eſt. Inde colligitur, Nilum hoc fonte conceptum, actumque aliquandiu per invia, & ideo ignotum, iterum ſe ubi ad Eoa proceſſerit, oſtendere. Cæterum ſpatio quo abſconditur effici, ut hic aliò cedere, ille aliunde videatur exurgere. Catoblepas, non grandis fera, verum grande & prægrave caput ægrè ſuſtinens, atque ob id in terram plurimum ore converſa, apud hos gignitur: ob vim ſingularem magis etiam referenda, quod cum impetu morſuque nihil unquam fæ-

non nimium benignus Crocodilis eſſe poteſt, qui vaſtis & piſculentis gaudent alveis, ac propterea oſtia potiſſimum obſident, ubi copioſior piſcium venatus. Hinc fit ut illic hominibus minus inſidientur, cum in mediterraneis, licet minores propter alimenti inopiam, longe tamen infeſtiores ſint hominibus. Ac hanc veram eſſe rationem, quamobrem in hoc Atlantis torrente minora ſint hæc animalia, etiam exinde colligi poteſt, quod flumina quæ in eodem Libyæ latere in Oceanum effluunt, uti Zanaga, Gambra, Niger, crocodilos & hippopotamos ferant nihilo Niloticis inferiores. Nempe quod alibi fere evenire ſolet, ut magni fluvii, piſces ferant magnos, id ipſum quoque hic contingit. Nuſquam majores & plures hippopotami, atque in Zaire, fluvio Congenſis regni, qui iiſdem ac Nilus oritur frontibus, omniumque Africæ fluminum eſt maximus ſi latitudinem & aquarum copiam ſpectes. Hujus quippe beneficio, ad octoginta nonnunquam paſſuum millia dulcis in mari eſt hauſtus. Illic hippopotami non fluviales, ſed marinæ fiunt belluæ: ac genuinis, quos utrinque cornuum inſtar alte exerunt, longe Niloticis ſæviores. Sed & crocodili quoque, & iſtic & per univerſam Africæ oram Zonæ fervidæ ſubjectam, non pares tantum Niloticis, ſed & ſæpe majores. Superioribus annis Luſitani ad Cuama, qui & ipſe vaſtiſſimi alvei eſt fluvius, iiſdemque ac Zaire oritur fontibus, quamvis in contraria fluit, invenere cadaver crocodili ad ſexaginta pedes porrectum. Medii corporis ambitus triginta circiter erat pedum. In vaſtis novi orbis flu-

ſæviat, oculos ejus vidiſſe mortiferum.
100 [22] Contra eoſdem ſunt inſulæ Gorgades, domus (ut ajunt) aliquando Gorgonum. Ipſæ terræ [23] promuntorio cui ἑσπέρου κέρως nomen eſt, finiuntur.

minibus affirmant Hiſpani viſos à ſe Crocodilos qui ad centum pedes excreviſſent. Cum his comparati Nilotici, lacerti poſſint videri.

22. *Contra eoſdem ſunt inſulæ Gorgades*] Dum non unum tantum Hannonem, ſed alios quoque ſequitur auctores, iterum peccat. Monuimus ſuperius, oram Africæ Atlanticam, antequam arma Romanorum eo pervenirent, ex uno tantum notam fuiſſe Hannone. Is vero inſulam in qua Gorgides vel Gorgones eſſent fœminæ, tridui navigatione ultra Θεῶν ὄχημα collocat. Quomodo ea hoc noſtro ſeculo appellatur, ſuperius indicavimus. Hic vero per Gorgonum inſulam intelligenda eſt Cerne, nam in hac Gorgones habitaſſe retulere Palæphatus, Diodorus & alii, confundentes eam cum vera Gorgonum inſula, quam multo eſſe remotiorem manifeſte ex ipſo Hannone colligi poteſt. Cerne vero hodie eſt Arguin, inſula dulcibus ſcatens aquis, ad commercia cum Æthiopibus valde appoſita, ac ob hoc ipſum à Luſitanis commendata. Diximus de hac nonnulla ſuperius, & plura ad Hannonem ſumus dicturi.

23. *Promuntorio cui Ἑσπέρου κέρως nomen eſt*] Plinius ut ſæpe, ita quoque hic male ſenſum auctoris noſtri percepit. Non enim à ſeptentrione in meridiem, ſed à meridie ſeptentrionem verſus procedit. Hinc factum eſt, ut lib. v. c. 1. Heſperium Ceras ſive promuntorium decem dierum navigatione meridionalius eſſe ſcribat, atque ſit Theôn ochema. Multo vero rectius Mela noſter; ut ex ipſo liquet Hannone. Eſt vero Ἑσπέρου κέρως promuntorium illud famoſum, quod Viride appellatur. Valde hallucinatur Salmaſius cum hoc negat, ac caput Palmarum interpretatur, eo enim uſque non eſt progreſſus Hanno, ut jam oſtendimus.

CAP. X.

ATLANTICUM MARE AC HUIC ADSITA ÆTHIOPIÆ AC MAURITANIÆ PARS.

INde incipit frons illa, quæ in occidentem vergens mari Atlantico alluitur. Prima ejus Æthiopes tenent, media nulli. Nam aut exusta sunt, aut arenis obducta, aut infesta serpentibus. [1] Exustis insulæ apositæ sunt, quas Hesperidas tenuisse memoratur. [2] In arenis mons est Atlas, densè consurgens, verum incisis undique rupibus præceps, invius, & quò magis surgit exilior, qui quod altiùs quam conspici potest, usque in nubila erigitur, cœlum & sydera non tangere modò vertice, sed sustinere quoque dictus est. [3] Contra Fortunatæ insulæ abundant sua sponte genitis, & subinde aliis super aliis in-

1. *Exustis insulæ oppositæ sunt, quas Hesperidas tenuisse memoratur*] Ut in Gorgadum, sic quoque in harum insularum situ variatur. Prima harum cognitio ex Hannonis periplo promanavit. Ex eodem fonte Hesperidum horti aliaque, quæ omnia Græci fabellis suis inquinarunt, ut superius monuimus.

2. *In arenis mons est Atlas densè consurgens*] Scripti libri aliter, sic nempe; *In arenis mons est satis densè consurgens*. Forsan hic novum caput incipit, cujus inscriptio fuit, *Atlas & Atlanticum Pelagus*. Itaque non opus fuit vocabulum Atlantis repetere.

3. *Contra Fortunatæ insulæ, abundant sua sponte genitis*] Quia in numero Fortunatarum non conveniunt veteres, ideo non addi-

sponte genitis, & subinde aliis super aliis in-

nas-

addidit quot sint insulæ, quæ titulo hoc gaudeant. Sex recenset Ptolemæus. Marcellus vero in Æthiopicis apud Proclum lib. 1 in Timæum, decem numerat, septem Proserpinæ sacras, ac tres alias, Plutoni, Ammoni ac Neptuno consecratas. Duas memorat Plutarchus in Sertorio, nec plures nominat Sebosus apud Plinium lib. VI. cap. XXXII. Postquam enim Junoniam, Pluvialiam, Caprariamque recensuit, addit; *Ab his* CCL *Fortunatas contra lævam Mauritaniæ in* VIII. *Oram solis vocari in valle à convexitate, & Planasiam à specie convallis, circuitu* CCC. Infeliciter admodum & se, & Plinium exercet interpres Solini, ut aliquid ex his verbis excudat. Utique scribendum; *Ab his* CCL *Fortunatas contra lævam Mauritaniæ in* VIII *horam solst. Vocari Convalliam à devexitate, & Planasiam à specie. Convalliæ circuitum* CCC. Dicit Fortunatas insulas abesse à prædictis insulis CCL P. M. contra lævam Mauritaniæ in octavam horam solstitialem. Miser est in literis qui hæc aut non intelligat, aut non probet. Duæ itaque juxta Sebosum sunt Fortunatæ Convallia & Planaria. Sic quoque sensisse Jubam auctor est Plutarchus, qui totam hanc de beatis insulis historiam, ex Juba se hausisse profitetur. Plinius tamen, quod miror, sex Fortunatas ex Juba describit. Fieri ergo non potest, ut non vel Plinius, vel Plutarchus erraverint, tam diversam Jubæ sententiam adfingendo. Pro Plinio videtur stare Ptolemæus, quum & ipse sex numerat. Quæ Pluvialia est Ptolemæo, Plinio Ombrios idem significante vocabulo appellatur. Sequentium nomina sic apud Ptolemæum ope veterum librorum refingenda; Καπραρία νῆσος. Καπραρία νῆσος. Νιγγουαρία νῆσος. Ninguariam etiam vocant vetera Plinii exemplaria, non Nivariam. Junonias duas recenset Plinius, Ptolemæus inter Fortunatas unam tantum, sed hujus loco adjecit Ἀπρόσιτον νῆσον, id est, *insulam inaccessam*. Eadem hæc possit videri, atque illa quæ ab Hispanis appellatur *la encantada*, & *la non trovada*, ac insuper S. Borodonis insula, de qua multi multa nimium narrant. Proculdubio ex inaccessa hac Ptolemæi altera ista nata est fabella. Quamvis enim etiam illi qui hæc maria sulcarunt, hanc describant, ac non desint quoque qui se eminus eam vidisse affirment, quique naturam soli ac incolarum statum commemorent, hæctamen omnia efficere non possunt, quominus insula hæc fabulosis non sit accensenda. Borodonis, Brondonis, Brendaonis, adeo enim diversis hoc vocabulum concipitur modis, manifeste ex S.

Bran-

nascentibus nihil sollicitos alunt, beatius quam aliæ urbes excultæ. [4] Una singulari duorum fontium ingenio maxime insignis: alterum qui

Brandano corruptum est. Iste vero Brandanus aut Brendanus Scotus fuit, & quidem Sanctus, ut fabulantur. Longa in ejus vita occurrit historia de insula quadam inaccessa & irreperibili, quam ipse solus, si bene memini, adierit. Ut autem solent vagari fabellæ, non uno hæc insula describitur loco. In ipsa Brandani vita, quæ nunc non est ad manum, nisi me fallat memoria, circa Hiberniam alicubi describitur. Nonnulli in Indico eam collocant Oceano, ultra caput bonæ Spei orientem versus ducentis leucis. Alii alibi in eodem Oceano. Plurimi vero hanc in Atlantico collocant mari, centum circiter leucis remotam à Canariis insulis Zephyrum versus. Verum Ptolemæus aliquanto continenti propiorem facit, ac Fortunatis annumerat, & rectius quidem mea sententia. Causam siquidem fabellæ hanc esse existimo. Ἄποστος sive Inaccessa, & Ninguaria eadem est, licet illas distinguat Ptolemæus. Niguaria vero sive Nivaria, utrumque enim rectum esse norunt qui Latine sciunt, non potest alia esse ab illa, quæ hodie Tenarissa vocatur. Nam cum in cæteris Canariis nullæ unquam nives compareant, hæc sola iis abundat. Adsitis quippe insulis modice supra mare exstantibus, una hæc in tantum surgit altitudinem, ut etiam nivium natalibus locis non se inserat modo, verum illa excedat quoque, omniumque orbis insularum celsissima esse credatur. A ducentis & sexaginta passuum millibus conspicua est navigantibus, verum non semper, sed auroræ tantum tempore, & demum sole occaso. Illo enim orto & præcipue meridie, non cernuntur ea quæ procul admodum absunt, quia vapores adeo condensantur ut aër oculis non sit pervius. Verisimile est, idem quoque illis contigisse, qui primi in hanc insulam penetrare conati sunt; Viderunt eam à tam vasto intervallo tanquam propinquam, hæc vero orto sole evanuit. Ipsum hoc postera & tertia luce evenit. Nautæ & vectores intervalli immensitate decepti, oculorumque judicio se nihil aut parum admodum proficere arbitrati, ventis licet secundis, aut cursum suum teneri, aut insulam perpetuo fugere existimarunt. Ex hoc spectaculo, quod sæpe experiuntur navigantes, originem habuit inaccessa Ptolemæi, ac tot aliæ ejusdem naturæ insulæ.

4. *Una singulari duorum fontium ingenio maxime insignis*] Pli-

qui gustavere [5] risu solvuntur; ita affectis remedium est ex altero bibere. Ab eo tractu quem feræ infestant, proximi sunt [6] Himantopo-

Plinius ex Jubâ meminit quidem fontis in insulis Fortunatis, verum diversæ virtutis. De Ombrio insula scribit; *habere in montibus stagnum, arbores similes ferulæ, ex quibus aquæ exprimantur, ex nigris amara, ex candidioribus potui jucunda.* Salmasius & alii de cannis sacchariniis hæc Jubæ verba accipienda esse contendunt; nempe quia saccharum in insula Madera provenit. Sed olim aliter fuit; Una perpetuaque fuit sylva tota hæc insula, eaque densa ac impervia. Lusitani flammas admoverunt. Hinc insecutum septem annorum incendium. Sic demum patefacta terra, sachariferas cannas intulere Lusitani. In aliis tamen Fortunatis saccharum, ante Hispanorum adventum, proveniisse non negaverim, præsertim in illa quæ dicitur Canaria magna. Sed nequaquam de sacchâro accipi posse hunc Jubæ locum, libenter, ut puto, admittet, qui vel aliquid saltem inaudierit de famosa illa arbore in Ferro insula, cujus stillatitia aqua universis sufficit insulanis, quamvis unica sit. Est illa in summitate montis, è medio surgit stagno, est generis ferulacei, potum vero præstat jucundissimum. Olim, ut videtur, solitaria non fuit, sed verisimile est insulanos succidisse cæteras, cum una sufficeret. Porro quamvis hæc arbor miraculis merito accenseri debeat, non tamen caret exemplo. In Divi Thomæ insula media mons est excelsus admodum, cujus vertex opaca semper & amœna viret silva. Huic perpetuo incubant nubes. Ab hoc mutuo amplexu, fit ut rami foliaque arborum tam largos exsudent imbres, ut illi ad irrigandam vastam illam sachariferarum arundinum copiam sufficiant. Sed etiam apud Orientales Indos inter Paleacatam & Narsingam vallis est quæ stillantibus id genus arboribus abundat. Has, qui viderunt, adfirmant similes esse sycomoris.

5. *Risu solvuntur in mortem*] Absunt duo posteriora vocabula à melioribus libris. Quare illa sustulimus.

6. *Himantopodes inflexi lentis cruribus*] Legit Salmasius, *fluxi lentis cruribus*, conjectura minime probabili. Utique sic scripsit Mela; *Himantopodes inflexis lenti cruribus.* Hoc loripedum proprium est. Causa vero quamobrem Æthiopum quidam loripedes fuerint, hanc fuisse existimo, quod illi genuum conchæ amputarentur. Origenes Philocalia cap. XXII. Καὶ πάλιν τῶν δὲ πνωὴ τῶν ἐν Αἰθιοψὶ ζῶς δὲ τὶς κόψας τῶν γονάτων ἀφειλε-

topodes inflexi lentis cruribus, quos ſerpere quam ingredi referunt. Deinde [7] Pharuſi aliquando tendente ad Heſperidas Hercule dites: nunc inculti, & niſi quod pecore aluntur, admodum inopes. Hinc jam lætiores agri

7. Recte itaque inflexa vocat Æthiopum iſtorum crura, ablata enim patella neceſſario retro incurvabantur. Idem de Scritofinnis retulere nonnulli, nempe illis abeſſe genuum conchas, ac crura habere in utramque partem flexilia, ideoque eſſe celerrimos. Sed mera hæc eſt impoſtura. Illud verum, gentes hyperboreas, inti Lappones, Scritofinnos, ac præſertim Samoyedos, continentem Tartariæ ex adverſo novæ Zemblæ habitantes, genua habere extrorſum flexa, ſuras vero è directo oppoſitas. Sive id naturæ beneficio, ſive conſuetudine perticarum, quibus ſuper glaciem & nives feruntur, ſint adſecuti, alia fuerit quæſtio; illud conſtat, minime his deeſſe patellas quas vocant. Verum quia, ut diximus, genua habent extrorſus flexa, idcirco eorum crura in utramque partem quadam tenus moventur, antrorſum nempe & retrorſum. At vero ſi genua ipſorum fulcro patellarum carerent, æque ac Æthiopes iſti eſſent loripedes. Hoc tamen minime verum eſt, quin potius curſu inceſſuque immenſum quantum præ cæteris mortalibus valent. Quia vero genua extrorſum flexa habent, ideo cum currunt, non recta, ſed oblique cancrorum more feruntur. Ut vero ad Æthiopes redeamus abſurdum fuerit exiſtimare, gentem aliquam adeo unquam ſtultam fuiſſe, ut ſponte ſua loripedes eſſe voluerint. Fugitivis proculdubio & furibus talis conſtituta fuit pœna, quominus ad maleficia prompti ac parati eſſent.

7. *Pharuſii aliquando tendente ad Heſperidas Hercule dites, nunc inculti* &c.] Otioſas habuere manus, qui hæc interpolarunt. Plinius lib. v. cap. VIII. *Pharuſii quondam Perſæ, comites fuiſſe dicuntur Herculis ad Heſperidas tendentis.* Salmaſius hoc loco legit, *per ſe comites*, & interpretatur, *ſua ſponte*, prorſus ridicule. Vulgatam lectionem veram eſſe apparet ex Salluſtio. Is enim in Jugurthino, ubi de Herculis exercitu in diverſas oras dilapſo agit, addit; *Ex eo numero Medi, Perſæ & Armenii navibus in Africam tranſvecti, proximos noſtro mari locos inhabitavere: Sed Perſæ intra Oceanum magis, hique alveos navium inverſos pro tuguriis habuere.* Nempe Perſas iſtuc conceſſiſſe ſcribit, ubi hic Pharuſios deſcribit Pomponius.

8. *Amœ-*

agri [8] amœnique ſaltus ebeno, terebintho & ebore abundant. Nigritarum Gætulorumque paſſim vagantium ne littora quidem infœcunda ſunt, [9] purpura & murice efficaciſſimis ad tingendum; & ubique quæ tinxere clariſſima. Reliqua eſt ora Mauritaniæ exterior & in finem ſui faſtigantis ſe Africæ noviſſimus angulus; iiſdem opibus, ſed minus dives.

8. *Amœnique ſaltus terebintho arbore abundant*] Non veriſimile eſt, auctorem noſtrum, unam tantum terebinthum, inter delitias Africæ retuliſſe, cum ea arbor alibi quoque ſatis ſit frequens. Meliores manu exarati libri, ita habent; *Beroteberini ebore abundant.* Aliorum conjecturas commemorare non eſt noſtri otii, ego ſic ſcribendum conjicio; *ebeno, terebintho, & ebore abundant.* Ebur hic accipi poſſit pro foſſili ebore, verum malo id ſimpliciter intelligere de elephantis. Sic Plinius de hoc ipſo tractu lib. v. cap. I. *cum ebore citroque ſilvæ exquirantur, omnes ſcopuli Gætuli muricibus ac purpuris.*

9. *Purpura & murice efficaciſſimis ad tingendum, & ubique quæ tinxere clariſſima*] Fruſtra ſemetipſos inquietant nonnulli in hoc loco reformando, cum optime ſeſe habeat. Pertinent hæc ad laudem purpuræ Gætulicæ, quam adeo efficacem eſſe dicit, ut ubique locorum gentiumque Gætulica pro optima & clariſſima habeatur. Laudat quoque illam Plinius verbis paulo ante memoratis. De hac ipſa etiam purpura accipiendus eſt Petronii locus, qui mirum quantum omnes exercuit criticos.

Heſperia concham laudabat miles in unda,
Quæſitus tellure nitor certaverat oſtro.

Salmaſii conjectura, quam aliquot locis proponit, abeſt multum à veteri ſcriptura, ac merum facit frigus. Quis enim credat, Satyricum de profligatiſſimo ſeculi ſui luxu verba factutum, à minio & cocco Hiſpanico, omnium ut teſtatur Plinius viliſſimo, ordiri voluiſſe? Illa vero lectio, quam hic exhibemus, non recedit à libris veteribus, ac ſenſum exhibet veriſſimum. Dicit nempe eo creviſſe luxuriam, ut jam ſordeant Tyriæ Theſſalicæque purpuræ: conchas jam peti ex unda Heſperia, ſive mari Atlantico; oſtrum vero, quod maria largiuntur; jam in tellure quæri. Prior verſus accipiendus eſt de purpura, ut diximus, Gætulica, alter vero de cinnabari.

Utrum-

dives. Cæterum ſolo etiam ditior & adeo fertilis eſt, ut frugum genera non cum ſerantur modo benigniſſimè procreet; [10] ſed quædam profundat etiam non ſata. Hic Antæus regnaſſe dicitur, & ſignum quoque fabulæ clarum prorſus oſtenditur collis modicus reſupini hominis imagine jacentis, illius, ut incolæ, ferunt tumulus: unde ubi aliqua pars eruta eſt, ſolent imbres ſpargi, [11] & donec effoſſa repleantur veniunt. Hominum pars ſylvas frequentat, minus quam quos modo diximus vagi. Pars in urbibus agunt, quarum, ut inter parvas, opulentiſſimæ habentur

Utrumque proveniebat in ditione Jubæ, ſub cujus principatu Gætulica purpura Romanis primum innotuit. Hinc Purpurariæ inſulæ ex adverſo Autololum ſitæ, quas prædictus Rex purpurarum tincturæ deſtinarat, ut teſtatur Plinius. Ex iiſdem quoque inſulis cinnabari Romam advehebatur. Sane hodie etiamnum frequens eſt ſatis in inſulis Fortunatis arbor illa, quæ cinnabarin gignit. Vulgo ſanguinem draconis appellant, nec quidquam notius hoc ſeculo mulieribus, illis præſertim quæ formam ſuam non negligunt. Gingivis enim & dentium nitori prodeſt quam plurimum, ſive in pollinem comminutus, ſive malvæ bacillis illitus fuerit. Quamvis autem veterum complures hanc arborum lacrimam, ſaniem eſſe draconum arbitrati ſint, non defuiſſe tamen qui recte ſenſerint, apparet ex periplo maris Erythræi, unde apparet arborem hanc frequentem fuiſſe in inſula Dioſcuriade. Deſcriptionem ejus vide apud Cluſium. Copioſe quoque apud Mexicanos, & alibi terrarum provenit.

10. *Sed quædam profundat etiam ſponte nata*] Vetetes membranæ legunt, *ſed quædam profundat etiam nata*. In aliis eſt *etiam nota*. Utique verum eſt quod repoſuimus.

11. *Et donec effoſſa repleantur veniunt*] Aliter *deveniunt*. In uno tantum codice abeſt hoc vocabulum, & ſic ſcribitur totus hic locus. *Unde aliqua pars eruta eſt, ſolent imbres ſpargi, donec effoſſa*

tur procul a mari [12] Gilda, Volubilis, Priſciana. Propius autem Sala [13] & Lixo flumini Linx proxima. Ultra eſt colonia, & fluvius Zilia, & unde initium fecimus Ampeluſia in noſtrum jam fretum vergens promuntorium, operis hujus atque Atlantici littoris terminus.

repleantur. Sane poſtremum hoc vocabulum redundare videtur.

12. *Gilda, Volubilis, Priſciana*] Ex veſtigiis veterum membranarum hæc correximus. Gilda vetum eſt nomen hujus oppidi, non Σίλδα, uti perperam apud Ptolemæum. Sic quoque habent Stephanus & Antoninus. Volubile & Volubilis, ac Volubilienſes populi memorantur à multis. Priſcianæ ſolus quod ſciam meminit Ptolemæus. Sed apud illum perperam Πισχιάνα aut Πλασχιάνα vulgo legitur, pro Περσχιάνα.

13. *Et Lixo flumini Lynxo proxima*] Hæc lectio proxime accedit ad illam quæ in veteribus libris comparet; ac confirmat eam Stephanus, qui docet ex Artemidoro oppidum hoc vocari Λυγξώ. Aliis eſt Linx & Lixa. Valde autem errant, qui hanc cum Tinge confundunt, ac Strabonem teſtem advocant. Non ſemel iſtic loci impingere Strabonem ad Hannonem docebimus.

FINIS.

INDEX IN POMP. MELAM.

Prior numerus Librum, ſequens Caput, tertius Verſum indicat.

A.

ABdera II. 2. 121. & 6. 70.
Abrotonum I. 7. 18.
Abydos I. 19. 2. & II. 2, 85.
Abyla mons. I. 5. 18.
Academia I. 18, 11.
Acanthos urbs II. 2. 127.
Acanthos urbs. I. 16. 18.
Acarnania II. 3. 53.
Aceſine III. 7. 79.
Achaia II. 3. 52.
Achæi I. 19. 108.
Ἀχαιῶν λιμήν I. 18. 29.
Achelous fl. II. 3. 163.
Acheruſia ſpecus I. 19. 57.
Achillea II. 7. 14.
Acritas II. 3. 126.
Acragas II. 7. 178.
Acroathon II. 2. 144.
Acrocorinthos II. 3. 121.
Acronius III. 2. 73.
Actium II. 3. 167.
Adiabene I. 11. 4.
Adramyttion op. I. 18. 18.
Adria II. 4. 55.
Adriaticum mare I. 3. 20.
Abobrica III. 1. 95.
Æas fl. II. 3. 186.
Ædui III, 11. 40.
Ægæum mare I. 3. 18. & II. 11. 99.
Ægates II, 7. 73.
Ægilia II. 7. 111.
Ægion II. 3. 157.
Æææ II. 7. 192.
Ægos fl. II. 2. 84.
Ægipanes I. 4. 36. & 8, 69.
Ægina inſ. II. 7. 98.
Ægira II, 3. 157.
Ægyptus I. 9. 1.
Æmodæ inſ. III. 6. 78.
Ænaria II. 7. 198.
Aënnum pr. III. 8. 65.
Ænos II. 2. 108.
Æolis I. 2. 69. & 18. 1.

Æſis

Æſis II. 4. 47.
Æſtria II. 7. 145.
Æſculapii templum II. 3. 129.
Æthiopes I. 2. 40. III. 9. 1.
Æthiopicum mare I. 4. 18.
Ætna II. 7. 185.
Ætolia II. 3. 53.
Ætoli II. 3. 154.
Africa I. 4. 1.
Agatha II. 5. 58.
Agathyrſi II. 1. 19.
Aiacis ſepulchrum I. 18. 51.
Albani III. 5. 38.
Albigaunum II. 4. 115.
Albion Gigas II. 5. 38.
Albis fl, III, 3. 37.
Alexandria I. 9, 122.
Aleria II. 7. 207.
Allobrogi II. 5. 10.
Alone op. II. 6. 61.
Alope II. 3. 97.
Alopeconneſus II. 2. 107.
Aloros II. 3. 18.
Alpes II. 4. 119.
Alpheus fl. II, 3. 144.
Alpheus amnis II. 7. 172.
Altinum II. 4. 30.
Amanus mons I. 12. 33.
Amardi I. 11. 55. & III. 5. 39.
Amaſis rex, I. 9. 108.
Amazones I. 2. 42. & 17. 21. & III. 5. 36.
Amazonici montes I. 19. 98.
Amazonum caſtra I. 19. 72.
Ambracia II. 3. 168.
Ambracius ſinus II. 3. 163. & 7. 108.
Amiſius III. 3. 36.
Amiſos I. 19. 68.
Ammodes pr. I. 13. 7.
Ammonis oraculum I. 8. 2.
Ampeluſia promunt. I. 5. 7. & III. 10. 50.
Amphipolis II. 2. 125.
Amphilochis II. 3. 167.
Amphiarai fanum II. 3. 103.
Ampſagæ I. 6. 2.
Amyclæ II. 3. 70.
Anas. fl. II. 6. 26.
Anaximander I. 17. 8.
Ancon II. 4. 51.
Ancona ibidem.
Anchialos II. 2. 64.
Andromeda I. 11. 24.
Andros inſ. I, 18. 25.
Andros II, 7. 119.
Androphagi III. 7. 6.
Anemurium promunt. I. 13. 58.
Annibalis port. III, 1. 60.

Antandrus I. 18. 21.
Antæus I. 5. 11.
Antæus rex III. 10. 37.
Anthedon II. 3. 97.
Antichthones I. 1. 14.
Antiochia I. 11, 7. & 12, 29.
Anticyra II. 3. 159.
Anticinolis I. 19. 65.
Antipolis II. 5. 22.
Anthropophagi II. 1. 130.
Antissa op. II. 7. 36.
Antium II. 4. 108.
Antronia II. 3. 57.
Antros inf. III. 2. 55.
Apenninus II. 4. 5.
Aphrodisias promunt. I. 16. 17.
Aphrodisium II. 4. 108.
Apis numen Ægypti I. 9. 100.
Apollinis delubrum I. 15. 20.
Apollinis fanum I. 17. 23. & II. 3. 61.
Apollinis templum I. 9. 62.
Apollonia I. 8. 16. & II. 2. 66. & 3. 188.
Appuli II. 4. 16. & 57.
Apsoros II. 7. 142.
Apsyrtis II. 7. 142.
Aquileia II. 4. 30.
Aquitania III. 2. 37.
Arabia I. 2. 65. & 10. 1.
Arabia urbs III. 8. 62.
Arabes I. 2. 39.
Arabicus sinus III. 8. 11.
Arados II. 7. 53.
Aratus poëta I. 13. 13.
Arauris II. 5. 57.
Arausio II. 5. 12.
Araxes III. 5. 44.
Araxos II. 3. 127.
Arcadia II. 3. 53.
Arcesilas I. 18. 10.
Archias princeps I. 19. 38.
Ardea II. 4. 109.
Arecomici II. 5. 11.
Arelate II. 5. 13.
Arethusa fons II. 7. 171.
Argia Amphilochis II. 3. 167.
Argonavis II. 3. 92.
Argolis II. 3. 52.
Argos II. 3. 67.
Argyre inf. III. 7. 88.
Aria I. 2. 37. & II. 7. 15.
Ariane I. 2. 37.
Arimaspi II. 1. 17.
Ariminum II. 4. 46.
Arisba II. 7. 37.
Armeniæ pylæ I. 15. 15.
Armenii I. 2. 55.
Arrichi I. 19. 127.
Arsinna I. 6. 12.
Arsinoë urbs I. 8. 16.
Arsinoë III. 8. 66.

Arta-

Artabri III. 1. 92.
Artemisiæ opus I. 16. 24.
Arusace fl. III. 7. 109.
Arymphæi I. 19. 151.
Ascalon I. 11. 18.
Ascanius I. 18. 22.
Asia I. 11. 1.
Asine II. 3. 146.
Aspendos I. 14. 7.
Asson I. 18. 28.
Assyrii I. 2. 62.
Astaboras I. 9. 13.
Asta Colonia III. 1. 37.
Astacon I. 19. 32.
Astapes I. 9. 14.
Astigi II. 6. 34.
Astypalæa II. 7. 137.
Astures III. 1. 93.
Astyra op. I. 18. 19.
Atacini II. 5. 14.
Atax fl. II. 5. 59.
Aternus fl. II. 4. 58.
Athenæ II. 3. 65.
Athenopolis II. 5. 24.
Athos mons II. 2. 133.
Atlantes I. 4. 34. & 8. 41.
Atlas mons III. 10. 7.
Atlanticus Oceanus I. 3. 4.
Attis II. 3. 50.
Atyras II. 2. 74.
Avaticorum stagnum II. 5. 33.
Auchetæ II. 1. 127.
Avenio II. 5. 10.
Avernus II. 4. 101.
Aves fl. I. 6. 16.
Ausidum II. 4. 66.
Augilæ I. 4. 33. & 8. 54.
Augusta III. 2. 42.
Augusti turris III. 1. 83.
Augustodunum III. 2. 43.
Aulis II. 3. 98.
Avo III. 1. 75.
Ausci III. 2. 40.
Automoloe III. 9. 6.
Autrigones III. 1. 113.
Axenus I. 19. 52.
Axiacæ II. 1. 74. & III.
Axiaces II. 1. 73.
Axius fl. II. 3. 14.
Azotus portus I. 10. 5.

B.

BAbylon I. 11. 12.
Babylonia. I. 11. 5.
Babylonii I. 2. 62.
Bactri I. 2. 45.
Bæterra II. 5. 14.
Bæti III. 5. 97.
Bætis III. 1. 40.
Bætullo II. 6. 43.
Bætica II. 6. 22. & III. 1. 30.
Bagrada flumen I. 7. 11.
Baiæ II. 4. 102.
Balearides II. 7. 220.
Balsa III. 1. 58.
Barbesul. II. 6. 72.

Bar-

Barcino II. 6. 44.
Bargylos I. 16. 27.
Barium II. 4. 67.
Barrigenæ III. 6. 30.
Basilidæ II. 1. 105.
Basilicus sinus I. 16. 27.
Bastuli III. 1. 33.
Bechiri I. 19. 84.
Belgæ III. 2. 39.
Belo II. 6. 88.
Berytos urbs I. 12. 31.
Bergion II. 5. 38.
Beronice III. 8. 63.
Besippo II. 6. 88.
Bithyni I. 19. 1.
Bithynis fl. II. 2. 73.
Bizone II. 2. 61.
Blanda II. 4. 92. & 6. 43.
Blemmyes I. 4. 36. & 8. 67.
Bocchus I. 5. 39.
Boëotis II. 3. 50.
Bononia II. 4. 22.
Borion promunt. I. 7. 37.
Borysthenes fl. II. 1. 56. & II. 7. 12.
Borysthenis opid. II. 1. 65.
Bosporus II. 2. 71.
Bosporus Cimmerius I. 1. 42.
Bosporus Thracius I. 1. 40.
Botrys op. I. 12. 13.
Braccata Gallia II. 5. 7.
Branchidæ I. 17. 4.
Brauronia II. 3. 105.
Britannia III. 6. 37.
Britannicus Oceanus I. 3. 4.
Brutii II. 4. 19.
Brutius ager II. 7. 148.
Brundusium II. 4. 68.
Bubastis urbs I. 9. 116.
Bubessius sinus I. 16. 16.
Buca urbs II. 4. 58.
Bucephalos II. 3. 125.
Buces fl. II. 1. 19.
Budini I. 19. 147.
Butrhoton II. 3. 168.
Buzeri I. 19. 84.
Buxentum II. 4. 93.
Byblos op. I. 12. 13.
Bysanthe Samiorum II. 2. 76.
Bythini I. 19. 1.
Byzantium II. 2. 72.

C.

CAdusii I. 11. 49.
Cæsarea I. 6. 9.
Calbis amnis I. 16. 8.
Cæpionis munimentum III. 1. 39.
Cæsar augusta II. 6. 33.
Caicus I. 18. 9.
Calabri II. 4. 16.
Calatis II. 2. 58.

Calydon II. 3. 160.
Calarnea turris II. 11. 126
Calauria II. 7. 100.
Calliaros II. 3. 60.
Callipidæ II. 1. 73.
Callipolis II. 4. 71.
Καλὸς λιμὴν II. 1. 28.
Calpe mons I. 5. 18. & II. 6. 76.
Calymnia II. 7. 115.
Calypso II. 7. 192.
Cambyses I. 11. 16. & III. 5. 60.
Camiros II. 7. 41.
Campania II. 4. 19.
Canastræum promunt. II. 3. 9.
Candari I. 2. 45.
Cana op. I. 18. 12.
Cane III. 8. 63.
Canopus II. 7. 57.
Canopos II. 7. 56.
Cantabri III. 1. 109.
Canusium II. 4. 65.
Caphareum II. 7. 83.
Capua II. 4. 23.
Cappodoces I. 2. 57. & III. 8. 43.
Capraria II. 7. 204.
Capreæ II. 7. 200.
Κάπρου λιμὴν II. 11. 127.
Carambis promunt. I. 19. 63.
Carambicum promunt. II. 1. 29.
Carbania II. 7. 203.
Carcine urbs II. 1. 40.
Carcinites sinus II. 1. 40.
Carcinus II. 4. 84.
Cardia II. 2. 108.
Caria I. 2. 69. & 16. 1.
Caria portus II. 2. 58.
Carmani III. 8. 30 & 55.
Carni II. 4. 14.
Carpathium mare II. 7. 141.
Carpathos II. 7. 141.
Carthago urbs I. 7. 11.
Carthago II. 6. 66.
Cartenna oppidum I. 6. 11.
Carteia II. 6. 83.
Caryanda I. 16. 26.
Carystos II. 7. 94.
Casius mons I. 10. 4. & III. 8. 21.
Caspiæ pylæ I. 15. 14.
Caspiani I. 2. 41.
Caspii I. 19. 98. & III. 5. 36.
Caspium mare III. 5. 24.
Caspius sinus I. 2. 37.
Cassandria II. 3. 17.
Cassiterides III. 6. 25.
Castanæa II. 3. 19.
Castra Cornelia I. 7. 10.
Castra Dellia. ibid.
Castrum novum II. 4. III.

Catabathmos I. 8. 18.
Cataractes fl. l. 14. 9.
Catina ll. 7. 170.
Catoblepas fera lll. 9. 93.
Cavares ll. 5. 10.
Caucasus l. 15. 13.
Caucasii l. 19. 99.
Caulonia ll. 4. 86.
Caunus op. l. 16. 8.
Caystrus amnis l. 17. 22.
Cecina ll. 4. 112.
Cedrosis vide Gedrosis.
Celadus lll. 1. 76.
Celendris l. 13. 58.
Celtæ lll. 2. 38.
Celtici lll. 1. 74.
Celticum promunt. lll. 1. 73.
Cenchreæ op. ll. 3. 117.
Cenæum pr. ll. 7. 84.
Centuripinum ll. 7. 181.
Cephalenia ll. 7. 104.
Cepœ urbs l. 19. 119.
Cepheus l. 11. 20.
Ceraunii l. 19. 97.
Ceraunii montes ll. 3. 168.
Ceraunii saltus lll. 8. 101.
Cerberus l. 19. 59.
Cerasus urbs l. 19. 84.
Ceramicus sinus l. 16. 19.
Cercasorum op. l. 9. 22.
Cercetici l. 19. 109.
Cercinna prom. ll. 7. 71.
Cereris templum ll. 7. 182.
Cervaria ll. 5. 91. & 6. 35.
Cestros fl. l. 14. 9.
Chalcedon l. 19. 38.
Chalcia ll. 7. 113.
Chalcis ll. 7. 95.
Chalybes l. 19. 67.
Charybdis ll. 7. 152.
Chelidoniæ inf. ll. 7. 43.
Chelonates ll. 3. 149.
Chelonophagi lll. 8. 24.
Chemnis inf. l. 9. 61.
Cherronesus op. ll. 1. 32.
Chersonesus ll. 3. 125.
Chimæra l. 15. 3.
Chios ll. 7. 38.
Chomari l. 2. 49.
Chrysa op. l. 18. 19.
Chryse inf. lll. 7. 87.
Chryse inf. ll. 7. 138.
Cia ll. 7. 113.
Cicones ll. 2. 109.
Cicynethos ll. 7. 81.
Cilicia l. 13.
Cimbri lll. 3. 48.
Cimmerius Bosphorus l. 1. 42.
Cimmerii l. 2. 51.
Cimmerium urbs l. 19. 120.
Cinolis urbs l. 19. 65.
Cinara ll. 7. 114.
Cinyps fl. l. 7. 33.

Cios

Cios emporium l. 19. 28.
Circeii ll. 4. 108.
Circes domus ll. 4. 107.
Cirta urbs l. 6. 5.
Cirrha ll. 3. 160.
Ciffianti l. 2. 51.
Cistena urbs l. 18. 17.
Cithæron ll. 3. 63.
Cithariftes ll. 5. 25.
Clampetia ll. 4. 92.
Clarius Apollo l. 17. 23.
Clazomena l. 17. 32.
Cleona ll. 2. 128.
Climberrum lll. 2. 43.
Cliternia ll. 4. 60.
Clodianus fl. ll. 6. 37.
Cluana ll. 4. 54.
Clupea l. 7. 18.
Cnemides ll. 3. 97.
Coamani l. 2. 47.
Codanus sinus lll. 3. 37.
Cœle Syria l. 11. 3.
Cœlos ll. 2 93.
Colchi l. 19. 89.
Colice l. 19. 107.
Colis pr. lll. 7. 69.
Coloba pr. lll. 8. 65.
Colonia Zilia lll. 10. 50.
Columnæ Herculis l. 5. 19. ll. 6. 75.
Columna regia ll. 4. 88.
Colophon l. 17. 26.
Colophonii l. 19. 26.
Colubraria ll. 7. 232.
Comageni l. 2. 56.
Comari l. 2. 46.
Comata Gallia lll. 2. 35.
Concordia ll. 4. 27.
Consilinum ll. 4. 86.
Κωφὸς portus ll. 3. 7.
Cophen fl. lll. 7. 79.
Coraxicus mons lll. 5. 60.
Coraxici montes l. 19. 99.
Coraxi l. 19. 52.
Corcyra ll. 7. 109.
Corcyra nigra ll. 7. 144.
Corduba ll. 6. 34.
Corinthos ll. 3. 119.
Coros lll. 8. 31.
Cornelius Nepos lll. 5. 92.
Corocondama l. 19. 117.
Corsica ll. 7. 206.
Corycos op. l. 13. 16.
Corycius specus l. 13. 19.
Coryna l. 17. 35.
Cos ll. 7. 38.
Cosura ll. 7. 194.
Cossa ll. 4. 112.
Cothon ll. 7. 112.
Cragus mons l. 15. 23.
Crete ll. 7. 122.
Creusis ll. 3. 159.
Crya promunt. l. 16. 7.
Κριὸς μέτωπον promunt. ll. 1. 29. & 7. 123.
Cromna l. 19. 64.

Croto

Croto II. 4. 81.
Crunos portus ll. 2, 62.
Cudus lll. 7. 66.
Cumæ ll. 4. 103.
Cunæus ager lll. 1. 56.
Cupra urbs ll. 4. 54.
Cyaneæ inſ. ll. 7. 25.
Cyclades ll. 7. 119.
Cyclopes ll. 7. 185.
Cydna ll. 3. 17.
Cydnus fl. l. 13, 9.
Cydon ll. 7. 134.
Cygnus op. l. 19. 105.
Cyllenius ll. 3. 79.
Cyllene ll. 3, 148.
Cyme urbs l. 18. 7.
Cimon dux. l. 14. 3.
Cynoſſema ll. 2. 95.
Cynos ll. 3. 60.
Cypariſſius ſinus ll. 3. 136, 144.
Cyprus ll, 7. 45.
Cypſela ll. 2. 77.
Cyrene urbs l. 8. 18.
Cyrenaica provincia l. 8, 1.
Cyrus lll. 5. 60.
Cythera ll. 7. 101.
Cythnos ll, 7. 116.
Cytiſorus l. 19. 64.
Cyzicum l. 19. 13.
Cyzicus l. 19. 13.

D.

DAhæ I. 2. 47. & III. 5. 70.
Damaſcene l. 11. 4.
Danubius ll. 1. 80.
Dardania urbs l. 18. 51.
Daſſaretæ ll. 3. 174.
Daſcylos l. 19. 26.
Dauni ll. 4. 16.
Deciatum ll. 5. 22.
Decumani ll. 5. 15.
Delos ll. 7. 118. lll. 5, 16.
Delphi ll. 3. 61.
Demetrion ll. 3. 87.
Democritus ll. 2. 122.
Demoſthenes ubi mortuus ll. 7, 101.
Derris prom. ll. 3, 6.
Derbices lll. 5. 40.
Dertoſa ll. 6. 49.
Deva lll. 1. 114.
Dianæ templum l. 17. 20. & 14, 12.
Dianium ll. 7. 203.
Diarrhytum l. 7. 9.
Dictynna ll. 7. 135.
Didyme ll. 7. 196.
Diogenes Cynicus l. 19. 68.
Diolcos ll. 3. 114.
Diomedis turris ll. 2. 119.
Dionyſopolis ll. 2. 63.

Dionyſa II. 7. 113.
Diomedia ll. 7. 144.
Dioſcurias l. 19. 111.
Dodonæus Jupiter ll. 3. 82.
Doris ll. 3. 49.
Doriſcos ll. 2. 109.
Δρόμος Ἀχιλλέως ll. 1. 56.
Druidæ lll. 2. 21.
Dulichium ll. 7. 105.
Durius fl. lll. 1. 69.
Didymeus Apollo l. 17. 5.
Dyrrachium ll. 3. 178.
Dyſcelados ll. 7. 142.

E.

EBora lll. 1. 36.
Ebora portus lll. 1. 82.
Ebuſos ll. 7. 225.
Ecrectice l. 19, 107.
Echidna ll. 1. 106.
Echinades ll. 7. 107.
Echinon ll. 3. 88.
Echymnia ll. 2. 127.
Egnatia ll. 4. 67.
Elæa l. 18, 9.
Electrides ll. 7. 143.
Elephantis urbs l. 9. 19, 116.
Elephantes lll. 7. 40.
Eleus ll. 2. 98.
Elis II. 3. 72.
Eleuſin ll. 3. 64.
Eliberri ll. 5. 87.
Eluro ll. 6. 43.
Emerita ll. 6. 33.
Emodes mons l. 15. 13. & lll. 7. 72.
Emporiæ l. 6. 38.
Encheliæ ll. 3. 175.
Endymion l. 17. 12.
Eniochi l. 19. 108.
Enna ll. 7. 183.
Enneapolis ll. 3. 148.
Ennius ll. 4. 67.
Eoum mare lll. 7. 1.
Epheſus l. 17. 20.
Epidamnos ll. 3. 179.
Epidaurus ll. 3. 132.
Epiros ll. 3. 54.
Eraſinus fl. ll. 3. 138.
Eretria op. ll. 7. 93.
Eretrij ll. 2. 150.
Ereſſos op. ll. 7. 37.
Erineum ll. 3. 59.
Erginus ll. 2. 74.
Erythia lll. 6. 17.
Erythræ regis monumentum lll. 8. 59.
Erymanthus ll. 3. 80.
Eryx mons ll, 7. 183.
Ἐρυθρὰ θάλασσα lll. 8. 3.
Erythras rex lll. 8. 59.
Eſſedones ll. 1. 18.
Eſtia lll. 3. 28.

Euphrates I. 11. 13 & III. 8. 34.
Eudæmon Arabia III. 8. 52.
Eubœa II. 7. 82.
Eudoxus III. 10. 51.
Euripus II. 7. 87.
Euenos II. 3. 161.
Euprosopon pr. I. 12. 12.
Europa I. 3. 1.
Eurotas II. 3. 140.
Eurymedon fl. I. 14. 2.
Euteletos II. 7. 70.
Euxinus pontus I. 1. 41.
Examatæ I. 19. 128.
Exampeus fons II. 1. 70.
Ex opp. II. 6. 71.

F.

Faneſtris colonia II. 4. 46.
Ferraria promunt. II. 6. 52.
Flevo III. 2. 80.
Firmum II. 4. 55.
Formicæ Indicæ III. 7. 25.
Fœminæ abſque maribus fœcundæ ubi III. 9. 58.
Fortunatæ inſulæ III. 10. 13.
Formiæ II. 4. 106.
Frentani II. 4. 15.
Forum Julii II. 5. 23.
Foſſa Mariana II. 5. 34.
Fundi II. 4. 107.

G.

Gades II. 7. 1. & III. 6. 5.
Gaditanus portus III. 1. 34.
Gæſus fl. I. 17. 14.
Gætuli I. 4. 30.
Gallia I. 3. 29. & III. 2. 1.
Gallia togata II. 4.
Galata II. 7. 194.
Gallogræci I. 2. 57.
Gallorum mores III. 2.
Gamphaſantes I. 4. 37. & 8. 63.
Gandamus urbs. III. 8. 63.
Ganges III. 7. 71.
Garamantes I. 4. 32. & I. 8. 48.
Gargara I. 18. 28.
Garganus mons II. 4. 61.
Garumna III. 2. 44.
Gaudos II. 7. 138.
Gaulos II. 7. 193.
Gaza urbs I. 11. 15.
Gebenni II. 5. 57.
Gebennici montes II. 5. 1.
Gedroſi III. 8. 29.
Gedroſis I. 2. 38.
Geloni II. I. 131.
Gelos portus I. 16. 11.

Genua II. 4. 114.
Georgi I. 2. 52. & II. 1. 110.
Gerros fl. II. 1. 41.
Geryon III. 6. 17.
Germani I. 3. 33.
Geræſton II. 7. 83.
Germania III. 3.
Geſoriacum III. 2. 70.
Getarum mores II. 2. 26.
Getæ II. 2. 26.
Gilda III. 10. 47.
Gnidus I. 16. 18.
Gnoſos urbs II. 7. 133.
Gorgades inſ. III. 9. 100.
Gorgones III. 9. 101.
Gortyna II. 3. 19.
Gortyna II. 7. 133.
Granicus fl. I. 19. 10.
Graviſcæ II. 4. 111.
Græcia I. 3. 25. & II. 3. 31.
Grovii III. 1. 75.
Gryphi II. 1. 12. & III. 7. 26.
Gyaros II. 7. 112.
Γυναικοκρατέμενοι I. 19. 145.
Gythius II. 3. 140.

H.

Hadrumentum I. 7. 18.
Hæmus mons II. 12. 18.
Halicarnaſſus I. 16. 20.
Halys amnis I. 19. 69.
Halmydeſſos urbs II. 2. 70.
Halos II. 3. 88.
Hamaxobii II. 1. 21.
Hanno Carthag. III. 9. 34.
Haloneſos II. 7. 77.
Harmatotrophi I. 2. 46.
Hebrus fl. II. 2. 17.
Hecubæ tumulus II. 2. 96.
Helleſpontus I. 1. 39.
Helene op. II. 7. 95.
Hellas II. 3. 36.
Ἡλίου τράπεζα III. 9. 15.
Heniochi I. 19. 108.
Heraclea urbs I. 19. 56. & II. 4. 81.
Herculaneum II. 4. 99.
Herculis Ægyptii templum III. 6. 12.
Hercynia Sylva III. 3. 29.
Hermones III. 3. 49.
Hermiona II. 3. 133.
Hermiſium II. 1. 26.
Hermonaſſa urbs I. 19. 119.
Hermus amnis I. 17. 35.
Heroopoliticum III. 8. 64.
Heſperides inſ. III. 10. 6.

Εσπέριαι κῆποι III. 9. 102.
Heſperia urbs I. 8. 16.
Hetruria II. 4. 18.
Hiera II. 7. 198.
Himantopodes III. 10. 20.
Hipparchus III. 7. 93.
Hippis urbs I. 17. 11.
Hippopodes III. 6. 89.
Hippo, nunc Vibon. II. 4. 91.
Hippo Diarrhytus I. 7. 8.
Hippo regius urbs I. 7. 4.
Hipponenſis ſinus I. 7. 7.
Hippopotami I. 9. 31.
Hippuris II. 7. 113.
Hiſpal II. 6. 34.
Hiſpania II. 6. & III. 1.
Hiſtonium II. 4. 59.
Holopyxos II. 7. 134.
Homerus I. 9. 117. II. 7. 61. III. 5. 91.
Hybla II. 7. 181.
Hydaſpes fl. III. 7. 80.
Hydria II. 7. 143.
Hydrus mons II. 4. 69.
Hyla opp. I. 16. 17.
Hymera II. 7. 180.
Hypani II. 1. 67.
Hypacaris II. 1. 44.
Hyperborei I. 2. 43. III. 5. 5.
Hyrcani I. 2. 50. & III. 5. 38.
Hyrcanum mare III. 5. 28.
Hyria II. 7. 103.

I.

Iadera II. 3. 182.
Ialyſos II. 7. 41.
Iamno II. 7. 224.
Iaſius ſinus I. 16. 26.
Iaſon I. 19. 40.
Iaxartes III. 5. 66.
Iberes I. 2. 50. & III. 5. 62.
Iberus fl. II. 6. 49.
Ibides aves III. 8. 86.
Icaria II. 7. 114.
Icaris II. 3. 18.
Ichthys II. 3. 137.
Icos II. 7. 113.
Icoſium urbs I. 6. 15.
Idæus mons I. 18. 33. II. 7. 136.
Igilium II. 7. 203.
Ilienſes II. 7. 216.
Illice opid. II. 6. 62.
Illicitanus ſinus II. 6. 60.
Illyris I. 3. 27. & II. 3. 190.
Ilva II. 7. 204.
Imbros II. 7. 76.
Inachus II. 3. 138.
Indi I. 2. 29.
India III. 7.
Indi dono dati III. 5. 96.
Indorum mores III. 7. 35.
Indicum pelagus III. 7. 15.
Indus amnis III. 7. 77.
Inferum mare II. 4. 8.
Iol civitas I. 6. 8.
Iolcos II. 3. 57.
Jonia I. 2. 69. & I. 17.
Jonium pelagus II. 4. 11.
Jovis templum I. 19. 39.
Iphigenia II. 1. 102.
Joppe I. 11. 18.
Jos II. 7. 112.
Jovis Dodonæi templum II. 3. 83.
Jovis mons II. 6. 45.
Jovis ſepulchrum II. 7. 130.
Iſauri I. 2. 58.
Iſſos urbs I. 13 5.
Iſſicus ſinus I. 13. 6.
Iſſa II. 7. 143.
Iſter amnis II. 3. 189.
Iſtiæa II. 7. 93.
Iſtria II. 3. 177.
Iſtrici II. 1. 74.
Iſtropolis II. 2. 57.
Iſthmos II. 2. 108. & II. 3. 128.
Italia II. 4.
Ithaca II. 7. 106.
Ituriſſa III. 1. 115.
Juba I. 6. 9.
Judæa I. 11. 5.
Jugurthæ regnum I. 5. 39.
Ivia fl. III. 1. 98.
Julii forum II. 5. 23.
Junonis ara III. 1. 37.
Junonis promunt. II. 6. 89.
Junonis templum II. 3. 68.
Juverna III. 6. 69.

L.

Labyrinthus I. 9. 72.
Lacedæmon II. 3. 70.
Laconice II. 3. 52.
Lacippo II. 5. 72.
Lacinium promunt. II. 4. 83.
Laconum trophæa II. 3. 95.
Lacobriga III. 1. 59.
Lacydon II. 5. 26.
Ladon II. 3. 81.
Læpa III. 1. 48.
Læros III. 1. 79.
Lambriaca III. 1. 78.
Lampſacus I. 19. 2.
Laodicea I. 12. 31.
Lapideum littus II. 5. 36.
Larinum II. 4. 60.
Larymna opp. I. 16. 13.
Larymna II. 3. 97.
Lariſſa II. 3. 56.
Latera II. 5. 53.

Lathyrus rex III. 9. 39.
Lathmus mons I. 17. 11.
Laturus sinus I. 6. 13.
Laurentum II. 4. 109.
Lebedos I. 17. 23.
Lebynthos II. 7. 114.
Leander & Ero II. 2. 86.
Ledus, fl. II. 53.
Lemanus lacus II. 5. 44.
Leontini II. 7. 180.
Leptis I. 7. 18.
Leptis major I. 7. 34.
Lerne op. II. 3. 139.
Lemnos II. 7. 80.
Lesbos II. 7. 35
Leuca littus I. 16. 25.
Leuca urbs I. 17. 36.
Leucadia II. 7. 108.
Leucas op. II. 3. 162.
Leucata II. 5. 68.
Leuce II. 7. 12.
Leucothea II. 7. 199.
Leucoæthiopes I. 4. 29.
Liberi Specus III. 7. 59.
Libethra II. 3. 29.
Liburni II. 3. 177.
Libycum mare I. 4. 17.
Libyægyptii I. 4. 29.
Ligures II. 4. 17.
Liguria II. 4. 114.
Lilybæum promunt. II. 7. 159.
Limia III. 1. 77.
Lindos urbs II. 7. 41.
Linternum II. 4. 104.
Lipara II. 7. 196.
Liris II. 4. 106.
Lixus fl. III. 10. 48.
Locri II. 4. 87.
Locris II. 3. 49.
Lotophagi I. 7. 38.
Lucania II. 4. 98.
Lucentia II. 6. 61.
Lucrinus lacus II. 4. 101.
Luna II. 4. 114.
Lupiæ II. 4. 69.
Lupia III. 3. 36.
Lusitania II. 6. 21. & III. 1. 49.
Lycaones I. 2. 57.
Lycaones feræ III. 9. 24.
Lycasto urbs I. 19. 70.
Lycastos II. 7. 133.
Lycos amnis I. 12. 32.
Lycia I. 2. 68. & 15. 1.
Lyctos II. 7. 133.
Lycus Rex I. 15. 1.
Lydi I. 2. 58.
Lymira fl. I. 15. 17.
Lysimachia II. 2. 79.

M.

MAcæ III. 8. 56.
Macedonia I. 3. 25. & II. 3.
Macrobii III. 9. 5.
Μακάρων insulæ II. 7. 32.
Μακεδὼν πῖχυς II. 2. 77.
Macrocephali I. 19. 83.
Madytos II. 2. 98.
Mæander amnis I. 17. 11.
Mænalus II. 3. 80.
Mænoba II. 6. 71.
Mæotis palus I. 1. 43.
Mæotici I. 19. 126.
Magnus portus I. 5. 36.
Magnum promunt. III. 1. 57.
Magnesia II. 3. 49.
Magrada III. 1. 116.
Mago II. 7. 224.
Malaca II. 6. 71.
Malea II. 3. 126.
Maliacus II. 3. 94.
Mallon I. 13. 9.
Mantiani I. 2. 54.
Manto I. 17. 24.
Marathusa II. 7. 134.
Mapalia I. 8. 24.
Mare Persicum I. 2. 10.
Marathon II. 3. 100.
Marathos urbs I. 12. 21
Marianæ coloniæ II. 7. 208.
Mariana fossa II. 5. 34.
Mariandyni I. 19. 54.
Mariandyni I. 2. 56. & II. 7. 20.
Maritima Advat. II. 5. 33.
Maronia II. 2. 115.
Marucini II. 4. 57.
Massagetæ I. 2. 49.
Massilia II. 5. 27.
Mastusia II. 2. 82.
Mater Hypanis, palus II. 1. 68.
Mauri I. 4. 23.
Mauritania I. 5. 4.
Mausolus rex I. 16. 23.
Mausoleum I. 16. 22.
Mearus fl. III. 1. 98
Mecyberna II. 3. 9.
Mecybernæus flexus II. 3. 6.
Medama II. 4. 91.
Megara II. 3. 66.
Megaris II. 7. 170.
Melanchlæni I. 19. 107.
Melanchlæni II. 1. 133.
Melos II. 7. 111.
Meliboea II. 3. 19.
Melas fl. II. 2. 106.
Melas I. 14. 1.
Melita II. 7. 193.
Mellaria II. 6. 88.
Melsiagum III. 3. 28.
Memphis urbs I. 9. 115.
Mende II. 2. 150.
Meninx promunt. II. 7. 71.
Mercurii pr. I. 7. 6.
Meroë insula I. 9. 11. & III. 9. 1.
Meros mons III. 7. 57.
Messana II. 7. 169.
Mesembria II. 2. 63.

Mesopotamia l. 11. 4.
Messene ll. 3. 71.
Messenia ll. 3. 52.
Messenii ll. 3. 146.
Mesua ll. 5. 54.
Metagonium pro. l. 7. 2.
Metapontus ll. 4. 81.
Metaurus fl. ll. 4. 47.
Methone ll. 3. 71.
Miletus urbs l. 17. 5.
Milesii ll. 2. 57.
Minerva ubi nata l. 7. 28. 29.
Minius fl. lll. 1. 76
Minturnæ ll. 4. 106.
Minyæ ll. 3. 91.
Minervæ prom. ll. 4. 97.
Mirtylis lll. 1. 58.
Minio ll. 4. 111.
Misenum promunt. ll. 4. 102.
Misenus ibidem.
Mistiæ ll. 4. 85.
Mitylene op. ll. 7. 37.
Mœnis lll. 3. 35.
Mœris lacus l. 9. 68.
Monda fl. lll. 1. 67.
Mopsus l. 17. 26.
Morini lll. 2. 70.
Moschi l. 2. 52. & 19. 98
Mosyni l. 19. 75.
Mulucha l. 5. 6. & 37.
Musagoras ll. 7. 139.
Mutina ll. 4. 22.
Mycenæ ll. 3. 67.
Myconos ll. 7. 118.
Myndus urbs l. 16. 25.
Myriandros l. 12. 34.
Myrina urbs l. 18. 5.
Myrinus l. 18. 5.
Myrlea l. 19. 27.
Myrmecion op. ll. 1. 25.
Myrtoum pelagus ll. 3. 31. & ll. 7. 101.
Mysia l. 18. 2.
Mysius l. 19. 18.

N.

NAgidos colonia Samiorum l. 13. 59.
Nar. ll. 3. 186.
Narbo ll. 5. 17.
Narbonensis Gallia ll. 5.
Narona ll. 3. 182.
Natiso ll. 4. 29.
Naumachos urbs ll. 7. 138.
Naupactos ll. 3. 81.
Naustathmos promun. l. 8. 15.
Neapolis urbs l. 16. 26. & 7. 19. ll. 4. 100.
Nebis lll. 1. 76.
Nemausus ll. 5. 11.
Nemesis Phidiaca ll. 3. 104.
Nepos Cornelius, vide Cornelius N.
Neptuni fanum l. 19. 31. ll. 3. 118.
Neritos ll. 7. 104.
Nerii lll. 1. 85.
Nesos ll. 7. 93.
Nestos fl. ll. 2. 114.
Nesua lll. 1. 114.
Neuri ll. 1. 134.
Nicæa ll. 5. 21.
Nigritæ l. 4. 24. & lll. 10. 27.
Niliostia { Canopicum, Bolbiticum, Sebennyticum, Mendesium, Pathmiticum, Taniticum, Pelusiacum } l. 9. 23.
Nilus amnis l. 9. 6. & lll. 10. 88.
Niphates l. 15. 14.
Nisyros ll. 7. 114.
Noega lll. 1. 99.
Nomades ll. 1. 108.
Nomades Scythæ lll. 5. 35.
Nuchul fons lll. 9. 81.
Numidæ l. 4. 23.
Numidia l. 6. 1.
Numana ll. 4. 53.
Numantia ll. 6. 32.
Nymphæus specus ll. 1. 33.
Nysa urbs lll. 7. 56.

O.

OÆones lll. 6. 87.
Oceanus ambit omnia l. 1. 20.
Ocean. { Eous, Indicus, Scythicus } l. 2.
Octavanorum colonia ll. 5. 23.
Odessos ll. 2. 63.
Oea op. l. 7. 32.
Oeanthia ll. 3. 159.
Oeaso lll. 1. 116.
Oechalia ll. 7. 94.
Oenomaus l. 18. 6.
Oenusa ll. 7. 102.
Oeteus saltus ll. 3. 28.
Ogyris lll. 8. 58.
Olbia ll. 5. 24.
Olbia op. ll. 1. 65.
Olbianos sinus l. 19. 36.
Oleaster lucus lll. 1. 35.
Oliaros ll. 7. 111.
Olintigi op. lll. 1. 48.
Olympus ll. 3. 23.
Olympus mons l. 19. 18.
Olympii Jovis delubrum ll. 3. 73.
Olynthos ll. 2. 129.
Oluros ll. 3. 158.
Onoba lll. 1. 48.

Ophiophagi lll. 8. 75.
Opus urbs ll. 3. 96.
Opuntius ſinus ll. 3. 94.
Orbelus mons ll. 2. 19.
Orbis ll. 5. 58.
Orcades inſ. lll. 6. 77.
Orchomenon urbs ll. 3. 78.
Oreſtes ll. 1. 102.
Origeviones lll. 1. 114.
Oricum ll. 3. 178.
Orontes l. 12. 33.
Orpheus ll. 2. 113.
Oſiſimi lll. 2. 66.
Oſſa ll. 3. 24.
Oſſonoba lll. 1. 59.
Oſteodes ll. 7. 195.
Oxos lll. 5. 66.

P.

PAchynum promunt. ll. 7. 157.
Padus ll. 4. 31.
Pæſicæ lll. 5. 39.
Pæſtanus ſinus ll. 4. 95.
Pæſtum. op. ll. 4. 95.
Pagaſa urbs ll. 3. 90.
Pagaſæus ſinus ll. 3. 89. & ll. 7. 80.
Pagæ ll. 3. 159.
Palæpaphos ll. 7. 52.
Palæſtina l. 11. 6.
Palinurus ll. 4. 93.
Palibotri lll. 7. 63.
Pallantia ll. 6. 32.
Pallene ll. 2. 128.
Palma ll. 7. 225.
Palmaria ll. 7. 201.
Paltos urbs l. 12. 30.
Paltos amnis l. 12 32.
Pamphylia l. 2. 68. & 14.
Pamiſſum fl. ll. 3. 143.
Panacra ll. 7. 134.
Panchæi lll. 8. 73.
Pandion op. l. 16. 14.
Pandateria ll. 7. 200.
Pani lll. 9. 68.
Panormus ll. 7. 179.
Panticapæum op. ll. 1. 25.
Panticapes ll. 1. 46.
Panionium l. 17. 16.
Panoti lll. 6. 90.
Paphos, ll. 7. 50.
Paphlagonia l. 19. 66.
Parnaſſus ll. 3. 61.
Parætonius portus l. 8. 15.
Paropaniſii l. 2. 47.
Paropamiſus l. 15. 14. & lll. 7. 77.
Paros ll. 7. 117.
Parion l. 19. 3.
Paridis judicium l. 18. 36.
Pariani l. 2. 45.
Parthenius ll. 3. 80.
Parthi l. 2. 61.
Parthini ll. 3. 174.
Parthenius amn. l. 19. 63.
Pata-

Patara op. l. 15. 19.
Patalene regio lll. 7. 103.
Patavium ll. 4. 21.
Patræ ll. 3, 148.
Paulon ll. 4. 116.
Pedalium prom. l. 16. 7.
Pegaſi lll. 9. 26.
Pelaſgi l. 16. 2.
Pelaſgorum coloniæ ll. 2. 143.
Pelion ll. 3. 24.
Pella ll. 3. 3.
Pelorias pr. ll. 7. 159.
Pelorus gubernator Hannibalis ll. 7. 161.
Peloponneſos ll. 3. 44.
Peloponneſiacæ gentes ll. 3. 51.
Pelops l. 18. 6.
Peluſium l. 9. 123.
Peneus fl. ll. 3. 15.
Perga op. l. 14. 11.
Perinthus ll. 2. 73.
Perſæ lll. 8. 30.
Perſeus l. 11. 24.
Perſis l. 2. 38.
Perſicus ſinus lll. 8. 10.
Petilia ll. 4. 84.
Peuce inſula ll. 7. 19.
Pharos ll. 7. 60.
Pharuſii l. 4. 25.
Phaſiacus angulus ll. 2. 60.
Phaſis l. 19. 89.
Phaſelis l. 14. 14.
Phæaces ll. 3. 176.
Phanagoria l. 19. 119.
Phidiaca Nemeſis. vide Nemeſis.
Phileas ll. 2. 70.
Philippi ll. 2. 125.
Phicores l. 19. 127.
Philænorum aræ l. 7. 41.
Philoteris lll. 8. 65.
Phineus l. 11. 21.
Philippus ll. 3. 4.
Philoctetes ll. 3. 20.
Phinopolis ll. 2. 70.
Phitonia ll. 7. 201.
Phocæa l. 17. 36.
Phocis ll. 3. 50.
Phœnice l. 11. 7. & ll. 7. 53.
Phœnices l. 12. 1.
Phœnicuſa ll. 7. 196.
Phocæi ll. 5. 27.
Phocæa l. 17. 36.
Pholoë ll. 3. 79.
Phœnix avis lll. 8. 88.
Phryxi templum l. 19. 91.
Phryges l. 2. 57.
Phthiotis ll. 3. 49.
Phthia ll. 3. 58.
Phthirophagi l. 19. 108.
Phycûs promunt. l. 7. 39.
Phygela l. 17. 20.
Phyſcella urbs ll. 3. 8.
Picentes ll. 4. 15.

Picentia ll. 4. 96.
Pieria ll. 3. 26.
Pindus ll. 3. 59.
Piræeus portus ll. 3. 110.
Piſæ Oenomai ll. 3. 72.
Piſæ ll. 4. 113.
Piſaurum ll. 4. 46.
Piſidæ l. 2. 58.
Pitane l. 18. 10.
Pithecuſa ll. 7. 198.
Pityia ll. 7. 143.
Pityuſa inf. ll. 7. 98.
Placia l. 19. 16.
Plotæ ll. 7. 108.
Pogonus portus ll. 3. 132.
Pola ll. 3. 183.
Polaticus ſinus ibid.
Polyægos ll. 7. 76.
Pollentia ll. 7. 225.
Pompeii ll. 4. 100.
Pompeiopolis l. 13. 12.
Pontus Euxinus l. 1. 41. l. 19. 54.
Pontiæ ll. 7. 200.
Populonia ll. 4. 112.
πορθμὸς quid l. 1. 37.
Poſideum promunt. l. 17. 2.
Potidæa ll. 2. 149.
Potentia ll. 4. 54.
Præſamarci lll. 1. 80.
Priapos l. 19. 3.
Priene urbs l. 17. 14.
Priſciana lll. 11. 47.
Promunt. Candidum, Apollinis, Mercurii. l. 7. 5. & 6.
Prochyta ll. 7. 200.
Proconeſos ll. 7. 26.
Propontis l. 19. 9.
Prote ll. 7. 103.
Pſammetichus l. 9. 71.
Pſophis ll. 3. 78.
Pteleon ll. 3. 88.
Pterophoritæ l. 2. 52.
Ptolemais l. 8. 16. & lll. 8. 66.
Puteolanus ſinus ll. 4. 99.
Puteoli ll. 4. 101.
Pygmæi lll. 8. 76.
Pylos ll. 3. 147.
Pyramus fl. l. 13. 7.
Pyramides l. 9. 64.
Pyræi ll. 3. 177.
Pyrenæus ll. 6. 1.
Pyrgi ll. 4. 110.
Pyrrha op. ll. 7. 93.

Q.

Q. Metellus Celer lll. 5. 94.
Quiza caſtellum l. 6. 12.

R.

Avenna ll. 4. 45.
Rha lll. 5. 44.

Rham-

Rhamnus ll. 3. 102.
Rhegium ll. 4. 98.
Rhenus ll. 5. 5. lll. 2. 71.
Rhetico mons ll. 3. 32.
Rhœtea littora l. 18. 50.
Rheſi regnum ll. 11. 75.
Rhion ll. 3. 152.
Rhipæes l. 2. 53.
Rhiphæi montes l. 19. 158. & ll. 1. 7.
Rhoda ll. 6. 37.
Rhodanus lll. 3. 35. & ll. 5. 42.
Rhodope mons ll. 2. 18.
Rhodos ll. 7. 39.
Rhœteum, urbs l. 18. 50.
Rhene ll. 7. 117.
Rhyndacum l. 19. 19.
Roma ll. 4. 24.
Rubrum mare lll. 8. 1.
Rubricatum ll. 6. 45.
Rubreſus lacus ll. 5. 66.
Rudiæ ll. 4. 68.
Rupes Auſtro ſacræ l. 8. 4.
Ruſadir l. 5. 35.
Ruſicade l. 7. 4.
Ruſcino ll. 5. 87.
Ruthiſia l. 6. 15.

S.

Sabatia ll. 4. 115.
Sabæi lll. 8. 54.
Sabis lll. 8. 30.
Sacæ lll. 5. 4. & lll. 7. 6.
Sacrum promunt. lll. 1. 57.
Sætabis ll. 6. 56.
Saguntus. ll. 6. 59.
Sala lll. 11. 48.
Salacia lll. 1. 61.
Salambina ll. 6. 70.
Salamis ll. 7. 50.
Salduba. ll. 6. 72.
Saleni lll. 1. 113.
Salentini campi & littora ll. 4. 70.
Salentinum pr. ll. 4. 80.
Salia fl. lll. 1. 103.
Salona ll. 3. 182.
Salſulæ fons ll. 5. 69.
Same ll. 7. 104.
Samos ll. 7. 38.
Samonium promunt ll. 7. 123.
Samothrace ll. 7. 76.
Santones lll. 2. 66.
Sarmatia lll. 4.
Sardemiſos mons l. 14. 13.
Sardinia ll. 7. 205.
Sardabale fl. l. 6. 13.
Sarpedon promunt. l. 13. 56.
Sars fl. lll. 1. 81.
Saſon ll. 7. 145.
Satarchæ ll. 1. 24. & 96.
Saronicus portus ll. 3. 131.

Satyri lll. 9. 68. & l. 4. 37. & 8. 68.
Sauromatæ ll. 1. 19. & l. 19. 143.
Sauromatides lll. 5. 37.
Saurium lll. 1. 113.
Scalæ Hannibalis ll. 6. 41.
Scamander l. 18. 33.
Scandile ll. 7. 76.
Scandinovia lll. 6. 80.
Sciathos ll. 7. 77.
Schœnus ſinus l. 16. 15.
Schœnitas ll. 3. 131.
Scione ll. 2. 150.
Scylla ll. 4. 88. & 7. 153.
Scylace l. 19. 16.
Scyllæon ll. 3. 128.
Scyllaceum ll. 4. 84.
Scyllaceus ſinus ll. 4. 82.
Scyronia ſaxa ll. 3. 111.
Scythæ l. 2. 28. & ll. 1.
Scythia Aſiatica lll. 5.
Scythia Europæ gentium prima l. 3. 22.
Scythici populi lll. 5. 2.
Scythicus ſinus lll. 5. 29.
Scythicum promunt. lll. 1. 89.
Scyros ll. 7. 81.
Secundani ll. 5. 12.
Seleucia urbs l. 12. 30.
Selymbria ll. 2. 73.
Semiramis l. 11. 9.
Sena ll. 3. 10.
Sena inſ. lll. 6. 26.
Septemtrionis Inſ. lll. 6.
Sepias promunt. ll. 3. 18. & 87.
Septem fratres l. 5. 34.
Septumani ll. 5. 13.
Sequana lll. 2. 38.
Seres l. 2. 28. & lll. 7. 11.
Serrium promunt. ll. 2. 112.
Serpentes in Ind. lll. 7. 29.
Seriphos ll. 7. 117.
Seſamos urbs l. 19. 64.
Seſtianæ aræ lll. 1. 100.
Seſtos ll. 2. 86.
Sextani ll. 5. 12.
Sicilia ll. 7. 147.
Siculum pelagus ll. 4. 10.
Sicyon ll. 3. 158.
Sidon l. 12. 10.
Sida oppidum l. 14. 2.
Sidæ portus l. 15. 4.
Sigea littora ll. 7. 29.
Sigeum op. l. 18. 31.
Siga urbs l. 5. 35.
Silerus amnis ll. 4. 96.
Simois fl. 18. 34.
Simyra caſtell. l. 12. 20.
Sindos l. 19. 112.
Sindones l. 19. 110.
Sinus Iſſicus l. 13. 6.
Sinonia ll. 7. 199.
Sinope l. 19. 68.

Si-

Sinueſſa ll. 4. 106.
Siphnos ll. 7. 116.
Sipuntum ll. 4. 64.
Sipus ll. 4. 65.
Sirenes ll. 4. 97.
Sittianorum colonia l. 6. 6.
Smyrnæum promunt. l. 17. 28.
Smyrnæus ſinus l. 17. 35.
Solœ l. 13. 13.
Sogdiani lll. 5. 67.
Solis fons l. 8. 4.
Solis oſtia lll. 7. 101.
Solis urbs lll. 8. 97.
Sophene l. 11. 5.
Sordones ll. 5. 85.
Specus Herculis l. 5. 9.
Sperchios fl. ll. 3. 90.
Sphynges lll. 9. 24.
Sporades ll. 7. 116.
Stoechades lll. 7. 218.
Stratos ll. 3. 82.
Strobilon pr. lll. 8. 64.
Strophades ll. 7. 107.
Strongyle ll. 7. 198.
Strymon fl. ll. 2. 129.
Subis fl. ll. 6. 46.
Subur. ll. 6. 44.
Sucro fl. ll. 6. 56.
Sucronenſis ſinus ll. 6. 53.
Suel ll. 6. 71.
Sueſia lll. 3. 27.
Sugdiani l. 2. 46.
Sulchi ll. 7. 217.
Sunium ll. 3. 93.
Sunium promunt. ll. 2. 101.
Superum mare ll. 4. 8.
Surrentum ll. 4. 99.
Syene urbs l. 9. 116.
Syme ll. 7. 115.
Symplegades ll. 7. 26.
Syphax l. 6. 7.
Syracuſæ ll. 7. 170.
Syria l. 11.
Syrocilices l. 2. 58.
Syrtis major ll. 7. 70.
Syrtis minor l. 7. 70.
Syros. ll. 7. 117.

T.

TAbis promunt. lll. 7. 10.
Tabraca l. 7. 5.
Tænaros ll. 3. 126.
Tagus lll. 1. 62.
Talca lll. 6. 105.
Talus Cretenſis ll. 7. 128.
Tamaris lll. 1. 81.
Tamarici lll. 1. 84.
Tachempſo inſ. l. 9. 18.
Tamos pr. lll. 7. 68.
Tamuda fl. l. 5. 34.
Tanais l. 19. 137.
Taprobane llll. 7. 91.
Taphræ ll. 1. 39.

Taphrure l. 7. 19.
Tarentus ll. 4. 81.
Tarichiæ ll. 7. 72.
Tarentinus ſinus ll. 4. 79.
Tarpha ll, 3. 96.
Tarraco ll. 6. 47.
Tarraconenſis Hiſpania ll. 6. 20.
Tarſus l. 13. 10.
Tarracina ll. 4. 107.
Tarteſſos ll. 6. 85.
Taunus mons lll. 3. 32.
Taurois ll, 5. 25.
Taurus mons lll, 7. 10.
Taurus promunt. l. 15. 4.
Tauri ll. 1. 26.
Tauri montes l. 19. 98.
Taurii ll. 1. 102.
Taurianum ll. 4. 88.
Taulantii ll. 3. 175.
Tauromin̄ium ll. 7. 169.
Taygetus mons ll, 3. 70.
Teanum ll. 4, 60,
Tectoſages ll. 5. 11.
Telamon ll. 4. 112.
Telis ll. 5. 86.
Telmeſſos urbs l. 15. 23.
Telobis fl. ll. 6. 47.
Temeſa ll. 4. 92.
Tempe ll. 3. 28.
Tenea ll. 3. 78.
Tenedos ll. 7, 29.
Tenos ll, 7, 118.
Tëos l. 17. 31.
Therapne ll. 3. 69.
Tergeſte ll. 3. 189. & 4. 26.
Teutoni lll. 3. 48.
Thales l. 17. 7.
Thaſos inſ. ll. 7. 75.
Thebæ ll. 3, 62.
Thebe, campus l. 18. 18,
Theganuſa ll. 7. 102.
Themiſcyrium op. l. 19. 71.
Θεῶν ὄχημα lll. 9. 64.
Theodoſia ll. 1. 25.
Thermaicus ſinus ll. 3. 14.
Thermodon amnis l. 19. 69,
Thermopylæ ll. 3. 96.
Theſſalonice ll. 3. 16.
Thermæ ll. 7. 178.
Themiſtagoras Mileſius l. 19. 90.
Thera ll. 7. 112.
Theſſalia ll. 3. 48.
Theſeus ll. 3. 101,
Thia ll. 7. 112.
Thoricos lll. 3. 104.
Thracia & Thraces ll. 2.
Thracius Boſporus l. 1. 40. & 19. 36.
Thule inſula lll. 6. 94.
Thurius fl. ll. 6. 56.
Thurium ll. 4. 82.

Thy-

Thynia pr. ll. 2. 68.
Thynias inſ. ll. 7. 19.
Thymnias ſinus l. 16. 15.
Thyſſagetæ l. 19. 148.
Tibareni l. 19. 73.
Ticer ll. 6. 37.
Tichis ll. 5. 86.
Tifernus amnis ll. 4. 59.
Tigres lll. 5. 74.
Tigris amnis lll. 8. 34.
Timavus ll. 4. 27.
Timotheus l. 17. 8,
Tingeoppidum l. 5. 10.
Tinge Cetraria ll. 6. 87.
Tios op. l. 19. 59.
Tiriſtis promunt. ll. 2. 58.
Tiſanuſa l. 16. 12.
Toloſa ll. 5. 11.
Tomi ll. 2. 57.
Toreatæ l. 19. 127,
Torone urbs ll. 3. 7,
Tragurium ll. 7. 144. & 3. 182.
Tragopanes lll. 9. 25.
Trapezus urbs l. 19. 85.
Treviri lll. 2. 41.
Tripolis l. 12. 20.
Tritium Tobolicum lll. 1. 115.
Triton fl. l. 7. 27.
Tritonis palus ibid.
Troas l. 2. 69. & 18. 4.
Troglodytæ l. 4. 33.
Troezen ll. 3. 133.
Troezenii ll. 3. 129.
Truentinum ll. 4. 55.
Tubero fl. lll. 7. 109.
Tulcis amnis ll. 6. 48.
Turcæ l. 19. 149.
Turduli lll. 1. 33.
Turduli veteres lll. 1. 65.
Turius fl. ll. 6. 56.
Tuſcum mare l. 3. 21.
Typhon l. 13. 53.
Typhoneus ſpecus l. 13. 49.
Tyras fl. ll. 1. 75.
Tyros l. 12. 7.

V.

VAbar l. 6. 16.
Valentia ll. 6. 59.
Valetium ll. 4. 69.
Vardulilll. 1. 110.
Varus fl. ll. 4. 116.
Vaſio ll. 5. 9.
Velia ll. 4. 93,
Veneris fanum ll. 5. 91.
Veneris delubrum ll. 7. 84.
Venus ubi nata ll. 7. 51.
Veneti l. 11. 56. & ll. 4. 14.
Venetum lll. 2. 73.
Veſulus mons ll. 4. 32.
Veſuvius mons ll. 4. 100.
Vienna ll. 5. 10.

Virgi II. 6. 69.
Virgitanus ſinus II. 6. 70.
Viſula fl. III. 4. 2.
Viſurgis III. 3. 36.
Ulla III. 1. 79.
Ulyſſippo III. 1. 62.
Voconti II. 5. 9.
Volcarum ſtagna II. 5. 52.
Volſci II. 4. 18.
Volubilis urbs III. 10. 47.
Urgo II. 7. 204.
Urias ſinus II. 4. 63.
Utica urbs I. 7. 11.
Vulturnus op. II. 4. 104.
Vulturnus amnis ibid.

X.

Xanthos op. I. 15. 22.
Xanthus fl. I. 15. 22.
Xerxes. II. 2. 110.

Z.

Zacynthos II. 7. 104.
Zephyrion & Zephyrium prom. I. 8. 14. II. 4. 83.
Zephyre II. 7. 138.
Zilia fl. III. 10. 50.
Zonæ quinque I. 1. 11.
Zone promunt. II. 2. 114.

INDEX RERUM ET VERBORUM, QUÆ IN ISAACI VOSSII Obſervationibus occurrunt.

A

Abdera, quando à Teiis condita. 178. 256.
Ἄβδηρος καλὸν Τηίων κτίσμα. *proverb. unde ortum.* 178.
Abinna, *vel* Abila, *Græcis quid ſignificet.* 30.
Abobrica oppidum. 308.
Abrotonum, *oppidum.* 40. 41.
Accipi proprie à magiſtro dicitur. 2.
Achillis ſepulchrum. 127.
Adani inſula. 400
Æas fluvius. 212.
Æennum promuntorium. 386.
Ægæ regia Macedonum ante Philippum & Alexandrum. 185. *prius Edeſſa vocabatur. ibid.*
Ægates inſulæ. 275.
Ægipan & Silvanus multum inter ſe differunt. 61. *quomodo pingebatur.* ibid. *unde ſic dictus.* 62. *cur caudam piſcis huic adfinxerint.* ibid. *imaginem hujus in cœlo Capricornum eſſe ajunt.* 61.
Æglia, Ægilia, ſive Ægialia, nomen inſulæ. 280.
Ænaria inſula 291. *adeo prodigioſæ fertilitatis, ut tota auro, argento, &c. aliiſque foſſilibus videatur ſubſterni.* ibid.
Æoles à Latinis Æoli *vocantur.* 115.
Æſtia, ſive Æſtiorum palus. 318.
Æſtria, inſula. 286.
Æſtus, pro maris acceſſu & receſſu 296. *hic diu fuit*

fuit ignoratus à Græcis & Romanis ibid.
Æthiopes Macrobii hominum maximi & pulcherrimi. 397.
Æthiopibus nonnullis absunt conchæ genuum, & quare. 415.
Æthiopum nigritiei causa. 404.
Africa vel Libya tribus potissimum modis accipitur. 45.
Ἀγάλμαζα, *quæ.* 149.
Agathæ & Rhodanusia Massilienſium oppida prope Rhodani ostia. 250.
Ἄγρωστις, *graminis genus arundinaceum* 240.
Ajacis ſepulchrum. 127.
Ἄκτην *& αἰγιαλὸν ut diſtinguant Græci.* 21.
Algezirææ duo 262.263.
Aliqua credibile, *pro aliquatenus, aut aliqua parte.* 403.
Aliis optimarum virtutum, *pro alienus ab optimis virtutibus.* 397.
Alone, urbs, unde denominata. 255.
Alpium & Apennini ſitus mirabilis. 214.
Altitudo quænam tribuenda unius diei adſcenſui. 161.
Am, *præpoſit. eandem vim habet in compoſitione atque* circum. 311.
Amaxobiæ, *pro Amaxobii.* 144.
Ambracia olim Pyrrhi regia fuit. 210.
Ambracii ſinus ambitus. 209.
Ammodes, promuntorium. 89.90.
Ampeluſia, promuntorium. 27. *id afri* Κώτης *appellarunt.* ibid.
Amphiarai fanum. 200. 201.
Ampullæ & urcei *ut differant?* 259.
Anas fluvius. 247.
Ancharia familia. 63.
Ancharius vel ancarius, eſt aſinus. 63.
Antandros prius Edonis & Cimmeris fuit dicta 117.
Ἀνάνδρῳ, *proprie is quem Latini* ſuccedaneum *vocant.* 117.
Antichthones quomodo ab antœcis & antipodibus diſtinguantur. 3. 4.
Anticyræ duæ. 208.
Antipodes. 71.
Antiochia Syria. 82.83.
Anthropophagi Scythæ. 153.350.
Ἀνπσκύθαι, *ſunt Scythæ Auſtrales, aliis Scythis oppoſiti.* 368.
Antros, inſula. 313.
Aphetæ & Pagaſæ pro eodem loco accipi debent. 199.
Ἀφροδίσιον ἄκρον, & Ἀφροδίσιας ἄκρα. 108.
Apollo Διδυμαῖος & Διδυμεὺς. 110. Βραγχίδης, & Βραγχιάδης. 111.
Ἀπρόσιτος, *ſive Inacceſſa, & Ninguaria eadem inſula.* 413. *hæc S. Borodonis, ſive potius S. Brandani inſula ab Hiſpanis vocatur.* ibid.
Aquilegia, urbs. 216. *ſic antiquiſſimum hujus nomen, non Aquileia.* ibid. *unde ſic dicta.* ibid. ibid.
Aquileges & aquilices differunt. 216. *ſic aquilegium & aquilicium.* ibid.
Aquilegium, κρηνὶς. 216.
ab eadem origine aquileges. ibid.
Arabes omnia promuntoria vocant naſos. 87.
primi Seras cum Sinis confuderunt. 12.
Arabes latrones Euphratis fluvii accolæ. 381.
Arabia deſerta. 381.382.
Aradus oppidum. 268. *ejus ſitus* 269.
Aræ Philænorum. 44.
Arati poëtæ monimentum. 90. 91. *an Solenſis fuerit.* ibid.
Arauris. 239.
Araxes fluvius. 329. *diverſis fluminibus id nomen fuit attributum.* ibid.
Arbor famoſa in Ferro inſula, cujus ſtillatitia aqua univerſis ſufficit inſulanis. 415. *Ejuſdem naturæ arbores quoque alibi.* ibid.
Arbores pleræque in Ægypto ſemper virent, earumque folia, quamdiu ipſa arbor, creſcunt. 398.
Archium & archivum quid. 395.
Argivi aliquando Ἀχαιοὶ *vo-*

vocantur 90.
Argos Amphilochium. 209.
Aria, insula, unde Chalceritis dicta. 266.
Arii & Ariani ut differant secundum veteres. 13.
Arithmetica & Astronomia Phœnicum inventum. 85.
Ἀρματοτρόφοι, ἁρματοτροφεῖν, ἁρματοτροφία. 15.
Arsinoë. 388.
Aryandicum argentum non dicitur ab Aryanda, quæ nusquam est, sed ab Aryande Ægypti præfecto. 110.
Ἀστεῖν & μελετᾶν, *idem.* 317.
Assos urbs. 117. *hinc Assius lapis, qui aliter* Sarcophagus *appellabatur.* 118. 119.
Astape & Astapæi. 66.
Astigi oppidum illud, quod nunc Ecija, 249. *tria hujus nominis oppida.* ibid.
Ἀστὸι *peculiariter Atheniensis vocantur.* 189.
Ἄστρον, *passim apud optimos quosque authores pro Sirio æstivo sidere accipitur, nunquam vero pro Vergiliis.* 357.
Atarantes cur soli orienti & occidenti multa mala imprecarentur. 55.
Athenienses peculiariter ἀστοὶ *vocabantur.* 189.
Athonis montis altitudo. 160. 164. *an a Xerxe perfossus.* 182. 183.
Aves flumen, Ptolemæo Σαύης. 36.
Augila vel Ægila oppidum Nasamonum. 59. *& Augilæ sunt Nasamones.* ibid. *deos manes tantum colebant.* ibid.
Augusta, pro magna & ampla, non est Latinum; sed pro sancta & venerabili passim accipitur. 323.
Ab Aurora rapti qui olim dicerentur à veteribus. 375.
Avus, vulgo Rio Ave. 305.
Azotus. 82. *aliquando Arabum fuit emporium.* ibid.

B.

Bacchus, aliquando dictus Orthagoras. 176. *aliquando idem qui Priapus.* Ibid. ἰθύφαλλος. ibid.
Bæterra oppidum quod nunc Beziers vocant. 228.
Bætis sunt Batavi. 336.
Bætis fl. an olim gemino ostio in mare exiverit. 299.
Balsa oppidum. 303. *celebre, quoniam ex eo egressi novi orbis investigatores.* ibid.
Barbesul, aliis Barbesola oppidum. 258.
Barcæi montes. 53.
Bargi & bardi iidem. 341.
Barginæ sacerdotes fœminæ, Bargi viri. 341.
Baria scopulus, sive insula. 286.
Bastuli populi. 297.
Βέχειρ & Βέχειρες. 137.
Belo hodie est Tarifa. 263.
Berenice ἐπὶ δειρῆς, *sive simpliciter* Δειρὴ, *oppidum.* 388.
Beronice urbs. 385. *non illa quæ solstitiali subjecta est circulo.* ibid.
Besippo. 263.
Betre planta. 353.
Bithynis, urbs & flumen. 169.
Blemyes (non Blemmiæ, vel Bleniæ) scribendum. 26.
Bœbe palus, Bœbos, oppidum. 197. *duo sunt oppida dicta.* ibid.
Bombyces Coæ & Sericæ differunt. 360.
Borealium gentium maxima pars non alio vescitur pane, quam qui ex piscibus arefactis sit compositus. 265.
Boreum idem ac Βυῶν, *promuntorium.* 42.
Bosporus Cimmerius. 8. *Tanais quoque vocatur.* 9.
Βοσπορεία θάλασσα. 134.
Branchidæ. 111. *hinc* Ἀπόλλων Βραγχίδης. Ib.
Brevis Pontus, Breve littus, quo sensu. 134.
Britannia antequam Claudius eam pateface-ret, omnia incerta erant, quæ de ea ferebantur, utrum insula esset, an initium novi orbis, an nomen vanum. 342.
Bubassus, Acanthus, & Du-

Dulopolis, ejusdem oppidi nomina. 109.
Bubesius sinus. ibid.
Burda vestiti, qui, & unde sic dicti. 409.
Byssus, sericum, linum & lana, sæpe apud veteres idem. 359.

C.

Cadere sol quando dicatur. 319.
Cæpionis munimentum, castrum id quod vulgo Chipiona *nominatur.* 299.
Cajus mons, ex quo Durius fluvius profluit. 305.
Calarnæa urbs. 180.
Calbis fluvius. 106. *dictus & Indus.* 107. *olim & Mausolus.* ibid.
Cale, sive Calle, oppidum. 248.
Callipolis. 221.
Κάλπη, urceus, hydria. 260. *ab hac montem Calpen appellarunt.* ibid.
Calydna insula. 281. *hinc mel Calydnium.* ibid.
Cambyses amnis. 332.
Campus lapideus in Gallia. 236. *vulgò* La Crau. ibid.
Campus Thebes. 116.
Canastræum promuntorium. 186.
Candari à Gandaris Indicis differunt. 14.
Cane oppidum. 385.
Cannæ saccharinæ. 361. 362.
Canopus insula. 269.
Capulum quid. 242. *hinc capulare & capulator.* ibid.
Carbania insula. 292.
Cares olim Mausoli *dicti.* 107.
Caria, portus. 168.
Carmania. 14.
Carthago non fuit à Didone condita, ut putant. 403.
Casius mons. 81.
Caspiani. 14.
Caspii maris descriptio & mensura. 324. 325.
Castanæa urbs. 187.
Castra Dellia. 40.
Catabathmus. 50.
Cataractes fl. 97. *etiam lari genus.* ibid.
Καταρράσσειν, quid. 97.
Caucasi montis altitudo. 160. 164.
Causa, pro re. 407.
Celadus, vulgo Rio Cavado. 305.
Cera signatoria, sive Lacca, excluditur à formicis Indicis. 355.
Ceras promuntorium. 272. *cur id Hecatæ dedicarint.* 273
Ceraste, quæ deinde Calatis, Milesiorum colonia, unde sic dicta. 167.
Ceraunii montes. 395.
Cercetæ. 16.
Cercinna & Cercinnitis insulæ. 274. *male confunditur Cercinna cum Cerne insula.* 275.
Cerne insula, hodie Arguin *dicta.* 411.
Cestrus, fluvius. 97. *Κέστρον etiam sagittam & jaculum interpretantur.* ibid.
Cetra, quid. 28.
ἡ Κητὼ eadem Dea ac ἡ Σιτώ. 84.
Chalce, sive Chalcia Rhodiorum insula. 281.
Chelidoniæ insulæ. 99. 100. *ipsæ vocantur Tauri promuntorium.* 100.
Chemmis insula. 71.
Chersonesus. 145.
Chersonesus Thraciæ & Pallenes cur sæpissime confundantur. 174.
Chimera mons. 105.
Christiani unde Asinarii *fuerint dicti.* 62.
Cicynethos insula. 276.
Cifrarum usus, non adeo recens ac plerique existimant. 85. *quibus earum inventio tribuatur.* 86.
Cillus, *asinus.* 63. cillanus, *agaso.* ibid.
Cinara insula. 281.
Cinctorium, ζωνίον. 154.
Cinnabari sive sanguis draconis. 418.
Cios & Cianus sinus. 130.
Circius ventus sævissimus. 229. *unde sic dictus.* 230.
Cirrha. 208.
Cirta, Cæsarea, Siga, tres urbes regiæ Iubæ. 34.
Clampetia urbs hodierno nomine vocatur Mantia. ibid.
Clavosa & clavata, Grammatici interpretan-

tantur inæqualia. 236.
Climberrum oppidum. 313.
Clupea. 40.
Cnopia oppidum, à Cnopo fluvio, qui idem atque Ismenus, denominatum. 201.
Colere liberos. 58.
Colere, pro excolere. ibid.
Coli & regio Colica. 138. 265.
Κολοβοὶ. 392.
Coloëni populi. 386. *cur à Græcis* κολοβοὶ *dicti.* ibid. & 392.
Colon, Colis & Colias, ejusdem promuntorii nomen. 366. *populus huic adsitus Colici & Coliaci dicebantur.* ibid.
Comani iidem sunt atque Κώμοι *Ptolemæi.* 15.
Κόμαροι & Χόμαροι *differunt.* 15.
Compostella, quomodo prius dicta. 308.
Concordia, oppidum. 216.
Condere *Melæ est, coloniam deducere.* 117. *pro hoc Græci* κτίζειν & οἰκίζειν *usurpant.* ibid.
Contemplati, *pro contemplantes.* 94.
Continatio quid. 272.
Contueri *proprium mala imprecantium.* 55.
Coriacei tubi, quo aquam dulcem è fundo maris hauriebant Aradii. 268.
Corium promuntorium. 307.
Corus, Corius, sive Cyrus fluvius. 380. *huic Araxes amnis conjungitur.* ibid.
Costæ, sive statumina navis. 374.
Cothon insula. 280.
Cragus mons. 103. 105.
Creusa. 208.
Κρηνοὶ, *portus Dionysopolitarum.* 169.
Cudum promuntorium, sive oppidum. 366.
Cuneus ager & promuntorium, corruptum est ex Græco Κύνης. 302.
Κυνόπανες, *canes cornuti.* 399.
Κυνόσημα. 172.
Cyalus urbs. 119.
Cydna, aliis Pydna, urbs. 186.
Cyllenius nomen montis & Mercurii. 196.
Cynetes populi. 302. *horum rex vetustissimus Gargoris mellis colligendi usum primùm invenit.* ibid. *ab his Cynetibus nomen accepere Ginetti, quomodo expeditos equites, cætra tantum & lancea armatos, vocant Hispani.* 303.
Cyrene vel Cyrenaica variè accipitur. 44. *hujus non eosdem terminos faciunt veteres.* 45.
Cyrus amnis. 332.

D.

Dagon, numen Syrorum. 84. *unde videatur nominatum.* ibid.
Danubius fluvius, jam Ister dictus. 211.
Δαυκύλιον, *urbis nomen.* 130. *unde derivetur.* ibid.
Dara flumen & regio. 408.
Dea Ceto. 84.
Dea Segesta, & Segetia, quæ; & unde sic dicta. 289.
Decurrit, *pro deorsum curit.* 3.
Delphinorum beneficia in piscatores. 283.
Demetrion oppidum. 197.
Didyme. 291.
Dii manes & dii inferi pro iisdem semper accipiuntur. 60.
Διοικοδομεῖν, *propriè quid.* 277.
Δόλιχος. 202.
Diu, *Persis insula.* 369.
Donusa insula, unde sic dicta. 280.
Draco arbor ubi. 418.
Durius fluvius. 305.
Dyrrachium, peninsula. 210.

E.

Ebenus Æthiopica ad nos non adfertur. 388.
Ebora. 303. 304.
Ebur fossile. 417.
Essedones, & Panebi capita parentum suorum deaurata in sacello aut larario collocarunt, iisque tanquam simulacris annuos honores, exhibuere. 149.
Εἰς φρόνησιν οὐδὲν βελτίων βασιλέως γυνή. prov. 68.

Elephantine, urbs. 66.
Ἡλίου Ἰσόπεδα *Ægyptiorum.* 398.
Ἔμβολον. 103.
Enneapolis Pomponio Pylus Eliaca. 206.
Eoi seu Serici Oceani termini. 350.
Epidamnus urbs. 210.
Ἐπιστροφὴ, *sive flexio fluviorum, quid.* 328.
Ἐπιτροπὴ *fluviorum quid sit.* 328.
Ἐπτάδελφοι *montes ob similitudinem sic dicti.* 29.
Error Λιγύη *in* Λιβύη, Λίγυες *in* Λίβυες *&c. mutantium notatus.* 206. *hinc forte etiam natus error de ursis Lybicis & Numidicis, cum revera essent Ligystici & Ligyci.* ibid.
Error multorum è veteribus nomadas *pro* Numidis, *&* nomadicum *pro* Numidico *accipientium.* 38.
Erithya insula. 338.
Erythræ olim clara regis sepulchro, nunc totius orientis emporio longè clarior. 383.
Ἑσπέρου κέρας, *promuntorium, quod* Viride *appellatur.* ibid.
Eudoxus merus fuit impostor. 403.
Euphratis fluvii descriptio. 381. *quando nova ostia habere cœpit.* ibid.
Εὐώνυμον *sive* Θεοῦ ὠμόν, *promuntorium.* 87.
Euripi pontis descriptio. 277.
Euripi status fluxus. 277. *unde fiat ut diei spatio aliquando septies cursum mutet.* ibid.
Europam, Asiam, Africam, & Delta quatuor mundi partes constituit Herodotus. 79.
Europia, regio Macedoniæ. 174.
Εὐρώπη *fons.* 149.

F.

Fabulosum dari totas nationes pumilionum ut & gigantum. 391.
Fana à Delubris ut differant. 195.
Fanum & Fanus *utrumque recte dicitur.* 195.
Fartaque promuntorium. 385.
Fastigare, *non* Fastigiare *dicendum.* 24.
Fertus, hinc pinifertus. 242.
Fluminum partes quæ dicantur superiores & quæ inferiores. 19.
Fluvii devolvi *quando, & quando* evolvi *dicantur.* 146.
Fœnum Taprobaniticum est oryza. 370.
Fons Solis idem ac fons Ammonis. 47.
Formicarum tria genera in India. 354. 355.
Fortunatæ insulæ quot. 413.
Fossa Mariana. 233.
Freti Magellanici accolæ, homines vastissimi. 391.
Fritilla, avis, unde dicta. 289.
Frons, *pro promuntorio.* 382.
Frontes Melæ partes illæ continentis, quæ maxime in mari excurrunt & prominent. 170. *Græci* μέτωπον *dicunt.* ibid.
Fructem & frutem *dixere veteres, à recto casu Frux, frutis, vel fructis.* 289.

G.

Gætulica purpura. 417.
Γάσων *fluminis & lacus nomen.* 112.
Galata insula. 290.
Ganda Indis est Rhinoceros. 15.
Gandari, Indiæ gens, à fortitudine sic dicti. 15.
Garamantum regio. 56. *boves* ἀμφίνομοι. 55. & 58.
Gargara, oppidum ignobile. 117.
Γεδρωσοὶ *vel* Κέδρωσοι. 14.
Γῆ ἀντίχθων. 4.
Γέρυνα, *vel* Γύρυνα, *murium quoddam genus.* 68. *diversum à muribus Ægyptiis quos* δίποδας *vocant.* 69.
Germania, Pannonia, Mœsia, aliæque provinciæ, quamobrem in superiorem & inferiorem divisæ. 19.
Græciæ altissimi montes. 161.

161.
Græci navigationem unius diei ſtadiis quingentis includunt. 326. *partes ſuperiores & mediterraneas vocant τὰ ἄνω, maritimas verò τὰ κάτω.* 19.
Grove inſula. 304. *hinc Grovii.* ibid.
Gorgonum inſula. 411.
Gortynæ urbis ſitus. 187.
Goſſypium lanifera planta. 359.
Gyaros. 280.

H.

H *Adrumentum oppidum,* 40. *idem quod Adrume.* 41.
Hæmi montis altitudo. 157. 158. *an ex eo Euxinum & Adriaticum maria cernantur.* ibid.
Hannonis Carthaginenſis periplus. 401. *ipſo Homero & Heſiodo antiquius hoc Hannonis monimentum.* 402. *ex hujus tribus Gorgidibus promanavit fabella de tribus Gorgonibus.* ibid.
Harmatotrophi, legendum, non Harmatotropi, nec Pharmacotrophi. 15.
Harmozia, oppidum. 384. *errant qui id hodiernum Hormoz eſſe putant.* ibid.
Heliopolis. 393.
Heliopolitanus nomus. 393.
Helleſpontus cur Boryſthenes dictus. 9. *ante Helles caſum Helleſpontus ſic fuit appellatus.* ibid. *per Helleſpontum hic non intelligendæ Helleſponti angustiæ, ſed totam Propontis.* ibid.
Hemeroſcopium urbs. 253. *vulgo* Denia *vocatur.* ibid.
Hemicillus, ἡμίονος. 63.
Henetos & Venetos dixere veteres. 17.
Hermiones populi. 319 *diverſi ab Hellevionibus.* 320.
Hermus amnis. 114.
Heroopoliticum promuntorium. 386.
Heſperidum horti. 49. *de eorum ſitu variæ variorum opiniones.* 49. 413.
Heſperis urbs; poſtea Berenice à Græcis dicta. 49.
Himantopodes quales habent pedes. 415.
Hippo oppidum, cur Διάβροχον dictum. 39.
Hippuris *inſula.* 280. *an eadem ſit cum Hippuriade.* ibid.
Hormuz *lingua vetuſta Perſica* Palmetum *ſignificat.* 384.
Hylarima civitas. 107. 108.
Hypacaris, non Hypacyris fluvius. 146.
Hyperboreorum gens cur ſacra vocatur. 323.

I.

I Acent, *pro adjacent.* 131.
Iaſo, *pro Iaſon.* 131.
Iberiæ Citerioris & Ulterioris, juxta primam Romanorum diviſionem, termini qui. 244. *poſtea in tres partiti provincias.* ibid.
Iberos & Iberiam non pro tota Hiſpania ſed tantum pro parte littorali, ejus quæ à columnis Herculis uſque ad Iberum flumen extenditur, accipiebant Græci vetuſtiores. 252.
Ἰρα ἄκρα. 100.
Igilium inſula. 292.
Ignes, *pro ignibus ſacris.* 155.
Ignis fatuus. 407. *ejus apparitio adeo frequens in Zona torrida, ut toti Æthiopum campi, noctu ſeu ſtellis colluceant.* ibid.
Ilicitanus portus. 254.
Ilienſes populi. 293.
Iluro urbs. 251. *hanc malè quidam cum altera confundunt hodie* Oleron *dicta.* ibid.
Indi & Æthiopes in majoribus tenebris vivunt atque boreales populi. 349.
Indicum pelagus multò longius extenditur quam ipſa India. 12.
Ingenti fronte, *ideſt, lato ore, lata facie.* 95.
Inſulæ beatæ. 266.
Iol oppidum antiquiſſimum. 34. *poſtea Cæſarea dicta.* 35. *fuit Bocchi regia ante Iubam.* ibid.

Iolcos urbs. 192.
Ioppe urbs. 83.
Iovi caput, pectus Neptuno, aliis vero diis aliæ partes corporis fuere consecratæ. 155.
Ἴππων *oppidum.* 111.
Iria Flavia, hodie Compostella. 308.
Isatis herba. qua olim Britanni totum fucabant corpus. 336. Vitrum *etiam vocatur.* 344. *ut &* glastum. ibid.
Ister, vel Danubius, fluvius. 166.
Istropolis urbs. 166.
Isthmi Corinthiaci latitudo. 191.
Isthmus, quem Xerxes perfodit, montis incolis προαύλαξ *vocatur.* 184.
Iudæi olim credebantur per asinum jurare. 63.
Iugum littus excelsum. 173.
Iugerum, Πλέθρον *Græcorum.* 72.
Ivia fluvius, qui vulgò Iuvia. 309.
Iulia Ioza, Iulia Traducta, & Tingi Cetraria, ejusdem oppidi cognomina. 261.
Iupiter Ammon. 45. 46. *de hujus templi situ autorum discrepantia.* ibid. *cur* Certior *Iupiter Ammon vocetur.* 46. *hujus effigies.* ibid.
Iupiter Sardesius. 98.
Ius nomen montis. 228.
Iynx, fricilla, *vel* frigilla, *avis.* 289. 290. *malè confunditur cum frigilla, & motacilla.* ibid.

K. vide C.

L.

Labyrinthus Ægyptius. 73.
Lacus Ligusticus. 300.
Lacydon Massilienssium portus. 232.
Læpa oppidum. 301.
Læros fluvius. 306.
Lambriaca urbs. 305.
Lametum oppidum. 223. *hodie* Maida *vocatur.* ibid.
Λάμπειν, *ut &* fulgere *vox ambigua.* 129.
Lampsacus urbs unde sic dicta. 129.
Λαπαλία, *locus inter oppidum Brigantium & Trileucium promuntorium.* 307.
Lappones, Samoyedæ, brevis staturæ gentes. 391.
Lappones quomodo currunt. 416.
Latera, castellum, hodie Lattes *appellatur.* 237. *ab ejusdem nominis lacu denominatum.* ibid.
Latera quibus rebus propriè tribuantur. 128.
Lateris *voce nunquam utitur Pomponius, nisi de parte mari adsita.* 247.
Latitudo accipitur etiam pro spatio ab ortu in occasum. 6.
Lebynthos insula. 281.
Ledus, flumen. 237.
Leem-mus, *vel* Leemmer *genus murium.* 68.
Lepte acra sive Drepanum promuntorium. 400.
Leptis *oppidum.* 40.
Lerne oppidum. 205.
Lernæus lacus. 205.
Λεθαῖον *flumen.* 50.
Leucothea. 291.
Libya nullos gignit ursos. 235.
Libya trapetii Scaleni figuram habet. 7.
Limia, flumen. 305.
Linquit, *pro desluit decrescit* λείπει. 218.
Lipara. 291.
Literæ *pro numeris vel elementis Matheseos.* 85.
Litora quæ inflecti propriè dicantur. 310.
Litus & ora ut differant. 21.
Lixa alia est à Tinge. 419.
Locus στενῶν, *sunt angustiæ, aliis* τὰ στενὰ *hodie Babelmandel.* 400.
Longitudo accipitur pro spatio à polo ad polum. 6.
Lotophagi. 42. *eorum sedes.* 43.
Λύκος & Λυκόω, *nomen urbis & fluminis.* 135.
Lynxo oppidum. 419.
Lucentia, urbs, hodie Alicante *vocatur.* 255.
Lusitaniæ termini sæpe mutati pro lubitu Imperatorum. 247.
Lycia primò Ciliciæ fuit conti-

contigua. 100.

M.

MÆandri ostium. 111. *Mænaca.* 257.
Mæotidæ γυναικοκρατέμενοι. 142.
Mæotides sunt Amazones. 142.
Mæotis, *Herodoto* mater Ponti, *aliis verò* obstetrix dicta. 8.
Majoribus præstare, quid. 150.
Μάκαρ & ὁ Μακαρεὺς. 266.
Malabathrum ἀδρόσφαιρον, μεσόσφαιρον, & μικρόσφαιρον. 352. *Πεντάσφαιρον malabathrum, idem quod ἀδρόσφαιρον* 353. *quid malabathri nomine olim fuerit intellectum.* ibid. *sine dubio veteres hoc malabathrum cum Betre confuderunt.* 353.
Malabarrorum pandæ & promissæ aures. 348.
Malaca urbs. 257.
Mambu, sive Bambu, arundo sacchariferaex qua lintres Indorum exsculpuntur. 361.
Manna, duplex, liquida & arida, 356. *eadem tamen utriusque substantia, nec diversa à veterum aëromeli.* ibid. *non idem tamen ubique mannæ ingenium, sed diversum, pro diversitate locorum & plantarum in quas incidit.* 357.
Mapalia Numidarum Nomadum. 53.
Mardi & Amardi iidem. 327. *sic omnes latrones & fugitivi montium incolæ à Persis fuere dicti.* ibid.
Mare superum & inferum quare sic vocentur. 214.
Mares populus vicinus Mosynœcis. 17.
Maritima Avaticorum, oppidum. 233. *idem atque Mastramela.* ibid.
Maronea urbs. 176. *aliquando etiam Orthagoria dicta.* ibid.
Marti ζώνη, parsilla qua cingimur, olim consecrabatur. 155.
Mariandyni. 17. *hos alii cum Henetis nominant.* ibid.
Massilia vetus non sita fuit, ubi hodierna est. 232.
Mastusium mare. 173.
Matiani vel Mantiani populi, ad dextram Halyos fluvii siti. 17. *non confundendi cum aliis ejus nominis in Media & Hyrcania.* ibid.
Mauri & variæ Indorum & Æthiopum gentes cur simas habeant nares. 404.
Mauritaniæ Cæsariensis & Tingitanæ nomina quando demum audita. 32.
Maurorum multi fines, quos sensu. 25.
Mearus fluvius, hodie Rio Mero. 309.
Medea duos maritos habuit. 283.
Medi an fuerint dicti Arii ante adventum Medeæ 13.
Medica herba. 340. *hanc Hispani* alfalfam *vocant.* ibid. *tam abundantis est nutrimenti, ut nisi pecora pastu prohibeantur, copia sanguinis sæpe suffocentur.* ibid.
Medicæ stolæ originem unde arcessant Grammatici. 283.
Μεγαλήτοι, Ἐνετικῆται, Παιώνιοι, Ταυήιοι, Ὠβλικνοι, *auriti populi.* 347.
Medama & Medma oppidum. 224.
Mel Calydnium. 281. *appellatur quoque Mel Calymnium.* ibid.
Mela Cætrariensis fuit genere, natione vero Pœnus. 262.
Melamboreas, ventus violentissimus. 229. *prorsus ille, quem Latini Circium vocant.* ibid.
Melibœæ urbis situs. 187. *ob Philocteten & purpuræ tincturam illustrior facta.* ibid.
Mellaria urbs, ejusque situs. 262.
Memoratus, idem quod memoratio, διήγησις. 401.
Μήνη ἀντὶ πυρσοῦ. *proverb.* 272.
Meninx insula. 274.

Mens cinctoria, idem quod Terentio gladiatorius animus. 155.
Menuthias insula, quos nunc Zanzibar appellatur. 403.
Meroë, regia Æthiopum 396.
Meropes Thessali. 283.
Mesua, vel Mensua, collis, olim Setius vel Segius mons appellabatur. 238.
Metalactis, prototama ssa. 67.
Meta cupressi, &c. ibid.
Metagonitis regio unde sic dicta. 235.
Μήτρα sive δρύοχος quid 374.
Mosandan promuntorium. 382.
Mori apud Sinenses bombycibus destinatæ seruntur. 359.
Montium articuli qui. 214.
Mos pueros, qui immatura morte periissent, ante ortum solis sepeliendi unde ortus. 375.
Mossynœci ob minima delicta regulos suos unius diei fame enecabant. 136.
Mulucha amnis. 31.
Murrani populi, unde videantur dicti. 17.
Mytilene unde dicta. 267.

N.

Nani sive pumiliones quomodo formentur. 392.
Narbonensis provinciæ terminus. 227.
Navia, linter, alveus, idem. 361.
Navium capacitatem veteres per amphoras & modios indicabant. 374.
Naupactos. 196.
Neuri populi. 153. *sese in lupos transformabant.* ibid. *senio confectos parentes occidebant.* 154.
Nili incrementi causa. 70.
Nili ortus. 57.
Nilotis fluvius. 408.
Nilus ubi simplex sævus est. 65.
Nisyros insula. 281.
Nives, grandines, pluviæ, ubi generentur. 123.
Nubæ Pygmæi. 391.
Numidia quo usque extendebatur, quando Iugurthæ parebat. 31.

O.

Oæones populi, ab esu ovorum sic dicti. 346.
Oeanthia. 208.
Ogyris insula. 383. *Gyris & Gyrine etiam quibusdam vocatur.* ibid. *vulgo* Gerun *nominatur.* ibid.
Oleastrum oppidum. 298. *unde id Græci Cotinussam appellarint.* ibid.
Oluros, portus Pellenæorum. 207.
Olympus Mysius. 130.
Ombrios *insula.* 415.
Omnibus ævis, *pro omni tempore.* 171.
Ὁμοχροΐη, quid. 152.
Onoba urbs. 301.
Ὄπτας, subula. 152.
Opharitæ ab Opheros fluvio dicti. 16.
Optima victima, quæ. 312.
Ora Ortygii Caystri, apud Tibullum, quia Ephesus prius Ortygia fuit dicta. 113.
Orbis vel Orbis, flumenis nomen. 239.
Oropus urbs. 201.
Ὀρφέως δρύες. 175.
Orthagoria urbs, à quo sic dicta. 176.
Οὐάβας oppidum. 36.
Ovium duo genera in Africa, ac subjecta ei Æthiopia. 47.
Oxus fluvius, ante victorias Alexandri Araxes a Græcis fuit appellatus. 329.

P.

Pæsiacæ, vel Pasiacæ, populi. 327. *etiam Apasiacæ dicti.* ibid.
Pogonus Trœzeniorum portus. 204.
Palou, *vel* polou, *Indis insula.* 369.
Pamphyliæ ora litoralis olim Lyciæ fuit adtributa. 20.
Panchaia & Panchæi populi. 390.
Paricani populi. 15 *scribendum Pariani.* ibid.
Pasargadæ oppidum, & populi. 379. *dictum etiam Xiras.* 380.
Passus cursorum, sive Geometricus quod pedum

dum. 161. 162.
Paſſuum longe alia ratio in montibus ac in plano. 161.
Patalene inſula à Patala oppido ſic dicta. 376.
Patara urbs. 102.
Pedibus merere. 140.
Πελαγίζειν, *quid.* 48.
Pella urbs. 184. *in hac Philippus & Alexander nati & educati.* ibid. *non fuit regia Macedonum ante Philippum.* 185.
Peloponneſus platani ut & vitis folio comparata. 204.
Peloponneſi grandes ſinus quatuor. 204.
Πέμμαζα, *ſacrificia quæ olim pueri Apollini offerebant.* 104.
Πέντε, *in compoſitione auget & intendit ſignificationem.* 353.
Perga oppidum. 97. *hinc Pergaſæa Diana, quæ eadem atque Pergæa.* 98.
Perſepolis urbs. 379. *dicta nunc Chilminara.* ibid.
Petrones unde ſic dicti. 352.
Phari Alexandrinæ deſcriptio. 160. 270. *altitudo.* ibid. *cujus juſſu ſtructa.* ibid. *quales cancri illi fuerint, cui inſiſtere dicitur.* 271. *unde ſic dicta.* ibid.
Phari cur Dianæ conſecratæ. 272.
Pharos, Paros, ſive Pharia, oræ Liburnicæ inſula. 286.
Pharuſii Perſæ. 416.
Phaſelis, oppidum. 98. *à Publio Servilio everſum.* ibid.
Phidiaca Nemeſis. 201.
Philotera ſive Philoteris. 386.
Phœnices, Pœni. 260.
Phœnicuſa. 291.
Phœnix ubi naſcitur & moritur. 394.
Φλόμοι, *vel* φλώμοι. 409.
Pilulæ malabathri. 352.
Piſces foſſiles in Paphlagonia. 241.
Pithecuſa, inſula. 291. *quidam eandem cum Ænaria inſulam faciunt.* ibid.
Πλαγίαυλος, *ſive obliqua tibia, quare* ἀσκεπὴς *dicatur.* 317.
Plantæ laniferæ. 358.
Platonici mundum unum animal eſſe credebant, quod omnia animalia in ſe continebat. 297.
Platonis opinio, ſidera non redire ad eundem ſitum niſi quadraginta annorum millibus exactis. 76.
Πλεύσεσας εἰς Τροιζῆνα, *proverb. in imberbes, & ἀπαιωπώγωνας.* 204.
Pluviæ quare in inferiore Ægypto nonnunquam deſcendant, in ſuperiore nunquam. 64. 65.
Poloni aut Lithuani in quo à Perſis differant. 320.
Polyægos inſula. 276.
Porro, pro adverbio temporis. 90.
Portugallia unde denominata. 286. *hanc medii ævi ſcriptores paſſim à Luſitania diſtinguunt.* ibid.
Portus Saronicus. 203. *hinc mare Saronicum denominatum.* ibid.
Prior, pro propiore, & primus, pro proximo. 90.
Priſciana oppidum. 419.
Promuntorium, quid. 92. 100.
Proni vocabulum explicatum. 116.
Proteſilai ſepulchrum. 171.
Pteleon 198. *hujus nominis duo fuere oppida.* ibid.
Πτεροφόρος *regio, unde ſic nominata.* 16.
Ptolemais θηρῶν, *ſive* ἐπὶ θήρας. 386. *hodie Mazua dicitur.* 387. *hic Sole medium Leonem peragrante nullæ fiunt umbræ.* ibid.
Ptolemæus Philadelphus filiuſq, ejus Euergetes primi Græcorum, qui Elephantorum venationem inſtituerunt. 387.
Puda, vel Buda eſt papyrus. 409. *accipitur etiam pro ſtragulis, tomentis &c. aliaque ſupellectili, quæ è papyro conſtat.* ibid.
Pueritia, pro ἀναφροδισία, *ſive abſtinentia à Venere.* 317.
Purpurariæ inſulæ. 417.
Pygmæi. 390. 391. 392.
Pylitres, & quæ. 206. *ab his*

his regio Triphilia dicta est. 207.

Q.

QUam diu, *proquam diutissimè.* 324.
Queichome, vel Queissome insula. 384. *à Persis olim & nunc Broct appellatur.* ibid.

R.

RAnæ an unquam descenderint cum pluvia è nubibus. 68.
Ratio cur fretum illud quod Aphrodisium promuntorium & ostia Rhodani interjacet, vento licet mediocriter flante, in magis præruptos aquæ cumulos adsurgat, quam aliud ullum mare in nostro orbe. 231.
Ratio quare ibi terminum Numidiæ statuat Pomponius, ubi Plinius principium facit. 33.
Ῥὶς κίμαξ, *pro teneriore Rhei cauliculo.* 329.
Rha, sive Volga, flumen. 327. *hinc dictum Rha Barbarum, & Rha Ponticum, quod idem est.* 328. *specie & virtute multum differt ab hodierno Rhabarbaro,* ibid.
Rhaptum promuntorium, 403.
Rhion, 207.
Riphæes Ῥιπαῖες, *iidem qui Rhiphæi.* 16.
Rhiphæi montes æque fabulosi ac Hyperborei, 141.
Rhoda oppidum. 249. *hoc Plinius cum Rhodanusia confundit.* ibid.
Rigua, quæ. 39.

S.

SAbis *fluminis, & oppidi nomen.* 379.
Saccharum hodiernum perperam à quibusdam à veterum saccharo distinguitur. 362. *liquidum & concretum.* ibid. *sacchari virtus & facultas.* 363.
Saccharum Tabaxir. 362. & seqq.
Sætabis flumen ab adsito oppido sic dictum. 252. *hodie* Rio de Xativa. ibid.
Sagmarius vel saumarius. 63.
Salabina, vel Salambina, hodie Selabrenna *vocatur,* 256.
Salentini campi & Salentina litora. 221. *Salentinos à sale sic dictos autumant, quod undique tot maribus adstatur eorum peninsula.* ibid.
Samoyedæ oblique currunt quemadmodum cancri. 416.
Sana vel Sane oppidum 186. *hujus habitatores* Σηναῖοι & Σηνᾶται *dicebantur,* ibid.
Sandis, Andis vel Adanis, idem. 379.
Sanguis draconis. 418.
Sardabal fluvius. 35.
Σαρδηνός, *oppidum in quo Iupiter Sardesius.* 98.
Σαρηφάγος *pulvis qualis* 118.
Sars fluvius. 306.
Sartaces oppidum. 385. *olim Sabbatha dictum* ibid.
Saxa attrita, quæ. 37. *hæc Græci* κόπωσις & κοπωλίδας *vocant.* ibid.
Scalæ Hannibalis. 251.
Scandile insula, hodie Scandole. 276.
Scandinovia insula. 345.
Schœnitas portus. 204.
Scythæ Agathyrsi corpus notis pingere soliti. 151. *cum societatem inirent, mutuum sanguinem ex emptum è vulneribus permiscebant, atque eum invicem sorbebant.* ibid.
Scythæ Hamaxobii, Henniochi. 15.
Scythici arcus figura. 133.
Σκύθης *vel* σκίθης *idem est, varieque à Græcis accipitur.* 118.
Scuta Maurorum, & Gimetorum Hispanicorum absque ullo ligno, quæ adargas *vocant.* 28. *Æthiopum ex hippopotamorum tergoribus.* ibid.
Sena insula. 340. Isle des Saincts. ibid.
Serum limites. 351. *cur muti à quibusdam crederentur.* ibid.
Si, pro postquam, quia. 401.
Sicana urbs & Sicanus flu-

fluvius. 253. *eadem & idem cum Sucrone urbe, & Sucrone fluvio.* ibid. *eſt illa urbs quæ vulgo* Alzira *dicitur.* ibid.
Siga Syphacis *urbs regia in Mauritania.* 34.
Sierra Liona, *mons altus, cur à Luſitanis ſic dictus.* 406. Θεῶν ὄχημα *à Græcis vocatur.* ibid.
Silarus, Silerus, & Siler, amnis. 225.
Σιλφιοφόρος *regio.* 52. *ſilphium valde appetunt greges.* ibid. *ubi naſcitur.* 53.
Silvanorum & Silenorum duo genera. 62. *ſæpe inter ſe confunduntur.* ibid. *horum forma.* ibid.
Sinæ vel Thinæ veteribus celebrati, non ſunt iidem qui vulgo dicti Sinenſes. 11. *ſunt hodierni Siamenſes.* 12.
Sinenſes hodierni, iidem qui antiquorum Seres. 11.
Sinus, quid. 260.
Sinus Arabici principium. 385.
Sinus Perſicus. 377.
Sirenides, inſulæ Sirenum. 225.
Smyrna. 114.
Sol cur multo major videatur oriri & occidere in Idâ & aliis montibus quam alibi terrarum. 126.
Sol, ſi plus quatuor gradibus horizonte inferior ſit, ne ex ſummo quidem totius orbis monte conſpicuus eſt. 120.
Solem ſemel oriri ſolſtitio, bruma ſemel occidere, de quibus recte dicatur. 322.
Solis inſula. 375.
Sordones appellabantur etiam Sordi 242.
Sordus flumen. 242.
Σογδιανοὶ & Σογδιανοὶ. 15.
Specus Corycius. 92. 94.
Strobilum promuntorium. 386. *unde ſic dictum.* ibid.
Sucro fluvius. 252. 253.
Super *accipitur à Pomponio, ſimiliter atque* τὸ ὑπὲρ *à Græcis.* 18.
Superantior ignis, *pro vehementiſſimo.* 55.
Syrictæ Indorum populi unde ſic dicti. 404.
Syrtis minoris ambitus. 41.

Ta-

T.

T *Abis mons.* 351.
Tamus promuntorium. 367.
Taprobane, inſula. 368. *hujus deſcriptio & variæ appellationes, appellationumq; etyma.* 369. & ſeq. *unde noviſſime* Seilan *dicta.* ibid. *hujus menſura.* 370. 371.
Taurentum Maſſilienſium oppidum. 231.
Taurus mons. 100.
Telis flumen. 242.
Telmeſius mons. 105. *hunc alii promuntorium Cragi vocant.* ibid.
Tempe, unde dicta. 190. *variè hæc vox à poſterioribus Græcis Latiniſque uſurpata.* ibid. *hinc Romanorum* tempus. ibid.
Tergum agere, dorſum agere. 114.
Terra diviſa ab oriente in occidentem, quid ſit. 4.
Terræmotus in Syria & Meſopotamia exemplum. 194. *Methonenſis quando contigerit.* 195.
Terra Threca, pro Threſſa ſive Thraciâ. 176.
Θαλαττία σηκτομήνη, *mare tenebroſum & illune.* 272.
Thamyris ubi excæcatus. 199.
Thebæ Ægyptiæ. 77. 78. *olim univerſa Ægyptus ſic fuit vocata.* 79.
Themiſcyra, oppidum. 135.
Thera inſula. 280.
Theſſalia olim Thracia nominata fuit. 199.
Thia inſula. 280.
Thraces plerique barbari & bellatores erant, raptu viventes. 156.
Thule inſula. 322. *in hac inſula cur noctes breves.* 348. *hujus ſitus.* ibid.
Thus Panchaicum. 390.
Tibia vaſca, quæ. 316.
Tichis flumen. 242.
Τίγγις Καπραεία. 261.
Tigrides in quo tantum à leænis differant. 335. *male à quibuſdam non diſtinguuntur à leopardis.* ibid.

Tincto-

Tinctoria, βάμματα. 155.
Tinda urbs. 177.
Tollere infantem, quid. 58.
Tolobis amnis. 251.
Τερπάνης *aves canoræ.* 398.
Transgredi, pro inundare. 319.
Transjugare, quid. 182.
Trileucum promunturium. 307.
Τερπόδλω & Τερπλοδύλη. 25. 48.
Turduli populi. 297.
Turia vel Turias fluvius. 253. *vulgo* Guadalayar *vocatur.* ibid.
Turius fluvius. 253. *vulgo dicitur*, Rio de Carlete. ibid.
Tyros purpuræ tinctura floruit. 86.

V.

Valetium, Valentium, & Aletium unum & idem omnino oppidum. 220.
Vastè, pro incultè, acrusticè. 316.
Vastum etiam accipitur pro inani & vacuo. 316.
Vasti lacus quare salsi fiant. 325.
Vectis insula. 345. *appellatur etiam Victis, Vecta & Ictis.* ibid. *ratio cur Mela hanc in sinu Codano ponat.* ibid.
Veneris Erycinæ templum, à quo exstructum. 288.
Veneris Frutis templum. 289. *unde hæc Venus sic dicta videatur.* ibid.
Vestales solitæ tonderi. 80.
Veterum nemo fuit, cujus quidem exstet memoria, qui bonæ spei promunturium vel accessit, nedum prætervectus sit. 403.
Vinum Maroneum, 156. *Biblinum.* ibid.
Virgines pridie quam nuberent olim capillos suos consecrabant. 80.
Vitrum herba, Græcis Isatis. 344. *glastum quoque vocatur.* ibid.
Ulla, fluvii & oppidi nomen. 306.
Umber, quid; & unde derivetur. 46.
Volcarum stagna plura. 237.
Volubile & Volubilis oppidum. 419.
Ὑπερκεῖσθαι *semper accipitur de locis remotis à mari.* 192.
Urci, Urgi, Virgi, Birgi, Murgi, omnia ejusdem oppidi nomina. 256.
Ursi Numidici Domitii merifuere leones. 235.
Usque *pro* semper. 23.

X.

Xerxis fossa an fabulosa? 182.

Z.

Zerynthium promunturium, unde sic dictum. 175.
Ζεὺς Αθῶος. 181.
Ζεὺς λάιος, *idem qui* ὑπερκάρπιος Ζεύς. 179.

Monendus es, benigne Lector, & hunc & sequentem indiculum oscitanter admodum esse concinnatum. Desiderantur enim hic non pauca observatione digna, quæ à supino pinacographo fuere omissa. Idem multa futilia, & sententiæ Autoris nonnunquam contraria, huc congessit. Hoc volui nescius ne esses.

INDEX AUTORUM,

QUI IN

ISAACI VOSSII OBSERVATIONIBUS

Illuſtrantur aut emendantur.

ÆLianus. 56, 155. emendatus. 183, 404.
Aëtius. 118.
Æſchylus. 204, 229. emendatus. 69.
Agathonis Tragici verſus emendati. 133.
Ammian. Marcellin. 133, 140, 153, 155, 167, 320, 350. emendatus. 182, 272.
Anſelmus Gemblacenſis. 332.
Antigonus Caryſtius. 48.
Antiphilus Byzantius. 171.
Antoninus. 248.
Apollodorus. 256.
Apollonius. 131, 136.
Appianus. 33, 34, 403.
Ariſtophanes. 176.
Ariſtophanis Scholiaſtes. 104.
Ariſtoteles. 6, 7, 19, 38, 58, 79, 117, 121, 163, 338. 357, 393.
Arrianus. 45, 52, 56, 259, 375, 381.
Artemidorus. 395.
Aſclepiades. 91.
Athanaſius. 46.
Athenæus. 281.
Auſonius. 225.

C.

CÆlii epiſt. ad Ciceronem emendata. 216.
Cæſar. 270. emendatus. 233, 276,
Calaber. 171.
Callimachus emendatus. 91.
Catullus. 74, 182, 282, 290, 311.
Cariſius Soſipater. 374.
Chriſtophorus de Bondelmontibus. 277.
Cicero emend. & explicatus. 6, 24, 58, 68, 85, 254. 316.
Cornelius Nepos. 7.
Coſmas Indo-pleuſtes. 369, 371.
Curtii locus emendatus. 46.

D.

DIcæarchus emendatus. 189, 201.
Diodorus Siculus. 46, 120, 196, 382. emendatus. 53, 229, 266, 407.
Dion Chryſoſtomus. 150.
Dionyſ. Alexandrinus interpretatus & emendatus. 102, 103. & illuſtratus. 5. 6.
Dionyſius Halicarnaſſenſis. 174.
Dioſcorides emendatus. 118.
Doſiadas. 282.

E.

ENnius. 176.
Eratoſthenes. 211, 273, 326.
Euphorion. 211.
Euripides emendatus. 26, 69.
Euſtathius. 19, 54, 192, 205, 280.
Ezechielis veteris Tragici verſus emendati. 394.

F.

Festus. 80, 212, 313, 361.
Festus Avienus. 232, 298. emendatus. 233, 234, 237, 238, 239, 242. 252.
Festus Pompejus. 287.
Fronto. 2.
Frontinus. 186.

H.

Hanno Carthaginensis. 405, 411.
Hecatæus. 71.
Hermolaus Barbarus. 40, 66, 231, 265, 336.
Herodotus. 8, 13, 15, 16, 49, 79, 90, 108. 144, 149, 151, 152, 156, 165, 327. emendatus. 17, 54.
Hesychius. 15, 25, 104, 118. emendatus. 97.
Hieronymus Surita. 248.
Hipparchus. 8.
Hippocrates. 356.
Hirtius. 270.
Homerus interpretatus. 77, 198.
Homeri Scholiastes. 78.

I.

Iosephus. 84, 386, 400.
Isidorus. 28.
Juba Rex. 409, 413.
Julius Orator, vulgo Æthicus. 408.
Julius Pollux. 118, 281. emendatus. 63, 360.
Justinus, 302.
Juvenalis explicatus. 360.

Licen-

L.

Licentius. 149.
Livius. 7, 34, 51, 117, 140, 275, 276, 303.
Longinus. 393.
Lucanus. 57, 225, 363. emendatus. 50, 260. interpretatus. 81, 98, 198.
Lucianus. 99, 152.
Lucretius. 55, 187.
Lycophron. 224.

M.

Macrobius. 4.
Marcianus. 243. emendatus. 263, 379.
Martialis. 67, 80, 304, 305.
Matthias à Michou. 331.

N.

Nicas Grammaticus. 129.

O.

Oppianus, emendatus. 257.
Origines. 343, 415.
Orosius. 408.
Ovidius. 67, 212, 222.

P.

Palæphatus. 274, 402, 411.
Parthenii versus emendati. 106.
Pausanias. 13, 168.
Pentadii Epigramma emendatum. 190.
Petronius. 63, 417.
Peutingeri tabula. 15.

Phavorinus. 229, 230.
Philoſtorgius. 57. emendatus. 370.
Philoſtratus. 30, 171, 375, 383.
Photius. 387.
Pindari Scholiaſt. 46, 103, 323.
Plato. 68. 204.
Plinius. 214, 215, 218, 220, 225, 231, 233, 237, 241, 248, 249, 262, 266, 268, 271, 280, 313, 344, 370, 372, 358, 375, 383, 415. explicatus. 13, 15, 51, 58. emendatus. 16, 27, 29, 31, 39, 40, 41, 48, 74, 83, 99, 107, 112, 142, 154, 166, 171, 209, 386, 404, 416. error. 127.
Plutarchus. 214, 413. notatus. 72.
Polybius. 38, 161.
Poſidippi verſus emendati. 189.
Priſcianus. 6.
Proclus. 64.
Procopius. 34, 277, 370.
Propertius. 393. emendatus. 113.
Pſellus. 272.
Ptolemæi Evergetæ monumentum. 378.
Ptolemæus. 5, 11, 12, 17, 31, 52, 184, 233, 255, 366. emendatus. 36, 43, 251, 262, 419. error. 112, 139, 277, 307.

R.

Robertus Montenſis. 332.
Rufus Feſtus. 6. emendatus. 96, 238, 239.

S.

Salluſtius. 24, 44, 50, 215, 248, 253, 416.
Scylax. 102, 138.
Scymni Chii verſus emendati. 250.
Seneca. 86.

Ser-

Servius. 225, 291. notatus. 253.
Silius emendatus. 177, 304.
Solinus. 9, 29, 34, 45, 57, 177, 368.
Statius Papinius. 58.
Stephanus, emendatus. 8, 9, 38, 66, 71, 72, 111, 181, 197, 257. error. 20, 41, 66. illuſtratus. 51, 107, 280.
Strabo. 9, 13, 14, 38, 88, 114, 117, 127, 163, 217, 224, 269, 343. emendatus. 13, 126, 187, 228, 250, 257, 260, 297, 373, 383, 402. interpretatus. 192.
Suidas notatus. 49, 104.

T.

Tacitus. 54, 152, 170, 318.
Terentius. 85.
Tertullianus. 399. emendatus & interpretatus. 25.
Theodoſius emendatus. 248.
Theon Smyrnæus. 278.
Theophanes. 194.
Theophraſtus. 68, 119, 185, 358, 377.
Theophilactus. 331.

V.

Valerius Flaccus. 140, 154.
Valerius Maximus. 44, 152. emendatus. 213.
Varro Atacinus. 362.
Varro. 335. emendatus. 42.
Virgilius. 21, 51, 74, 187, 320. emendatus. 56, 225, 280.
Vitruvius. 248, 396.

Xe-

0258

INDEX.

X.

Xenophon. 259.

Z.

Zenobius emendatus. 137.
Zosimus. 127.

FINIS.

Errata Typographica.

Pag. 5. col. 2. pro πάνε leg. πάνυ.
Pag. 69. col. 2. pro elegantur leg. eleganter.
Pag. 125. col. 1. pro diametor leg. diametro.
Pag. 263. col. 1. pro vicinitare leg. vicinitate.
Pag. 387. col. 1. pro tolemæum leg. Ptolemæum.

ISAA-

ISAACI VOSSII

OBSERVATIONUM

AD

POMP. MELAM

APPENDIX.

ISAACUS VOSSIUS

JO. GEORGIO GRÆVIO

Viro Doctissimo Salutem.

NOvam Pomponii Melæ editionem una cum novis Jacobi Gronovii annotatis traditam mihi ab illo, cui eam commiseras amico, non libenter tantum, sed avide etiam evolvi. Quid de hoc sentiam scripto ut tibi significem proculdubio expectas. Paucis expediam, juvenis iste valde est iracundus, magnoque mihi in periculo versari videtur, ni medici aut venæ sectione, aut alio remedio efferveſcentis circa cor sanguinis compescant redundantiam. Verum de hoc viderint Æsculapii vestri, mihi enim nondum satis constat, num ex prava corporis constitutione, an vero ex animi vitio istæ quæ eum tenent & macerant proveniant intemperiæ. Tu cum à multis jam annis perspectam & exploratam ejus habeas indolem, optime de his judicabis. Nam quod ipse

prætendit, non ſe potuiſſe niſi ægris & lacrymantibus oculis legere ea, quæ olim contra Salmaſium ſcripſi, recente & cruda etiamnum memoria injuriæ & damni quod ab eo fueram perpeſſus; id nemini facile perſuaſerit, & certe cui tam futili de cauſa profluentes riſum non excutiant lacrymæ? Si tanto affectus fervore magnum illum proſequatur virum, cur eum ab injuſtis, ſi ita exiſtimat, non vindicat reprehenſionibus? Ne ſemel quidem id facit, quin potius ſpretis & neglectis Salmaſii lectionibus, ſi non ſemper veris, doctis tamen & præclaris, ſuas obtrudere conatur ineptias, in quibus nec Græci nec Romani ſermonis conſtat ratio. Ipſe tamen utriuſque me linguæ hoſpitem eſſe cenſet, & ut me Græce neſcire evincat, locum producit Arriani, quem male à me intellectum fuiſſe affirmat. Verba Arriani hæc ſunt; ὡς δὲ ἐλθόντι ἐπὶ ὅσον σταδίους προιόντι ὑπόπετρος ἡ γῆ ἐφαίνετο οἵα ἁλωπεῖσα. Iſta ſic reddidi, *Quumque ad ſtadia triginta progreſſus eſſet petroſa occurrit terra quamque interciſam fuiſſe comparebat.* Mirifice hic excandeſcit minime ſui potens juvenis & quærit; *Unde iſtud* occurrit & comparebat? *Etenim ſi ἐφαίνετο ad priora jungi debet, non niſi* occurrit *ſignificare poteſt: ſi ad poſteriora & notabit* comparebat, *unde petiit illud* occurrit? *Alterutrum certe eſt merum commentum cerebri Voſſiani*, &c. Æquum ſane eſt ut meo qualicunque contentus ſim cerebro, cum iſte juvenis, etiamſi nullum habeat, adeo tamen ſit contentus. Si quid enim haberet, utique vidiſſet eſſe ellipſin participii, cujus integrum ſit, ὑπόπετρος ἔστι ἡ γῆ ἐφαίνετο οἵα ἁλωπεῖσα. Ad verbum id fuerit, *Progreſſo vero ad ſtadia triginta petroſa terra exiſtens apparebat veluti interciſa.* Verum nos eam quam dedimus

mus præferendam cenſuimus verſionem. Quærit dein *an ſic interciſa fuerit ea foſſa, ut jam non amplius eſſet interciſa*? Ineptum quæſitum, quid enim clarius eo quod ſcribit Arrianus foſſam eam fuiſſe apertam; id enim ſi non ſit, an non ſtultum fuiſſet Alexandri de obſtruenda ea propoſitum? Poſt futilem dein exclamationem iterum quærit, quomodo appareret foſſam eam interciſam fuiſſe? Vel puer hoc intelligat: per triginta enim ſtadia, quod tellus eſſet paluſtris & cœnoſa, nulla poterant foſſionis ſupereſſe veſtigia; at vero ſaxeo occurrente ſolo, jam clare ut habet Arrianus interciſionis apparuere ſigna. Pergit; *atqui nunquam interciſa fuerat.* Quomodo foſſa, quomodo διώρυξ ſine interciſione poteſt ſubſiſtere? Addit dein, *ineptе me* ἀποστροφὴν *vertiſſe* divortium, *cum notet repreſſionem & continentiam Euphratis intra ripas & averſionem ab alveo in foſſam.* Quis hæc intelligat aut quomodo hæc cohærent? Si ἀποστροφὴ hoc in loco ſignificet repreſſionem & continentiam Euphratis intra ripas, quomodo poteſt notare averſionem ab alveo in foſſam, cum iſtæc manifeſte ſibi invicem ſint contraria? Sed & unde habet ἀποστροφὴν notare repreſſionem ſeu continentiam intra ripas, ipſa vocis reclamante natura? Quod ſi alteram quam ponit admittat expoſitionem, habemus divortium, habemus quod volumus, & ipſe in perniciem ſuam proprio miſer ſe oblinit viſco. Fruſtra ad Salmaſium provocat cum ſcribit divortia, diverticula ſeu divergia fluminum à Ptolemæo vocari ἀντροπὰς, & recte quidem, cum ἀποστροφὴ & ἀντροπὴ ſubſiſtere nequeant, niſi à recto curſu detorqueantur flumina, ſive illa ſimplici decurrant alveo, ſive dividantur & partem aquarum in alium

transferant alveum. Pergit tamen nugari & sic argumentatur; *Si firmiter obstrueretur ostium, quæ in Pallacopam exit Euphrates, etsi quoque illa pars, quam interciſam fuisse comparebat, denuo conjungeretur, quo igitur iturus erat Euphrates? Quo illud divortium fluminis ducetur, si nullum ex duabus ripæ aperturis pateret?* Multa quidem hic sunt verba, sed multo plures ineptiæ, nec Arrianum intelligit & ipse quid scribit nescit. Ut reliqua taceam, unde demum colligit duas istas obstructiones, cum de uno tantum Pallacopæ Arrianus loquatur ostio, quod obstruatur, ecquis dubitat, quin solo nativo contentus Euphrates fluat alveo? Ignorat quid sit ξηραφής, & quidquid non intelligit monstrosum putat. Adeone quis in lingua Græca hospes sit, ut Græcum esse neget id quod in versione posuimus, εἰ ξηραφὴς γένοιτο, τῇ πάλαι διώρυχι τῇ κατὰ τὴν Παλλακώπαν ἣ ἂν ἀφικνῆται παρέχειν τὸ ὕδωρ ὑπὸ σεβήρου τοῦ γῆς, πλὴν τε ἀποστροφὴν αὐλῶν τῇ πεπαισμένῃ ὥρᾳ μὴ χαλεπῶς γίγνεσθαι. De ea nempe saxea & interciſa terra dicit, si ut olim, ita quoque nunc saxeo aggere conjungatur & continua fiat, non amplius in antiquam Pallacopæ fossam propter soliditatem lapidei operis aquas suas transmissurum Euphratem, nec Alexandro difficile fore quandocunque vellet Euphratem ad pristinum & naturalem revocare alveum. Illa tamen tam clara & manifesta non capit iste juvenis, cui stulta iracundia non rectos tantum, sed & omnes prorsus excussit sensus. Pergit tamen ineptire & negat fossam hanc Arabas habere auctores, & ex Arriano perspicue constare ab Assyriis eam fuisse factam, ut ab inundationibus Euphratis terras suas liberarent. Itaque Alexandrum renovaturum eam fossam, non Arabibus, sed Assyriis vo-

voluisse gratificari, idque diserte testare Arrianum. Facile aliquis hinc colligat istum infelicis judicii juvenem quantumvis antiquos legat scriptores, illos tamen non intelligere. Errorum texit Odysseam, cum ne vel unum quidem eorum, quæ hic affirmat, apud Arrianum reperiatur, quin potius omnia habeat contraria. Manifeste & pluribus verbis docet is, nisi obstruatur alveus Pallacopæ, qui totus fluit in ditione Arabum, fore ut universum exhauriat & absorbeat Euphratem, adeo ut nihil aquæ supersit, qua Assyriorum irrigentur terræ. Nihil ille de nimia Euphratis in campos Assyrios exundatione, cum majorem inundationem major ubertas & rerum consequatur copia. Nusquam Assyrios fossæ hujus auctores facit, sed illos ipsos laborantes inducit in obturando fossæ hujus ostio. Nusquam etiam apud illum de reparanda, sed obstruenda hac fossa cogitantem invenias Alexandrum. Quod si non contentus Arriano alium quoque postulet testem, audiat Appianum, secundo Civil. Bellorum hæc eadem narrantem; Ἐσελθάντι μὲν ἐς τὸν κατὰ τὴν Εὐφράτου ἐπὶ τὴν ποταμὸν Παλλακώπην, ὃς τὴν Εὐφράτου ὑποδεχόμενον ἐς ἕλη καὶ λίμνας ἀνῳφέρῃ καὶ κωλύει τὴν Ασσυρίδα γῆν ἄρδειν ἐπιτολέειν· ἐπινοοῦντι δὲ τοῦτον ἀφανίσαι τὸν ποταμὸν, καὶ ἐπὶ τοῦτον ἀνατολέοντα, &c. *Navigans per Euphratem ad Pallacottam fluvium, qui Euphratem excipiens in paludes & ſtagna abducit, & impedit quominus* Euphrates *Aſſyriam terram penitus inundet. Illum fluvium* [Pallacottam nempe] *cum muro interjecto in animo haberet obſtruere.* &c. Quem Pallacopam Arrianus, eum Pallacottam vocat Appianus, & sic fere vetera Plinii exemplaria. Clarum est itaque ab Arabibus & Chaldæis, qui & ipsi fuere Arabes, ductam

ctam fuisse antiquam hanc Pallacopæ seu Pallacottæ fossam, quæ totam Babyloniam ejusque portionem Chaldæam ad sinum pene usque Persicum irrigabat. Quod siquis miretur quomodo in detrimentum terrarum trans Euphratem reges Assyriorum fossam istam fieri permiserint, habeat is pro responso tredecim primos Assyriorum reges omnes Chaldæos fuisse vel Arabas, ut ex Beroso testatur Africanus, & ex illo Syncellus. Atque hæc de loco Arriani dicta sufficiant. Ut vero cognoscas, mi Grævi, feliciorne in cæteris iste sit juvenis, excutiamus ea & videamus ecquid in recessu contineant.

AD PROOEMIUM.

ET *quod sine ope ingenii orantis at ipsa sui contemplatione.*] Monui antitheton *at* expungendum esse, utpote quod sensum turbet & manifeste additum sit ab iis, qui cum *si non* pro *sine* in vitiosis scriptum invenissent exemplaribus, imperfectam esse crederent orationem, si abesset antitheton. Anonymus juvenis meam hic admiratur audaciam: ego vero magnam ejus miror impudentiam. Pro *at* ipse *ac* legendum esse affirmat & sic confectam sese rem habere existimat. Nempe ut ostendat solemne esse Pomponio sic balbutire complura profert exempla, quorum ne unum quidem succedit. Nam quod attinet locum de Colubraria ad finem lib. II. in eo omnino fallitur, neque enim est Latinum *Colubria sine pernicie & rata est.* Libri veteres non consentiunt. In Vaticano sic legitur, *tamen ingressis eam intra id spatium, quod Ebusitana humo circum* (at. *septum*) *signaverunt, sine pernicie & rara est.* In illo cui multum tribuimus, *sine per-*

pernicie tarra est. Vinetus è suis libris edidit, *sine pernicie terra est.* In Arundelliano est lacuna, abestque ab eo vox penultima, uti fere fieri solet quandocunque non usitatæ & non intellectæ occurrunt voces. Scripserat nempe Mela *sine pernicie & terre est. Terre* pro *terrore* ut alibi monuimus, habetque & activam & passivam significationem. Fallitur quoque cum adducit hæc verba; *Araxes ingenti cum murmure sonansque devolvitur.* Plus est enim sonus quam murmur, quod quantumvis magnum sit, obscurum tamen & compressum minimèque apertum efficit sonitum. Nihilo melius est quod sequitur de Ægyptiis, *Cibos palam & extra sua tecta capiunt.* Etiam qui apertis foribus in ipso accumbunt vestibulo, palam cibos possunt capere. At vero longe apertius cœnant & prandent, qui mensas in viis instruunt publicis, uti faciebant Ægyptii. Ultimum quod adducit exemplum, nec hoc quidquam ad rem facit; *Terret ingrèdientes sonitu cymbalorum divinitus & magno fragore crepitantium.* Quis enim neget plus esse fragorem quam sonitum. Recte itaque dicit non redundare in his locis copulam, sed quod addit explicationis gratia accedere prioribus, quod nimis absolute dicta videantur, id quid sibi velit nemo facile dixerit. In tribus enim quæ præcessere locis, non explicationis, aut coërcendi sermonis ergo posteriora accedunt verba, sed ut incrementum habeat oratio. Ut itaque vitetur vitiosus & sententiam turbans pleonasmus, aut admittenda est ea quam dedimus lectio, aut retinenda librorum scriptura, quam non mutasset juvenis iste, scribendo *ac* pro *at*, si judicio valeret. *At* enim sæpe accipitur pro *saltem*, *at saltem.*

AD CAP. I.

Hujus medio terra ſublimis] Sic Vaticanus & meliores libri, ipſaque ſic legi debere exigit ratio. Poſtquam mundi cœlique & partium ejus mentionem fecit, addit, *hujus* ſcilicet mundi cœlique medium occupari à tellure. Novus tamen iſte interpres putat Melam ſcripſiſſe *horum* vel *harum medio*, nempe partium. Verum putida eſt hæc conjectura nullius ſignificationis. Ipſe tamen pertendit Græcos ſic loqui, cum dicunt γῆν εἶναι ἐν μέσῳ ἐφανῷ. Sed hoc rectum eſſe etiam pueri intelligunt. Debuiſſet aliquem oſtendere qui ſcripſiſſet γῆν εἶναι ἐν μέσῳ μεγάλῳ ἐφανῷ, quomodo nemo ſanæ mentis unquam locutus eſt; cum ſiquid ſit in medio partium univerſi, deſinat eſſe in medio univerſi.

Ingens iterum & magno ſe extendit ambitu] Quod in Vaticano & in aliis libris legitur *magno paludi*, ſatis id arguit vitium ſubeſſe. In quibuſdam correctum *Magnæ paludi*. Sed veram lectionem dedit Aldus, de qua non dubitaſſet Pintianus, ſi complura vetuſta quæ conſuluimus vidiſſet exemplaria, & præ cæteris optimæ notæ Arundellianum, in quibus ea quam dedimus ſine ulla litura occurrit lectio. Ferociter hic inſurgit bilioſus juvenis, falſam eſſe pertendit hanc ſcripturam, negat ex ſententia Melæ Latinum eſſe *extendere ſe magno ambitu*; *extendere* enim nunquam ab eo poni, niſi de rectis litoribus, non incurvis aut *ambitum facientibus*. Novem profert loca in quibus *extendi* nunquam de quodam ambitu ſumatur. Sed compeſcat ſtomachum bonus juvenis. Si diſcutiat veternum,

num, ſentiet ex omnibus quæ adducit ne unum quidem eſſe qui pro ipſo faciant locis. Quomodo enim litora ſeu oræ in orbem poſſunt extendi, & tamen rectam conſtituere lineam? Ecqua poſſit peninſula fingi quæ ambitum non habeat, quemadmodum illa in cujus iſthmo Teos & Clazomenæ, quam dicit *anguſtis cervicibus reliqua extendere*? De Peloponneſo, quam folio platani ſimillimam facit, ſic ſcribit, *ingens tamen iterum, & quaſi peninſula extenditur*. Expediat bonus juvenis quomodo linea, quæ totum pene abſolvit circulum, recta eſſe poſſit. Denique ſi unica vox ſuffeciſſet, non toties addidiſſet, *recto* vel *directo limite*, *recto margine*.

In tres partes univerſum dividitur] Cum in hac lectione conſpirent Vaticanus & plerique mei libri, quærit tamen bonus juvenis, quid illud *univerſum*? Ecquis dubitet, quin illud accipi debeat de univerſo terrarum, & toto veteribus cognito orbe, quem à mari interno, Tanai & Nilo in tres partes dividi & ſecari omnis fere credidit antiquitas? Iſte tamen juvenis quod in vitioſis exemplaribus repererit *univerſa*, affirmat hanc eſſe veriſſimam Pomponii manum, *ſubintelligi enim Zonam quæ cognita eſt, & cujus ſitum dicendum ſibi propoſuit, quod & facit*. Quænam eſt ea Zona quæ ab auſtro in ſeptentrionem procurrit? Veteres plerique crediderunt ducta linea à ſummo Tanai ad ultima Nili omnes zonas ſecari. Mirum ſane eum qui vult videri aliquid in Geographicis profeciſſe, neſcire quid ſit Zona.

AD CAP. II.

QUod in libris quibuſdam aliquando *Europe*, alias *Europa* legatur, ea monere non fuit noſtri otii. Multa ſimilia negleximus qualia ſunt *Deum* pro *deorum*, *arctat* pro *coarctat*, & alia id genus, iis ea relinquentes, qui meliora quæ agant non inveniunt.

Ad Helleſpontium fretum] Cum in optimo libro invenerimus *Helleſpontum*, quomodo etiam in ſuo reperit Ciacconius, unde ipſe faciebat *ad Helleſponti fretum*; nos eam quam dedimus prætulimus lectionem. Sic Catullo *Helleſpontia ora*. Quod autem muſteus interpres, pertendit hac ratione paulo poſt *Pontium* dicendum fuiſſe, minime id ſuccedit, cum compoſitorum & ſimplicium non eadem ſemper ſit ratio. Sic Helleſpontiacus paſſim occurrit, non autem Pontiacus.

Ipſam gremio ad Tanain uſque complexa] Ethic quoque miror infelix judicium nuperi editoris, qui relicta lectione clara, manifeſta & optimorum librorum autoritate confirmata, aliam profert ex vitioſo codice, quæ neque Latina eſt, neque explicabilis. Quid enim ſibi vult *ipſa gremio compreſſa*? Siquis ineptias amet, legat inficetam quam addit expoſitionem. Tantum abeſt ut Aſia ad excipiendam Mæotin gremium comprimat, ut potius longe lateque expandat ſinum quo tam vaſtam admittat paludem. Exempla quæ addit nihil ad rem faciunt, recte enim dicitur dare gremium ad aliquid excipiendum, non autem comprimere.

Indi & Scythæ ultima] A libro meo membraneo abſunt utrobique Scythæ, in aliis poſteriore hoc non comparent, cum tamen neutro poſſint abeſſe

abeſſe loco. Novitius caſtigator rem feliciter ſe componere exiſtimat reſcribendo *illi* pro *Indi*. Sed profecto nollet ſic ſcripſiſſe Pomponius, & ſane multo frequentius in omittendis, quam in permutandis hac ratione librarii peccant vocibus. Si pronomen *illi* ad unam tantum referendum fuiſſet gentem, jam aliquanto melius conveniſſet cum eo quod ſequitur *ambo*. Quod autem dicit nimiam hic fieri repetitionem, in eo fugit illum ratio, cum non poſſit eſſe nimium, id quod ſit neceſſarium. Seras quoque ſi malit, quam Seres, per me licet, cum in proſa oratione pili non interſit, utrum Græco, an vero Latino utamur accuſativo.

Niſi quoad æſtus inhabitabilem efficiunt] Non eſt ut fidem meam parum verecundus juvenis habeat ſuſpectam. Non in Vaticano tantum, ſed & in tribus meis membranaceis etiam integris literis legitur *quod*, non *qua*, quemadmodum in aliis ſcriptum occurrit libris. Credibile eſt eo id factum, quod non intellecta, ideoque expuncta fuerit ultima ſyllaba in *quaad*, quomodo etiam veteres locutos fuiſſe pro *quoad*, ſive *quouſque*, certo ſcimus ex vetuſtioribus libris, in quibus iſta ſæpe comparet ſcriptura. Quod vero alia etiam in loca hanc intrudat particulam, in iis nihilo felicius ejus ſuccedunt conatus. Ecquid enim planius eo quod de Cyrenicis ſcribit Pomponius, eos cum ſolum habeant opimum, abſtinere, quoad fieri poſſit, ab alendis lanigeris gregibus, quibus etiam ſterilia & deſerta ſufficiunt loca? At vero ſi pro *quoad* legas *qua* & interpreteris *ubi*, omnia frigeſcunt, & fruſtra quæres quare dixerit *ubi poteſt*, de eo quod ubique fieri poteſt. Æque intempeſtiva eſt medicina quam huic adhibet loco; *Tyros aliquando inſula*

nunc annexa terris deficit, qua ab impugnante quondam Alexandro jacta opera. Ac ſi Tyrus non in ſuo loco, ſed in aggere, ubi nunquam fuit, potuiſſet deficere, ſiquid bonæ mentis haberet & ſciret libris ſcriptis uti, compendiariam iſtam ſcripturam interpretatus fuiſſet non *qua*, ſed *quo*, id eſt *ex quo* uti paſſim. Adeo tamen placent bono huic juveni abſurdæ iſtiuſmodi phraſes, ut & initio capitis de Macedonia, non dubitet verba Pomponii ſic reformare; *Tum Macedonum populi, qua urbes habitant.* Cum optima, certiſſima & Plinii & M. Capellæ auctoritate ſuffulta ſit Pintiani lectio, quam ſtultum eſt Melam ita loquentem inducere, ut dicat, ubicunque in Macedonia ſunt urbes, ibi quoque eſſe Macedonas. Tuto ſane à Mela iſtiuſmodi abeſſe poſſint elegantiæ.

Indis proxima eſt Ariane, deinde Aria] Ut in aliis paſſim, ita quoque hoc ex loco ſatis colligi poteſt, quam parum firmo judicio, quamque parum in Geographicis inſtructus bonus iſte in arenam deſcendat juvenis. Quærit unde conſtet Melam ſecutum fuiſſe illos, qui poſt Alexandrum floruere ſcriptores, unde ſuam hauriret Arianam? Verum ſi non ex illis, unde demum terrarum Orientis potuit cognoſcere ſitum, cum certum ſit ante Alexandri victorias Græcis pleriſque ignotas fuiſſe Aſiæ profundioris partes? Non potuiſſe vero Melam prætermittere Arianam id ſic conficio. Aria & Drangiana abſunt quam longiſſime ab Indis, interſunt quippe duæ magnæ provinciæ Arachoſia & Paropaniſus, quarum nullam Mela facit mentionem, præſertim ſi non admittamus ut ex Rophanes fiant Paropaniſii. Montis quidem Paropaniſi meminit, ſed non regionis. Quæro jam ſi non Aria-

Arianes, quo ergo nomine vaſtum iſtum ſignarit tractum, Arachoſiam nempe & Paropaniſum, non minus ſpatium occupantes, quam Gallia Hiſpaniaque ſimul junctæ? Quod autem putat libros veteres in eo conſpirare ut habeant *Ariadne*, in eo fallitur, in pluribus quippe meis ſcribitur *Ariacne*, in Vaticano omnium antiquiſſimo *Ariatne*. Errat quoque cum Hermolaum Barbarum primum fuiſſe contendit, qui eam quam dedimus introduxerit lectionem. In editione enim principe quæ prodiit Mediolani anno 1472, planiſſime legitur *Ariane*. Iſte tamen juvenis neglecta tam clara & manifeſta lectione, dicit ſe non dubitare quin legendum ſit *Arbiane*. Sic dictam fuiſſe affirmat regionem ab Arbiis populo, ut loquitur, notiſſimo & ripis Indi finitimo. Sed profecto qui Arbianes meminerit inveneris neminem. Eſt quidem Arbis ſeu Arabis Gedroſorum oppidum ſitum ad Arabim fluvium, cujus incolæ & accolæ ab Arriano, Ptolemæo, Marciano Heracleota & pluribus aliis Arabitæ dicuntur, à Dionyſio Aribes, à Strabone Arbies, unde licet Arbiane poſſit formari, nuſquam tamen illa comparet. Adeone vero ineptus fuit Mela ut ſcripſerit Indis proximos eſſe Arabitas, deinde vero Gedroſos, cum in Gedroſis ſint Arabitæ, & quidem in ea Gedroſiæ parte quæ quam longiſſime ab Indis recedit? Quis præterea ferat ſcriptorem ita futiliter loquentem, ut tribus maximis univerſi orbis gentibus Scythis, Seribus & Indis, ſine mora mox ſubjungat popellum unius oppidi habitatorem, & qui vel ad ſolum armorum ſtrepitum totus ad ſolitudinem, ut Arrianus docet, confugerit? At vero ſi vulgatam ſequamur lectionem, pro qua etiam vetera ſtant exemplaria, ceſſant omnes iſtæ diffi-

difficultates, cum ætate Melæ, quamvis Aria, Drangiane, Carmania & pars Gedrosiæ sub Parthorum essent ditione, ideoque minus late pateret Arianes nomen, totum tamen etiamnum id comprehenderet, quod à Paropaniso monte usque ad Oceanum Indo adjacet flumini. Itaque Dionysius Alexandrinus Arianorum nomine comprehendi scribit Paropanisios, Arachotas, Chatraidas, Oritas & Arabitas.

Bactri & Sugdiani] In Vaticano & pluribus libris copula ponitur ante *Bactri*, sed vero in aliis sequitur *Bactri & Subsiani*. Sic Vineti editio, sic quoque in suis libris reperisse se affirmat Ciaccónius; quamvis ipse redundare hoc in loco istam existimet particulam, quæ tamen recte se habet. Ut passim ab aliis, ita quoque à Mela uterque populus conjungitur, quod in Bactrianorum ditione essent Sogdiani, utpote qui ab illis fuerint subjugati, quemadmodum constat ex Strabone & aliis. Eadem est ratio quamobrem Parion & Priapos conjungantur, cum Priapeni obnoxii fuerint Parianis, ut idem docet Strabo. In eo quem postea adducit loco, secuti sumus fidem librorum veterum, quamvis pili non interfit, utrum hanc an istam sequamur lectionem. De Simlero opus non fuit monere si Scottus monuerit.

Mantiani, Tibarani] Parum profecto acutus est iste juvenis, qui negat ex Herodoto constare Matianos vicinos fuisse Tibarenis, cum adeo clara ejus sint verba, ubi eos ad dextram Halyos fluminis collocat. Putat nempe Tibarenos longe adeo ab hoc flumine abfuisse, ut non potuerint Matianis esse vicini. Verum errat quam maxime. Non tantum ubi erant Mossichi, Macrones & Mossynœci

nœci fuerunt Tibareni, sed & adeo vastum in Mediterraneis terrarum possidebant tractum, ut non solum ad Halyn, sed & longe ulterius ad Cytorum usque eorum extenderetur ditio, siquidem Cytorum Tibarenorum fuisse urbem testatur Xenophon. Frustra quærit quare Tibarani istoc vocentur loco, qui infra Tibareni, cum utrunque rectum sit. Sic Matieni & Matiani, Arieni & Ariani, & infinita similia promiscue ponuntur. Sic quoque Strabo cum alibi Tibarenos vocet, lib. 2. Tibaranicas gentes nominat populos Ponticos terras Tibarenorum occupantes. Cum vero scribit Amardos non esse notioris nominis, quam sint Tibareni; facile exin colligi potest, illum non intellexisse Melam, cujus tamen admodum clara sunt verba. Postquam enim in recensendis gentibus à Mari Caspio usque ad Bithyniam, de qua postea agit, posuit nomina vetusta, sed magna ex parte obsoleta, eundem tractum & easdem terras iterum perstringens addit *& notiora jam nomina*, illa nempe quæ sequuntur, quæque sua ætate magis essent nota & usitata, non autem illa, quæ in vetustioribus Græcorum exstarent monumentis, qualia fere sunt ista quæ præcesserunt. Cum vero in omnibus libris manifeste appareant Tibarani, quam futile est fingere novam gentem Ibaranos, qui nusquam terrarum unquam exstiterunt, aut etiam Obarenos, non Romanis maribus, sed Caspio vicinos, idque nulla alia de causa, quam quod nullos nisi in Media norit Mantianos. Quod pro Medis reposuerim Amardos, feci id auctoritate librorum. Cum alii, tum quoque optimus sic habet Arundellianus codex. Mardos & Amardos eosdem esse monet Strabo. Quam magna & bellicosa fuerit

rit hæc natio, conſtat non modo ex iis qui res Alexandri tradidere, ſed & ex multis aliis. Illorum præcipue ope ad regnum provectus eſt Arſaces. Poſtea tamen rebelles, non niſi magno labore à Phraate fuere ſubacti & in unum locum concluſi. Ex *Murrani* vel *Mirorani*, quod fecerim *Maryandini*, de eo judicent periti. Ferociter tamen in Melam inſurgit bonus Juvenis ſi ſic ſcripſerit. Verum ex iis quæ habet, aliud nihil colligas, niſi quod Melam non intelligat & neſciat quid ſcribat. Cum negat Gallogræcos in ullis manu exaratis comparere libris, & tum quoque fallitur. In optimo meo codice integris literis exſtant. In altero & ipſo membranaceo adparet lacuna ante *Græci*. Iſte tamen juvenis mira facilitate Græcos mutat in Pterios, idque ex notiſſimo ut ipſe loquitur Herodoti loco, ubi ignoti iſtius Sinopenſium oppidulifecit mentionem, ut ſignaret locum ubi inter Cyrum & Crœſum commiſſum fuit prælium, aliter enim ne meminiſſet quidem. Iſtos tamen Pterios funditus a Crœſo everſos, ſexcentis & pluribus annis poſtquam eſſe deſierint, denuo ab inferis revocat, ut nempe horum umbræ ejectis Gallogræcis, vaſtas illorum impleant terras.

Ripis Nili amnis & mariproxima iidem Ægyptii poſſident] Quamvis ripæ dicantur totum illud quod inundatione ſua flumina occupant ſpatium, proprie tamen Ulpianus cenſet, ripas dici id quod flumen continet naturalem rigorem curſus ſui tenens. Si latius ſe explicent aquæ, jam flumina ripas ſuas excedere dicuntur. Clarum itaque quod hic ſcribit Mela, Ægyptios poſſidere ea, quæ ſunt proxima ripis Nili, ut oſtendat quam arcti ſint Ægypti limites, qui vix latius patent, quam latiſſima Nili pateat

pateat exundatio. Si ſcripſiſſet *ripas*, non totum dixiſſet, ſunt enim multæ Ægyptiorum urbes quæ ſunt extra ripas, quaſque vel nunquam, vel certe quam rariſſime Nilus attingat. Itaque illas non ἐπὶ ποταμοῦ, ſed ἀναμέσους fuiſſe affirmat Herodotus, veluti medias inter ſiccam & riguam tellurem. Iſte tamen juvenis ut oſtendat mendoſum eſſe hunc locum, affert verba Pomponii de Sauromatis dextram Tanaidis ripam accolentibus, cum alteram teneant Scythæ Aſiatici, *Ripas ejus Sauromatæ & ripis hærentia poſſident*. His verbis ſubjicit; *Ripis hærentia & ripis proxima ſunt eadem. Id de Ægyptiis dici nequit, quorum omnino medius eſt Nilus.* Nempe quia Tanais hinc a Scythis Aſiaticis, inde à Sauromatis Europæis accolitur, ideo poteſt ripas habere & ripis proxima. Nilus autem quia utraſque ejus ripas tenent Ægyptii, ideo non poteſt habere ripas & ripis proxima. Quis hæc intelligat?

Omnes uno nomine Pontici dicuntur] A libris ſcriptis abeſt ultima vox, non male, cum utrunque rectum ſit. Sed addi debuerat in iiſdem libris ſic legi; *Uno omnes nomine Pontici*, quod concinnius.

AD CAP. III.

Extra fretum ad occidentem inæqualis admodum præcipue media. Qua procurrit ad ſeptentrionem, niſi ubi ſemel iterumque grandi receſſu abducitur, pene ut directo limite extenta eſt] Hæc eſt vera lectio & diſtinctio. Dicit Europæ oram extra fretum valde eſſe inæqualem, præſertim in medio propter vaſtum illum Sinum qui promuntorium Artabrum & Oſiſmios intercedit. Sequentem tractum

ctum qui ad ſeptentrionem procurrit, pene rectum eſſe credebat, quemadmodum etiam multi è veteribus ſenſere. Et hæc quoque, quia non intellexit, pervertere conatur juvenis, & tractum iſtum, qui ab Oſiſmiis demum incipit, à Garumna incipiendum eſſe ſcribit. Expuncta præterea vocula *qua*, quæ in melioribus extat libris, verbum *procurrit* ad præcedentia refert, ubi non redundat modo, ſed & improprium eſt; cum in ſequentibus non impleat tantum, ſed & perficiat ſententiam.

Gentium prima eſt Scythia, alia quam dicta eſt, à Tanai in media fere Pontici lateris, hinc in Ægei partem pertinens Thracia] Sic diſtinguit juvenis inconſultus, & me quoque ſic voluiſſe exiſtimat. Sed ſui ſimilibus & omni prorſus judicio deſtitutis hæc perſuadeat. Dicit quod τὸ *pertinens* dependet à verbo præcedente *eſt*. Miſerum hominem qui non videt quam multa hinc conſequantur abſurda! Adeone quis puer, ut neſciat, quemadmodum paſſim, ita quoque hic *pertinens* poni, pro *quæ pertinet*.

AD CAP. IV.

Sine tectis paſſim ac ſedibus vagi] Si manum Melæ attendas, inquit juvenis, rectius abeſſet τὸ *ſedibus*. Sic nempe dicit illum loqui cap. hujus libri VIII. *Paſſim ac ſine lege diſperſi*. Et ibidem; *confuſo parentum coitu paſſim incertique*. Scire velim quid iſtæc loca ad rem faciant, aut quomodo ex iis effici poſſit, ut τὸ *ſedibus* redundet? Si putat tecta & ſedes idem notare, fallitur, cum ſedes accipiantur pro fixa habitatione. Ita multi Indi, licet tectis careant, ſtatas tamen habent ſedes. Scythæ vero

vero hamaxobii, licet tectis non careant, ſtatas tamen non habent ſedes. Quod monet in libro ſcripto ſe reperiſſe *ſine tectis, ſedibus ac paſſim vagi*, id quidem credo, ſed in Vaticano & melioribus libris concinnius hæc ſic concipiuntur; *ſine tecto ac ſedibus paſſim vagi*.

AD CAP. VI.

Deinde munimentum commune regiæ gentis. Ultra Icoſium] Tranſpoſitis duabus vocibus monui ſic recurandum eſſe hunc locum, & quibus vel aliquid ſit judicii, libenter ut puto iſtam admittent medicinam. Mirifice hic excandeſcit feroculus juvenis, & lectionem *ab omnibus confirmatam MSS. ita fervide contemnere meram vocat impotentiam*. Quid ſibi hoc in loco velit impotentia equidem neſcio, hoc ſcio iſtum juvenem minime ſui eſſe potentem & egere pædagogo. In libris ſcriptis quibuſdam vox *ultra* legitur poſt *monimentum*, quod quamvis leve poſſit videri, ſufficit tamen ut cognoſcamus, in ordine verborum non ſibi conſtare vetera exemplaria. Sed ut videamus quam fortiter ratiocinetur, excutiamus ſingula argumenta. Quærit cur hanc notabilem deſcriptionem non adjunxit capiti præcedenti & ipſi mentioni amnis Muluchæ? Atqui hujus rei cauſam dedimus manifeſtam. Poſtquam ſummatim perſtrinxit oram Tingitanæ provinciæ à freto ad Mulucham amnem, aggreditur Numidiam, incipiens à medio ejus, nempe à Cæſarea, & contrario jam ordine ab ortu in occaſum procedens recenſet omnia loca intermedia, donec ad eundem à quo digreſſus fuerat revertatur terminum, Mulucham ſcilicet amnem, aliis quidem verbis

bis ſed idem ſignificantibus illum deſignans. Pergit deinde, *Mulucham non magis eſſe munimentum Numidiæ quam Mauritaniæ.* Ecquis dubitet, cum non Mela tantum, ſed & plerique alii id ipſum confirment? Sed quorſum hæc, aut quomodo cum ſequentibus cohærent, cum dicit, *non eſſe eruditi Latini munimentum regiæ gentis, pro munimento regnorum.* Neſcit profecto quid ſcribat. Si dixiſſet, non eſſe Romani moris ſic loqui, aliquid dixiſſet. Notum nullos pro regibus agnitos fuiſſe, niſi quos populus Romanus reges appellaviſſet. Itaque poſt mortem Jubæ deſierunt Numidia & Mauritania regna vocari, ideo ſcribit Mela hunc amnem nunc gentium, olim regnorum quoque fuiſſe terminum. Si ſimpliciter dixiſſet Mulucham eſſe terminum regnorum, non recte locutus fuiſſet, ſiquidem cum iſta ſcriberet Mela, nulla amplius in hoc tractu erant regna. Quod attinet locum Curtii, ubi Tigrim & Euphratem vocat munimentum regni Perſici, in eo omnia bene ſe habent, cum & Græci & Romani Perſarum & Parthorum ſemper agnoverint reges. At vero in Mauritania & Numidia poſt mortem Jubæ, ceſſaverunt omnia regia & regalia, non ſervi, non equites & exercitus regii, non domus & familiæ & ne urbes quidem ullæ fuere regiæ, omnia facta fuere Cæſariana. Clare Plinius lib. v. cap. 11. poſtquam recenſuit Sigam urbem Siphacis regiam addit; *Namque diu regum nomina obtinuere, ut Bogudiana appellaretur extima, itemque Bocchi quæ nunc Cæſarienſis.* Minime vero opus ad Scythas peregrinari, ut habeamus regiam gentem, cum ipſe ſeipſum ſatis interpretetur Mela. Regia gens ſunt ipſi reges, οἱ περὶ τὸν βασιλέα. Idem itaque dicit quod prius, & ut ſolet ad priorem, à quo digreſſus fuerat, reverti-

vertitur terminum, quem ſi non iterum ſignaſſet, utique vitioſa ejus fuiſſet oratio. Iſte tamen juvenis regiam gentem hic interpretatur familiam regum Numidarum, & commune monumentum affirmat fuiſſe commune iſtorum regum ſepulchrum. Hæc vero ut adſtruat, primo adfert Erythræ regis monumentum, cujus Mela mentionem facit in ſinu Perſico. Verum ex eo nihil aliud quod ad rem faciat poteſt effici, niſi id tantum, etiam reges olim humari ſolitos, quod ſane libenter credimus. Debuiſſet oſtendere, cum regibus ſingulis ſingula olim conſtruerentur Mauſolea, qui fieri potuerit ut omnes Numidarum & Maurorum reges uno communi contenti fuerint ſepulchro, & quomodo qui in vita tantis inter ſe flagrarint odiis, paſſi ſint cineres ſuos poſt fata cum inimicorum miſcerî cineribus. Cum nihil horum probet, pergit tamen in deſcriptione imaginarii ſepulchri, & rebus non exiſtentibus tribuit qualitates. Affirmat enim locum hunc ſecretum fuiſſe & immunitum, ac habuiſſe Numidicas inſcriptiones tale quid ſignificantes, ac ſint ea quæ poſuit Mela. Sine hæſitatione itaque dicit ſe ſtatuere, idem in hoc communi omnium regum Numidarum ſepulchro facere Melam, quod fecit in deſcribendo Arati poëtæ monumento. Quemadmodum enim iſtoc loco refert, ſitum id fuiſſe in parvo tumulo: ita quoque hic deſcribens tot regum ſepulchrum; non addere ubinam ſitum fuerit iſtud monumentum. Siquis quærat quo pacto hæc ſimilitudo ſubſiſtat promte & acute reſpondet, Melam quidem facere mentionem Aratei ſepulcri in parvo tumulo ſiti juxta Solos, non tamen addidiſſe, quod nam iſtius parvi tumuli fuerit nomen, quod tantundem eſt ac ſi nullam feciſſet mentionem.

nem. Demum concludit istud tot regum monumentum fuisse in litore, quia in litore etiam circa Trojam multorum heroum fuere sepulcra, & ipsum quoque Cadmi & Harmoniæ monimentum præterpropter fuisse in litore, utpote non multis parasangis ab eo remotum. Sed singuli isti heroes, singula etiam obtinuere templa seu héroa: ut vero monumentum habeamus quo omnes Numidarum & Maurorum reges eorumque gentiles & agnati componantur, opus fuit molem erigere parem Pyramidibus aut etiam Labyrintho. Verum iste juvenis sine architectis, marmorariis, sculptoribus aliisque artificibus, quos frustra inter vagos & agrestes etiamnum quæras Numidas, denique sine cantu, neque enim Orphei possidet lyram; struit Mausoleum quod omnia orbis miracula longe post se relinquat. Et quidem quod magis mirere in loco secreto & cujus situm ipse se nescire fatetur. Dicit quidem fuisse in litore circa Iol sive Cæsaream, sed litoralem tractum non in Numidarum, sed Carthaginensium fuisse ditione, ex iis quæ jam dicentur clarum fiet.

AD CAP. VII.

REgio quæ sequitur *à promuntorio Metagonio*] Et hic quoque satis ostendit quam nullius prorsus sit judicii iste juvenis, cum Metagonitas non freto, sed Carthagini vicinos fuisse ex Polybio evincere conatur. Siquis Polybii examinet verba dicit perspicue ex illis cognosci *Metagonia fuisse sub imperio Carthaginensium. At Mauritania vel propinqua flumini Molochath nunquam probabuntur fuisse sub Carthaginiensibus hoc tempore, de quo Po-*

lybius, cum in Numidia esset Syphax, Mauritania diu adhuc post habuerit reges suos. Atqui vel ex ipso Polybio clarissime evinci potest initio belli Hannibalici, de quo loquitur, totam oram maritimam quæ est à Carthagine ad fretum usque sub ditione fuisse Carthaginensium. Si enim id non sit, quomodo dux ille Pœnus ad impediendam rebellionem, sive ἐκδιαμῦσιν ut loquitur Polybius, potuisset Numidarum & Maurorum tam multa millia in Hispaniam trajicere, & vicissim Hispanis à se victis illorum sedes assignare? Istiusmodi μετοικισμοὶ non fiunt nisi ubi summa & tyrannica est potestas. Recte itaque scriptor ille, qui sub Scylacis nomine legitur, quique sesquiseculo plusminus bellum hoc præcessit, affirmat omnia ea loca, quæ sunt à Syrtibus usque ad columnas Herculis, sub Carthaginensium esse ditione. Quod siquis existimet intermedio tempore Mauros & Numidas maritima loca occupasse, velim is vel unum sistat testem qui litoralium Maurorum aut Numidarum isto tempore istoc in loco meminerit. Totam istam oram usque ad finem Libyæ sub Pœnis fuisse clare cognoscimus ex XVI. Theocriti Idyllio. Quod dicit jam tunc nempe initio belli Hannibalici, Numidiæ regem fuisse Syphacem, id tantum abest ut verum sit, ut ne nomen quidem Syphacis vel Numidiæ, nisi multis demum post annis usquam occurrat. Cum vero addit, *Mauritaniam diu adhuc post habuisse reges suos*, videtur nescire quid scribat. Quid enim ad rem faciunt isti qui postea fuere Mauritaniæ reges? Debuisset indicare illo quo Hannibal in Hispaniam trajecit tempore, aut ante, fuisse Mauritaniam, vel regem Maurorum cui ora esset subjecta maritima.

tima. Profecto quamdiu Pœni univerſi litoris fuere domini, adeo illis obnoxii fuere Numidarum & Maurorum reguli, ut contra illos ne hiſcere quidem fuerint auſi, & ſiquid auderent, illico velut rebelles in crucem agerentur. Poſtquam res Romana cœpit prævalere, tum demum Sigam cum adſito portu occupavit Syphax. Nam certe ante illum non invenias Numidam aut Maurum quenquam, in cujus ditione fuerit vel portus, vel urbs aliqua mari adſita. Primus qui totam litoralem oram poſſedit fuit Maſiniſſa, cui ob ſtrenuam contra Carthaginenſes navatam operam aſſignatus à Romanis fuit maritimus tractus. Primus quoque ille fuit qui ad civilem vitam Numidas tranſtulit & urbium fecit incolas. Quod ſi ante illum aliqui fuiſſent urbani, non fuiſſent vagi, agreſtes & mapalium habitatores. Sed quid verbis opus cum ipſe Polybius eodem libro omne id quod eſt ab aris Philænorum uſque ad columnas Herculis ſub Carthaginenſibus fuiſſe manifeſte teſtetur? Καρχηδονιοι μὲν οὖν τούτοις τοῖς καιροῖς τὸ μὲν Λιβύης ἐκυρίευον πάντων τὸ ἐπὶ τὴν ἔσω θάλατταν νεύοντων μερῶν, ἀπὸ τῶν Φιλαίνου βωμῶν, οἱ κεῖνται κατὰ τὸν μεγάλην Σύρτιν, ἕως ἐφ' Ἡρακλείας στήλας. Quin & amplius jam addo, non litoralem tantum tractum, ſed & Mediterraneos Afros uſque ad interiores Nomadas ſub Carthaginenſium fuiſſe imperio. Quadrifariam enim diſpertita erat tota Carthaginenſium ditio, in Pœnos ſeu Carthaginenſes: in Libyphœnices, qui oram maritimam poſſidebant & erant Pœnis permixti, quibuſcum etiam connubiis jungebantur: In Afros præterea antiqui generis, qui licet propter durum imperium odiſſent Pœnos, inviti tamen illis parere cogebantur: & denique in Afros Nomadas à mari

ri multum remotos, & ipſos tamen obnoxios Pœnis. Sic Diodorus.

Hadrumentum, Leptis, Clupea, Abrotonum, Taphryre] Pro *Abrotonum* in Vaticano legi monuimus *Habromacte*. Nuperus Melæ editor multus eſt ut oſtendat legendum eſſe *Acholla*, & putat nihil tam ſimile eſſe quam iſtas duas voces. Sed quantumvis ſurſum deorſum & quaquaverſum literas verſet & revolvat, nunquam tamen efficiet, ut ex Habromacte fiat Acholla. Quamvis ea quæ ſcripſi valde ſint verisimilia, ſiquis tamen iis non contentus aliud quærat, per me licet ut ex *Habromacte* fiat *Macomade*, vel *Macomades*, quomodo habent Plinius, Ptolemæus & Antoninus hoc ipſo in loco. In verbis Scylacis aliqua ratione ferri poteſt ea quam profert lectio. Sed vero infeliciter vexat ea quæ ſequuntur quæque optime ſe habent, κόλπος ἔστω ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστὶ ἡ μικρὰ κερκινῖτις καλουμένη. Cum enim Sinum hunc in quo eſt Syrtis terminent hinc Cercinna, inde Lotophagorum inſula, cur non æque bene Syrtis iſta dicatur Κερκινῖτις, quam Λωτοφαγῖτις;

Promuntorium Bryon] Sic Melam & Plinium ſcripſiſſe monuimus. Nec improbo quod in novam Melæ editionem id ipſum admiſerit. Sed quod Borion fictitium vocet, id non laudo, cum ex Strabone, Ptolemæo & aliis utrunque rectum eſſe conſtet.

AD CAP. VIII.

Mox & paulatim tepeſcens] *Perpaulatim* eſt in quibuſdam libris, verum non in Vaticano aut aliis melioris notæ, itaque non admiſi. Juvenis

tamen iſte Latinam eſſe contendit vocem, ideoque admittendam. Credam ubi vel unum attulerit exemplum. Ad rem non faciunt *pernobilis*, *percelebris* & ſimilia. Ipſe tamen in locupletanda Latini ſermonis egeſtate adeo eſt liberalis, ut etiam infra initio lib. III. ubi legitur, *an Luna cauſas tantis meatibus præbeat*, probet *permeatibus*, utiin libro ſcripto ſe reperiſſe teſtatur. Verum nec in Vaticano, nec in ullis omnino eorum quos viderim vox ea comparet libris, & proculdubio eſt commentum alicujus ſemibarbari, exiſtimantis vocem hanc magis eſſe ſignificativam. Quales non deſunt etiam noſtro hoc ſeculo, qui cum meatus de poris accipiendum eſt, malunt dicere *tranſmeatus*. Sed non hic agitur de poris, ſed de motibus maris & Lunæ, in quibus locum non habet permeatus. Suffecit Pomponio Virgilium & Lucretium ſequi, cum dicunt *ſolis lunæque meatus*.

Cultu deorum quos patrios ſervant] Hoc in loco tanquam rem magnam è libro ſcripto *deum* pro *deorum* profert novæ editionis auctor. Dicit hoc debuiſſe ſine mora admitti. Sed nimis properat. Quamvis perinde ſit, utrum hoc an iſtoc legas modo, quia tamen ſalivam movebat id quod ſcribit hoc loco Mela, eſſe in Lybia gentem quæ deos ſervaret, denuo conſului libros veteres. In optimo, cui plurimum tribuo, pro *deorum*, ſcriptum inveni *dm̄*. In tribus meis in membrana exaratis exſtat *dium*, in uno *divum*, in cæteris *deum*. Hæc varietas non aliunde provenit, quam ex compendiaria ſcriptura *dm̄*. quæ certe non poteſt notare *deum*, niſi in ſingulari numero. Ponamus tamen poſſe, & ponamus *ſervare* hic accipi pro obſer-

ſervare & religioſe colere; tamen quis credat Melam tanquam rem miram retuliſſe, eſſe gentem in Libya, quæ deos patrios coluerit, quod omnes faciunt gentes? Quapropter literas iſtas D. M. ut paſſim alibi, ita quoque hoc loco accipiendas eſſe cenſeo de diis Manibus, & Pomponium ſcripſiſſe, *cultu deorum manium*, *quos patrios ſervant*. Intelligendum hoc, niſi fallor, de Panebis Libyæ gente, de quibus Damaſcenus ſcribit, illos regum defunctorum reliquum quidem corpus terra obruere, capita vero amputata & inaurata in templis conſecrare. Differunt itaque ab Augilis, quos eodem Mela recenſet capite, qui & ipſi manes colebant, ſed tantum ſepultos.

AD CAP. IX.

Jam bene navigabilis] Sic omnia ſcripta exemplaria, ſic quoque editio Vineti, quam interpolatam & per capita digerendam Typographo tradideram. Verum neſcio qua ratione factum ſit, ut me abſente, Bruxellis ſiquidem verſabar, vir doctus qui curam editionis ſuſceperat, relicta Vineti alias ſecutus ſit editiones, & *bene* in *pene* immutarit.

In litore Alexandria Africæ contermina, Peluſium Arabiæ ipſas oras ſecant] Poſtrema tria *ipſas oras ſecant* referentur ad ſequentia in editione Vineti, quam lectionem quamvis nonnulli etiam ante illum probarint, ego tamen ideo non admittendam cenſui, quod ut alii, ita quoque Mela magnas tantum continentes aut longos litorum tractus *oras* appellare ſoleat, non autem brevia intervalla, qualia inter oſtia Nili intercedunt. Si ſcripſiſſet Mela *ipſam oram ſecant*,

cant, jam potuiſſet hæc diſtinctio admitti. Quod ſi de magnis continentibus Aſia nempe & Africa hæc intelligantur, jam abſurdus fuiſſet Mela, ſi terminos adſignaturus utrique continenti, omnia Nili nominaſſet oſtia. Terminos præterea Ægypti ad mare deſignans, Peluſium nempe & Alexandriam, non recte facturus fuiſſe videtur, ſi illos nominaſſet tantum, & non addidiſſet illos eſſe terminos. Rectius itaque ad præcedentia hæc referuntur. Ut paſſim alibi ita quoque hoc loco Herodotum ſequitur, qui Ægyptum inferiorem. Deltanempe, neque Aſiæ, neque Africæ adſcribit ſed mediam facit inter utramque. Libyam enim Canopico, Aſiam vero Peluſiaco terminat oſtio. Sed vero Herodoti ætate nondam erat Alexandria, poſtea demum condita & Ægypto attributa. Hac itaque in parte ab Herodoto receſſit Mela, poſteriorem ſecutus diſtributionem & totum Alexandrinum tractum Ægypto tribuens. Attamen inquiunt nonnulli non urbium, ſed fluminum proprium eſſe ſecare. Verum longe aliud eſt ſecare campos & agros, quam ſit oras ſeu litora ſecare, cum altera ſectio non fiat niſi in longo tractu, iſta vero etiam in puncto ſpatii. Sic via viam, ſemita ſemitam, limes limitem & denique linea lineam ſecant in puncto, aut certe in brevi ſpatio: æque enim dicitur ſecare, qui capillum ſecat ſeu ariſtam, quam qui arborem à vertice findit. Nec intereſt utrum lapis, foſſa, civitas aut quælibet alia res intercedat, quidquid enim dirimit aut ſolvit continuitatem id ipſum etiam ſecat & dividit. Recte itaque Peluſium & Alexandriam oras ſecare dicit, cum in ipſo ſectionis ſeu decuſſationis puncto ſitæ ſint hæ civitates.

Men-

Mendeſium, Taniticum, Peluſiacum Nili oſtia] Cum pro Tanitico in libris vetuſtis exſtet *Captatiſcum* vel *Cataptyſtum*, propoſui conjecturam meam & dixi forſan κατακλυστὸν ſcripſiſſe Melam. Riſum hic non tenet bonus juvenis *quod inter cætera Nili oſtia, omnia vere Ægyptiaci ſermonis, ſtatim ob literarum convenientiam Græci aliquid inſulciam.* An ergo Agathodæmon & Heracleoticum oſtium, an Bucolicum, Naucraticum & Diolcos oſtia non ſunt Græca nomina? An Peluſium, Alexandrinum, & Ceramicum oſtia voces ſunt Ægyptiæ? Iſte tamen οἰκμφάνας & ſui plenus juvenis, cum propriis conſiſtere neſciat talis, cum ubique turpiter adeo impingat, opem nihilominus ferre conatur Salmaſio, ac ſi vir ille magnus unquam admiſſurus fuerit auxiliatorem armatura tectum vitrea & tamen audacter alios inceſſentem lapidibus. Pergit tamen & confidenter affirmat pro *Cataptyſtum* legendum eſſe vel *Aphthiticum*, vel *Cabaſiticum*. Dicit literas eſſe perſimiles. Si terminationem auferas vix aliquid ſimile ſupererit, ſitus vero non permittit ut alterutrum admittatur. Si enim à Cabaſa ullum unquam appellari potuiſſet oſtium, fuiſſet hoc Sebennyticum. Illud autem octoginta minimum paſſuum millibus abeſt à Tanitico. Aphthiticus nomus & ipſe quoque quam longiſſime abeſt à Tanitico, cum ſitus fuerit ultra omnia Nili oſtia in illo inferioris Ægypti nomo, quem Arabicum vocat Ptolomæus. Vide quam bellam novitius iſte geographus inducat geographiam. At vero ſi καλοκαλλιστὸν legas, omnia bene ſe habebunt. Ex omnibus enim Nili oſtiis tutiſſima & maxime navigabilia & olim & nunc habita ſemper fuere Naucraticum & Taniticum, vulgo dictum Damiatæ olim

olim Thamiathicum à Thamiathi oppido. Ut itaque Naucratis & Naucraticum dictum quod navium capax esset iste Nili alveus, ita quoque simili de causa Taniticum dictum κατὰ τὸ πολὺ πλοῦν quod navigabile esset, cum Pelusiacum & alia vicina ostia non essent navigabilia.

AD CAP. XI.

ET Babylonia, & Judæa & Sophene] Et hic quoque turpiter se prostituit infelix geographus. Negat Sophenen esse in Syria, negat quoque Melam sic scripsisse, cum tamen ex Plinio contrarium constet. Sed dicit Plinium errasse & vitiosam secutum fuisse Melæ lectionem, utpote qui & Commagenen quoque Syriæ annectat. An ergo Samosata Commagenes metropolis non est in Syria? An Lucianus non fuit Syrus? Dicit Sophenen esse in Armenia & quidem in illa hujus parte ubi Tigris dicitur emergere. Et hoc quoque pessime. Solas inspexit Ptolemæi tabulas & tamen ne illas quidem intellexit. Ptolemæus Sophenos ponit in ulteriore Euphratis ripa & quidem in loco qui minimum centum & quinquaginta passuum millibus abest à fontibus Tigris. Iste vero juvenis miserè deceptus Euphraten sumsit pro Tigri, & ὑπερβολὴν Euphratis putavit esse fontes Tigris, & demum exclamat; *nulla miserabilior Geographia*, & sane verum dicit, si illa qua ipse facit ratione tractentur geographica. Ut vero sciamus magnam Syriæ partem fuisse Sophenam, non solæ Ptolemæi tabulæ, sed & alii & præcipue Strabo, erant consulendi. Quam late ripas Euphratis accoluerint Sopheni, vel ex eo intelligas, quod lib. XII. adfirmat Strabo eos

eos oppositam Commagenis Euphratis tenuisse ripam, eorumque regionem in meridiem pertinuisse usque ad montem Masium & Nisibin, unde satis cognoscas, quantam Mesopotamiæ partem insederint Sopheni. Superest jam ut Mesopotamiam quoque neget Syriæ fuisse portionem. Pergittamen iovitius iste Geographus & expulsis è Syria Sophenis gentem comminiscitur nusquam terrarum reperiendam. Scribit Stephanus Phœnicen dictam fuisse Ῥαββωθὼν vel Ῥαββάθη uti est in libris scriptis. Huic Syriacæ voci, ut placet doctis, expositionem addit κοιλοπίτης. Cum ipsa Phœnice nihil aliud sit quam ora maritima Syriæ, ut Plinius & alii loquuntur, non male Phœnicum populus dicitur κοιλοπίτης. Nec in Syria tantum sed & ubique terrarum, cum portuum, sinuum & litorum maris accolæ fuerint Phœnices, recte appellentur κοιλοπίται. Ex isto tamen Phœnissæ gentis epitheto mirificâ sane analogiâ fingit regionem Colpitenam vel etiam Colopitenam, & istam gentem dicit tenuisse partem Syriæ, imprimis circa Phœnicen & Judæam. Explosо denique Plinii testimonio, & jussis ad Tigridis fontes migrare Sophenis, imaginario Populo sedes quoque adscribit imaginarias, & quibus rerum natura nullum unquam concessit locum, illis locum vindicat apud Melam. Verum optime juvenis iste mereatur de Mela, si ab illo manus abstineat.

AD CAP. XII.

VICI tenent ulteriora & adhuc opulenta Tyros] Cum ipsa luce clariora sint istæc verba & minuta quæ Tyrum & Sidonem intercedunt oppida

 voces

vocet vicos, infelicis tamen iſte judicii juvenis, ex vitioſo aliquo libro reponere conatur; *Vicitenent. Ulterior & adhuc opulenta Sidon.* Sed profecto lectio hæc non ineptam tantum continet locutionem, ſed & manifeſte falſa eſt. Ipſe tamen ſic exponit; Tyri peninſulam ætate Pomponii non magna aliqua urbe fuiſſe conſpicuam, ſed omnia ruinis fuiſſe interciſa & vicos tantum tenuiſſe quorum uni nomen Tyri adhæſerit, qui beneficio Cæſarum paulatim rurſus accreverit. Quot verba, totidem quoque errores, & quidem valde abſurdi. Poſt inſtauratam ab Alexandro Tyrum & poſtea ſub regibus Syriæ & demum tempore Strabonis, adeo habitata fuit hæc peninſula, ut nullus omnino locus in ea reperiretur ædificiis vacuus. Itaque Strabo illam eadem ratione inhabitari ſcribit atque Aradum, & propter anguſtiam peninſulæ, utpote cujus ambitus dempta cervice non excedebat ſtadia XXII, domus ibi altiores & plurium fuiſſe tectorum, quam Romæ. Nulla ibi ruinarum veſtigia, nulli vici, niſi quales in media quoque erant Roma. Cum vero poſt ætatem Melæ beneficio Cæſarum incrementa accepiſſe dicit, apparet illum credere Melam eſſe vetuſtiorem Strabone, cum tamen hic ſub initium Tiberii, alter demum ſub Claudio ſcripſerit.

Lycos & Paltos & Orontes] Quicquid vel in ſomnis vel interdiu cogitat iſte juvenis, omnia ea ſtatim chartæ committit, nunquam vero aliquid cogitat boni. Ut oſtendat Paltum & Baldum non eſſe eandem, eo utitur argumento, quod Palton Syriæ, Baldum vero Phœnices urbem faciat Stephanus. Verum exinde manifeſte patet utramque in Phœnice & eandem fuiſſe urbem. Cum enim in ſitu Pto-

Palti omnes conveniant, clarum eſt per Syriam hic intelligi Phœnicen. Si Baldum Syriæ eſſe dixiſſet, jam aliquid potuiſſet videri habere coloris, cum dicit eandem eſſe ac ſint Baalath oppida, quæ & in tribu Dan & Symeonis fuiſſe memorantur. Nunc cum in Phœnice fuerit Baldus non poteſt vel de hoc, vel de iſtoc meditterraneo Judæorum accipi oppido. Pergit dein ad locum Strabonis & rivum Baldon ſeu Baudon Paltenis vicinum. Dicit illum à Plinio lib. x. cap. 26. vocari Badam. Verum nuſquam hoc loco iſte comparet. Addit illum à Joſepho vocani Beleum. Et hoc quoque male, cum ſexaginta plus minus paſſ. millibus Belus à Paltenis abfuerit, utpote duobus tantum ſtadiis teſte Joſepho à Ptolemaide remotus. Sed tamen ut Strabo Paltenis, ita Joſephus Ptolemaitis adſcribit Memnonis ſepulcrum. Hinc facile colligas quam multæ gentes & urbes herois ſeu dei iſtius ſibi vindicarint ſepulcrum, nec Æthiopas, Ægyptios, Perſas & Ilienſes tantum, ſed & Phœnices de eo inter ſe concertaſſe; cum tamen Philoſtratus in icone Memnonis nuſquam ejus exſtare ſepulcrum, ſed in lapidem nigrum converſum fuiſſe adfirmet. Nempe quem Memnonem Græci dixerunt, is erat Baalthis, Belthis ſeu Baalthus deus ſeu dea non Phœnicum tantum, ſed & omnium Syrorum, eadem, & ἀνδρόγυνος & ἀφρόδιτος à Græcis dicta. Sub lapidis forma cultum fuiſſe hoc numen teſtantur complures & præcipue nummi veteres qui paſſim reperiuntur, in quibus ſaxum ingens apparet in medio perforatum & quaſi antrum continens. Hujus itaque Memnonis ſive Baalthis ſepulcrum ſibi vindicabant Palteni propter cognomine flumen Baldi. Ptolemaitæ vero ut ex Joſepho conſtat ſibi adſcri-

bebant propter minutum Beli flumen, quod & ipsum sic appellatum fuisse colligo ex Plinio cum lib. v. cap 16. scribit *rivus Placida sive Belus, vitri fertiles harenas parvo litori miscens.* Sic in omnibus quos consului scriptum inveni libris excepto uno in quo inveni *Plaada* pro *Paalda* nempe. Literas vero P & B & item T & D promiscuas esse apud Hebræos & Syros opus non est monere. Apud Strabonem siquis retineat Baudos pro Baldos per me licet, cum in omnibus fere linguis & istæ literæ sint promiscuæ. In Mela vero licet in multis *Hypatos* legatur libris, tres tamen melioris notæ possim ostendere in quibus *Ipatos* scriptum sit, ut non dubitandum sit quin Paltos utrobique sit scribendum. Pro *Bactros* vero in iisdem invenio *Butros*, manifeste pro *Botrus*. Quod ipse Berytum reponat, id omnino facit sine judicio, cum illa mox sequatur, & absurdum bis eandem recensere urbem.

AD CAP. XIII.

Mallon præterfluit] Libri manu exarati exhibent *Mallosen* aut *Mallosun*. Nempe ineptus librarius Mallon in Mallos permutarat. Ex hac duplici lectione vitiosam istam prodiisse scripturam facile quilibet videat.

Post piratis Pompeio adsignante possessæ] Licet hæc lectio in multis recentioribus occurrat libris, quia tamen in melioribus *pro* non *post* scriptum inveni, monui rectiorem nos habituros lectionem si *porro* reponamus. Indocti librarii quod existimarent *post* melius conjungi cum *prius* quam cum altero, hanc nisi fallor induxerunt scripturam. Sed longe plus dicit Mela, quam si *post* scripsisset, quod etiam de brevi tempore potest accipi. *Porro* ut passim

sim alibi, ita quoque hic notat, τὸ λοιπὸν, accipiturque de toto quod supereſt tempore. Constat enim ex antiquis piratas istos Cilices, non tantum ad ætatem Melæ, sed & semper postea tenuisse Solos aliaque a Pompeio adsignata loca, & placuisse illorum fidem populo Romano. Frustra itaque altera præfertur lectio.

AD CAP. XVI.

Portus duo, Gelos, & cui ex urbe quam amplectitur Tisanusa cognomen est] Helos vel Helus ex Plinio & Strabone legendum esse monuimus. Situs convenit quam exactissime. Nominis causam siquis quærat illam exhibebunt Portolani recentiorum Græcorum, in quibus hoc ipso in loco stagnantes istæ describuntur insulæ, minutæ quidem & inhabitatæ hoc tempore, portum tamen efficientes satis commodum. Novo tamen geographo ista non placent, itaque legendum censet *Portus Syagelos*. Syagela nempe Stephano Cariæ oppidum, quod ipse mutat in Syagelos. Atqui si Syagela una è præcipuis Cariæ fuerit urbibus, ut ex Strabone satis cognoscimus, & insuper portu instructa, qui fit ut à nullo eorum qui oram maritimam singulaque etiam minutissima diligenter persequuntur; non etiam recenseatur urbs ista, non portu tantum, sed & regio nobilis sepulcro? Hinc manifeste intelligas Suagela mediterraneam fuisse urbem & juvenem istum nugari, cum regium in litore struit sepulcrum.

AD CAP. XIX.

Alter Olbiano in promuntorio fert Neptuni fanum; in gremio Astacum] Sic editio Vineti, quam ex-

primendam typographo tradideram, mutatis iis, quorum in obſervationibus feciſſem mentionem. Quod autem hoc loco monet novus Melæ interpres, Cianum ſinum æque nobilem fuiſſe ac Olbianum, id minime verum præſertim ætate Melæ. Everſa enim Cio, ceſſavit quoque nomen ſinus Ciani, qui omnino factus eſt ignobilis. Sed Mela, ut ſæpe alias, de Cio loquitur velut etiamnum ſuperſtite. In verbis quæ paulo poſt ſequuntur, cum novam inducit diſtinctionem, & tum quoque fruſtra eſt. Si *diſterminans* ſcripſiſſet Mela, jam illa potuiſſet videri neceſſaria.

Tum Cinolis, Anticinolis] Ita Pintianus reſtituit, quem libenter ſecuti ſumus, cum antea legeretur; *Tum Cinolis & Colliris*. Nec diſcrepant libri, niſi quod in uno alteroque pro & ſcriptum invenerim *etiam*, quod quamvis leve poſſit videri, facit tamen ad ſtabiliendam Pintiani ſcripturam, quam & Artemidorus & Strabo confirmant. Non admittit tamen hanc lectionem juvenis geographus, & ex Scylace mavult reponere Coluſſam, & putet hoc propius accedere ad ſcriptorum librorum lectionem, quam alterum. Verum hoc ſibi, non aliis perſuaſerit. Ut ſciamus vocem iſtam in Scylace recte ſe habere, vel unum proferat teſtem. Præterea non eſt cordati ſcriptoris relictis & omiſſis notioribus, ignotiora & jamdudum obſoleta recenſere loca. Cauſam tamen affert quamobrem explodenda ſit Cinolis & Anticinolis, dicit enim *varia talia occurrere loca à Græcis ſic appellata quod ſibi invicem adverſa ſint: ſed ea nuſquam à Mela agnoſci.* Nempe quia Mela Rhii facit mentionem, non autem Antirrhii; inde præclarum hoc confi-

cit argumentum, potuiſſe quidem Melam Cinolidis

dis meminiſſe, non autem Anticinolidis. Cum vero putat loca hæc ſic dicta quod ſibi invicem eſſent oppoſita, & tum quoque fallitur. Locum hoc habere poteſt in Rhio & Antirrhio, Rhodo & Antirrhodo, non autem in Cinoli & Anticinoli, Phello & Antiphello aliiſque in eadem continente vicinis ſibi invicem oppidis, ubi ἀντὶ æqualitatem & ſimilitudinem notat. Sic ἀντιπυργος ἰσοπυργος, ἀντίχορδον ἰσόχορδον ἀντίβροπον ἰσόβροπον, & infinita alia. Sic quoque Antitaurus, Antilibanus, Anticaſius, quod Tauro, Libano & Caſio montibus pares & æquales eſſe crederentur. Hæc cum ita ſe habeant, negat tamen iſte juvenis ullam unquam fuiſſe Anticinolin, & mentitum fuiſſe Stabonem & Artemidorum, & oppidum iſtud æque eſſe fabuloſum ac ſint Antiſcythæ Soliniani. Sed profecto nimium liberalis eſt in interponendo judicio, cui tamen cum non admodum abundet, parcere debebat. Quærebatur olim ſi ſit aliqua Antichthon, quinam eam inhabitarent, & ſi in noſtro orbe ultimi ad ſeptentrionem eſſent Hyperborei, num in Antichthone ſimiliter reperirentur Hypernotii. Non admittit illos Herodotus, quia neque Hyperboreos admittebat, quos prudentiores plerique merito explodunt, cum vita humana in ſemeſtri luce ſubſiſtere nequeat. Magis itaque placuit, ſi ab adverſa gente in eodem vivente hemiſphærio eſſent denominandi iſti Scytharum antœci, ut potius auſtrales Scythæ vel Antiſcythæ vocarentur. Nec ſolus eſt Solinus qui ea utitur voce, verum & in ſcholiis ad Aratea Germanici in præfatione ita ſcriptum inveni in optimis & vetuſtiſſimis membranis. *Diviſi autem ſunt à nobis circulo æquinoctiali qui antichtones nominantur & videntur humiles atque depreſſi, quibus anti-*

po-

podes infra ſunt: quod ut poſſe videatur; efficiunt flexus obliquitateſque terrarum, quas ἀντίχθονες, ἀντίσκιοι & ἀνταυγῆ inhabitare dicuntur. Eadem fere habet Cenſorinus, qui omnia hæc deſcripſit, niſi quod apud illum minus bene *Antiſchepæ* pro *Antiſcythæ* vulgo legatur.

Hic Phaſis deſcendit] Prius non bene *hinc* legebatur, quod mutavit Pintianus. Utrum vero *hic, heic* an *huc* ſcribas, uti habet editio Vineti, cum perinde ſit, de eo utique non litigaſſet Pintianus & ne quidem Mela.

Proximi Examatæ] Probat lectionem Holſtenii & cauſam affert, quæ ſi bona eſt, & tum quoque ſcribendum erit *Examatæ*. In melioribus enim libris magno conſenſu legitur *proxime Xamatæ*. Plinio & Valerio Flacco non uno loco vocantur Exomatæ.

AD LIB. II. CAP. I.

Siniſtro lateri innavigantium appoſita ac Riphæis montibus] Et hic quoque rem acu ſe tetigiſſe exiſtimat novus Melæ interpres, ſed ut ubique, ita quoque hic miſere fallitur. Sic nempe conſtituendus hic locus faventibus Vaticano & omnibus fere antiquis exemplaribus; *Agrippæis montibus proxima, & huc enim pertinent, cadentes aſſidue nives adeo invia efficiunt*, &c. Agrippæi ſunt qui paulo ante Arimphæi vitioſe vocantur. Verum illorum nomen ex Herodoto petendum eſſe monuit Pintianus. Ille vero, ſi bene ſe habet lectio vulgata, Argippæos appellat. Proco, Ἀριμπαίους ſubſtituit Salmaſius. Sed rectius Ἀγριππαίους legas ſiquid mutandum ſit, quod tamen opus non eſt, cum in iſtiuſmodi nominibus familiaris admodum Latinis literarum

rarum ſit tranſpoſitio. Quod autem paulo ante in fine libri prioris occurrit; *Ultra ſurgit mons Rhiphæus*, & hoc quoque mutandum, cum in compluribus & quidem melioris notæ libris legatur *mons gripes*, in aliis *nigripes*, in optimo vero *mons ægripes*, ut non dubitandum ſit, quin Mela ſcripſerit *mons Argippæus*. Sic nempe Mela vocat altum iſtum montem, cujus accolas eſſe Argippæos vel Agrippæos ſcribit Herodotus. Cum vero idem Mela Tanain in Rhiphæis vel potius Rhipæis montibus oriri dicit, in eo receſſit ab Herodoto, qui nuſquam Rhipæorum facit mentionem & Tanain è lacu profluere affirmat, quod verum eſt. Agrippæos vero ab antiquis Latinis dictos fuiſſe iſtos populos vel Agripparum ſatis teſtatur agnomen. Ut enim vicinam Arimaſporum gentem, quod unum tantum habere oculum crederentur detorta voce à Cyclopibus Coclites appellat Ennius; ita quoque illos, qui difficili partu ederentur, contracta ab Agrippæis voce, Agrippas vocaverunt. Ut enim ſcribit Herodotus calvi naſcebantur omnes Argippæi, quales quoque multos fuiſſe Myconidos teſtatur Plinius. Talium autem propter duritiem capitis difficiles admodum ſunt partus.

Nymphæo ſpecu, quod in arce ei ſacratum eſt, maxime illuſtre] Sic repoſui, cum in Arundelliano & in aliis melioris notæ libris invenerim *eis ſacratum eſt*. Ex gloſſemate alterum acceſſiſſe facile colligas ex ſcripto quem poſſim oſtendere libro, in quo verbis iſtis ſupraſcriptum, *ſcilicet Nymphis*. In quibuſdam correctum *ejus Nymphis*, quod æque ineptum ac ſit illud quod adſtruere conatur infelicis judicii juvenis, *ei & Nymphis*. Si conjeciſſet *ei à Nymphis*, aliquid dixiſſet. Profecto dea iſta zelo-

typa, ipſa nimirum Nemeſis, non ut puto admiſiſſet delubrum aliquod ſibi & ſuo ſimul conſecratum famulitio. In tot millibus inſcriptionum factis in honorem Dianæ nihil tale invenias. Mirificum tamen quod addit in fontibus & antris moris fuiſſe ut tres ſtatuerentur Nymphæ, & *plerunque illis vel deum addi ex agreſtium numero, vel aliquam ex deabus & maxime in iis Dianam.* Undenam rogo tam bellam Nymphæi hauſit deſcriptionem, ubi Diana trium Nympharum appendix, & Fauni vel Satyri lavantis ſeſe Dianæ fiant ſpectatores?

Hypacaris per Nomadas] Et hic quoque bonus juvenis mavult nugari quam tacere. Dicit Plinium ſcribere non tantum per Nomadas, ſed etiam per Hylæos fluere Hypacarin. Nuſquam hoc de Hypacari dicit Plinius, ſed de Hypani, quem ſcribit per Nomadas & Hylæos fluere. Pergit non conſtare utrum Mela ſcripſerit *per Nomadas*, an vero *juxta* vel *ſecundum*, quod ex Herodoto colligi poſſe affirmat; ſed & tum quoque nugatur. Herodotus Hypacarin ἀπὸ μέσων τῶν Νομάδων fluere teſtatur. Διὰ vero non poteſt ſignificare *juxta* vel *ſecundum*.

Axiaces proximus intra Callipidas Axiacaſque deſcendit] Recta eſt hæc lectio quam & Vaticanum & meliora confirmant exemplaria. Utrunque enim hunc populum medium ſecat iſte fluvius. De Axiacis quidem, qui propiores ſunt mari res clara eſt, cum abſurdum ſit exiſtimare gentem fluvio cognominem alteram tantum tenuiſſe ripam. Callipidas vero gentem mediterraneam, & illos quoque utramque ripam inſediſſe conſtat ex omnibus & ex ipſo quem paſſim ſequitur Herodoto, qui eos ſupra Olbiam longe à mari remotos deſcribit. Cum vero Callipidæ tenuerint totum illum tractum qui eſt à Tyra

Tyra fluvio ad Hypanim manifeſtum eſt Axiacen fluvium medias Callipidum terras ſecuiſſe & Melam ambiguitatis vitandæ gratia maluiſſe ſcribere *intra* quam *inter*.

Is inter Auchetas honos præcipuus eſt] In Vaticanis duobus quos olim contuli legitur *interlocantis*, vel *interloquentes* quomodo & in aliis nonnullis. In recentioribus quibuſdam *inter jocantes*, quam lectionem proponit quidem Salmaſius, ſed mox rejicit, & merito; cum non conſentiat cum iis quæ ſcribit Herodotus, & in lite tam ſeria intempeſtivi ſint joci. Iſtam tamen jocoſam & ridiculam lectionem tanquam gemmulam aliquam exoſculatur infelicis judicii juvenis. Dicit Melam *nullam aliorum populorum mentionem feciſſe aut facere voluiſſe in deſcribendis moribus, quam quorum meminit in ipſa Geographia & notitia regionis.* Hæc licet valde ſint intricata, puto tamen hoc dicere voluiſſe, Melam non deſcribere mores populorum, niſi quorum bis meminerit. Hoc autem quam verum ſit, cum paſſim alibi, tum ex hoc ipſo ſatis colligi poſſit capite. Pergit; *Nullibi Auchetarum meminit Mela, nullibi eis ſedem aliquam tribuit.* Imo ſedem iis tribuit inter Scythas interius habitantes, qui præceſſere: quia vero alibi non meminit ideo hic fuerunt reducendi, & quidem loco commodo & convenienti ipſorum nomini, cum αὐχμηταὶ à Græcis jactabundi vocentur, quales ſunt iſti Scythæ, quos hic deſcribit Mela.

AD CAP. II.

Mirum atque ingens facinus] Brevis, perſpicua & concinna eſt hæc parentheſis & quæ toti-

totidem verbis apud optimos etiam occurrit ſcriptores. Iſte tamen juvenis mirifico ſane loquendi genere eam vocat *Ludibrioſæ copiæ parentheſin*. Quia vero in vitioſo aliquo libro abeſt vox prima, ideo reſcribit; *atque (ingens facinus!) ex Aſia*, &c. Nihil nempe amat, niſi quod durum, diſtortum & cacozelum ſit. Nihilo felicior eſt in ſequentibus, quæ ſic in poſterum legi jubet; *pedes & non navigatu maria tranſgreſſus eſt*. Cum riſum excitare volunt mimi, eadem plane ratione loquentes introducunt fatuos. Altera vero quam dedimus lectio, quæ omnium librorum auctoritate fulcitur, caret inepta iſta macrologia, & ne ipſi quidem diſpliuiſſet Quintiliano.

Eximiaeſt Ænos] Eximiam vocat quod ab Ænea condita crederetur, quomodo & Virgilius, quamvis ex Homero contrarium conſtet. Oppidum quidem non admodum magnum, ætate tamen Melæ inter everſas bello Macedonico pleraſque fere in hoc litore civitates etiamnum illuſtre, utpote libertate donatum a Romanis, nec Polydori tantum tumulo, ſed & Cæpionis ſepulchro, quod in medio hujus foro exſtruxerat Uticenſis Cato, & multis quoque aliis Romanorum ornatum operibus, quorum etiamnum ſuperſunt veſtigia. Si cui hæc non ſatisfaciant, monui legendum forſan eſſe *Exin*, vel *Exinde eſt Ænos*. Iſte tamen juvenis conſulto Pomponii genio, quem ſcilicet in pyxide reconditum ſervat, alte exclamat; *Conjecturam hanc à genio Pomponii alienam eſſe, non utentis illo adverbio niſi in deſcribendis urbibus ordine in recto litore poſitis, non etiam ſinu diſtinctis*, &c. Si quis colligat quidquid uſquam occurrit ineptiarum, vix tamen ullam huic ſimilem inveniet. Non Mela tantum, ſed & quotquot ſunt vel

vel olim fuere ſcriptores, cum oræ maritimæ lo a recenſent, fideliter ſemper perſequuntur litus, nullo habito diſcrimine, utrum illud magnis, minutis, aut etiam nullis inflectatur ſinubus: ſive enim recta ſive curva ſint litora, unum tantum admittunt ordinem, unamque quamdiu continua ſunt, deſcribunt lineam. Undenam rogo nugator iſte hauſit *exin* rectum ſignificare litus? Porro ſiquis Pintiani probet lectionem legentis, *Extra eſt Ænos*, per me licet ut unuſquiſque pro captu ſuo ſtatuat. Ego vulgatam omnium librorum auctoritate confirmatam retinendam cenſui.

Et quo canentem Orphea ſecuta narrantur nemora, Zonæ] Vinetus edidit *etiam nemora*, & ſic habent libri nonnulli, ſed recentiores, in quorum nonnullis etiam ſic ſcribitur hic locus; *Ex quo canentem Orphea ſecuta narrantur nemora & Zone*. In uno & altero & ponitur ante *narrantur*, quomodo & in editione principe. Inde facile conjicias additum eſſe conjunctivum & vel *etiam* ab illis, qui *ex quo* in ſuis reperiſſent exemplaribus. Sed vero iſtam particulam non agnoſcunt vetuſtiora exemplaria & ſane tuto poteſt abeſſe. Quod autem juvenis iſte auctoritate genii Pomponiani, valde nempe ſibi familiaris affirmat vocülam *etiam* habere vim & poteſtatem aliquam peculiarem, id ex iis quæ producit non liquet locis, è quibus nihil aliud colligas, niſi iſtud, particulam hanc, eo quo paſſim & ubique occurrit acceptam ſenſu, eſſe Latinam.

Tum Neſtos fluvius, & ripis ejus adjacens Maronia] Feroculus juvenis meam hic miratur licentiam, utpote qui alia aliaque fluminibus ſine auctoritate, ut ſcribit, tribuam nomina. Verum ut cognoſcat quam inaniter ferociat, quamque ſibi ipſi pla-

si plagas infligat, sufficit vel solus ad quem provocat Scylacis locus. Dicit flumen, cujus hic mentionem facit Mela, ab illo vocari Cudetum. Recte sane, & hoc ipsum est quod volumus. Sed vero fluminis hujus nemo alius meminit, itaque audacter affirmo pro Κέδητ@ legendum esse Κέσητ@. Cosetus enim vel Cosatus idem est qui Nessos vel Nestos. Hoc sic conficio. Pythagoram cum transiret Nesson vel Nestον flumen ab eo salutatum *Pythagoras salve* testantur Diogenes Laërtius, Jamblichus, alii. Istud vero flumen idem esse, ac sit illud de quo loquimur, docet satis Aristoteles apud Apollonium Dyscolum cum vicinum Samothraciæ fuisse scribit. Jam vero Nestον vel Nesson, promiscue enim scribitur, dictum quoque Cosatum, testis mihi Ælianus Var. lib. IV. cap. XVII. eandem narrans historiam; Ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Ξ Κοσσίτε ποταμῶ διαβαίνων περιερρύη, Ξ ποταμῶ ἐπόντ@ αὐτῷ, χαῖρε Πυθαγόρα. Sic quoque legendum lib. II. cap. XXVI. apud eundem, annuente fere libro nostro scripto in quo legitur ὑπὸ Ἦ τ Κόσιον ποταμόν. Porphyrius in vita Pythagoræ hæc ipsa referens habet Καίκασον, sed vitiose, nisi fallor, pro Κέσσιον. Herodoto est Κόμψατ@, nempe inserto ut sæpe M, si sequatur Σ, tum sibilans ista litera mutatur in Ψ, non apud Græcos tantum & Romanos, sed & omnes fere gentes. Alter Ælianus, qui de animalibus scripsit, integro fere seculo junior illo priore, Cossiniten vocat hoc flumen, cognomine nempe adsito oppido Cosinto. Unde apparet verum esse id quod olim puer quatuordecim aut quindecim annorum scripsi, & errare juvenem grandævum, cum id ipsum negat. Argumentum quod affert Scylacem in ora maritima describenda non potuisse mentionem facere

cere fluminis, non in mare, ut loquitur, sed in paludem se exonerante Bistonidem; clare satis ostendit, ipsum nescire quid rei sit palus Bistonis. Vulgaribus nempe Ptolemæi, quas concinnavit Mercator, deceptus tabulis; putavit Bistonidem paludem esse stagnum mediterraneum undique clausum & quod nullum in mare habeat exitum. Atqui ex ipso Ptolemæo manifeste colligi potest esse stagnum maris, ubi enim de Nesso & Hebro agit hæc habet; ὧν μεζόξυ πως ωρὸς τῇ θαλάσσῃ λίμνη ἐστὶν, ἥτις καλεῖται Βιστονὶς λίμνη. Rectius itaque in suis Ptolemaicis tabulis stagni hujus formam expressit Regiomontanus. Simile est hoc stagnum Venetorum & præcipue Volcarum stagnis, nam & salsum est & ab iisdem fere marinis frequentatur piscibus, & postremo huic non forma tantum, sed & magnitudine pene æquale est; siquidem ab Hebro flumine usque ad Abderam fere protenditur. Itaque Aristoteles VIII. de animalibus λιμνοθάλατζαν sive stagnum marinum appellat. In portolanis Græcorum vocatur Ἀσπροζάγ ἢ Μαρωνείας κόρφ@, id est Abderæ seu Maroneæ sinus.

Et portus Κάπες λιμὴν] Cum sic in melioribus legatur libris, dixi redundare vocem *portus*. At vero inops iste & tamen prodigus judicii juvenis postremam ejicit vocem, ac si à librariis, qui Græca ne legere quidem norant, ea tam opportune addi potuerint. Aliquid dixisset, si utrunque retinendum esse affirmasset, ut nempe subintelligatur *dictus* vel *qui dicitur*. Sed profecto quæ deteriora sunt, ea plerunque sequitur.

Strymon sicut diximus amnis est] Tollendam inquit juvenis Parenthesin, neque enim dixerat amnem esse. Imo clare dixit hoc ipso capite haud procul initio.

tio. Cæterum hoc obiter moneo parentheſes non eſſe à me, qui eas libenter in Mela expunctas velim more antiquo, aut certe commatis permutatas.

Perfoſſus transjugatuſque factus freto navigabili pervius] Dedimus lectionem quam in melioribus invenimus libris. *Transjugare* pro jugum montis ſuperare alibi non occurrit: ſed ſolemne eſt quibuſvis ſcriptoribus res novas & inuſitatas, novis etiam & non uſitatis explicare vocibus. Et hic quoque juvenis noſter oſtendit quam acri ſit judicio, quum negat non potuiſſe iſthmum hujus montis transjugari, utpote qui teſte Herodoto contineret πεδίον & κολωνὰς μεγάλας. An ergo colles quantumvis minuti poſſunt eſſe ſine jugis & verticibus? *Transnavigatuſque*, quod vulgo obtinet, ideo minus placet, quia ſequitur *navigabili*. Ipſe tamen laudat, ſed mox quaſi reſipiſcens poſt longam meditationem hanc demum commentus eſt lectionem; *Perfoſſus ad Sanen abuſque Thyſſo factus freto navigabili pervius*. Quis iſtius non miretur acumen juvenis, tam feliciter conjectantis, ut lectionem invenerit, quæ librorum veterum ſcripturam præterpropter tam bene referat, quam ſimiam referat Aſinus! Iſte tamen juvenis qui nihil pudoris & minus etiamnum hábet judicii, dicit me laqueum mihi nectere quod ſcripſerim Herodotum foſſam Xerxis ab Acantho urbe cœpiſſe, quam ne tetigiſſe quidem affirmat. Atqui an non ſatis clare ſcriptor ille loquitur cum libro VI. & iterum lib. VII. refert Artachæum à Xerxe præmiſſum fuiſſe Acanthum, ut inde foſſa ad Sanen perduceretur? Cum vero eodem libro dicit ab Acanthiorum mari cœptam fuiſſe foſſionem, idem dicit, ſiquidem in intimo Acanthii maris receſſu, in ipſo iſthmo, ſita erat Acanthus; ita ut Acanthus & Sane

& Sane non niſi ſeptem ſtadiorum intervallo à ſe invicem abeſſent, unde ab Anonymo in periegeſi ad Nicomedem διώρυξ illa dicitur ἱππικὴ δι' ὤν, quam tamen Herodotus, Plinius & alii habita totius iſthmi ratione duodecim ſtadiorum, ſeu mille quingentorum faciunt paſſuum. Iſte tamen bonus juvenis, qui recoctam ſatagit tradere Geographiam, rejecta Acantho omnium veterum autoritate ſuffulta, Thyſſum ſubſtituit, oppidum eidem litori & eidem quo Sane Singitico appoſitum ſinui, & pluribus quam ducentis ſtadiis à foſſa remotum, ut nempe conficiat, non Athonem, ſed ipſum à Xerxe perfoſſum fuiſſe pelagus.

AD CAP. III.

Gyrtona, Melibœa, Caſtanea] Sic ſcribendum monui, ſed ſemidoctus librarius Gortynam exhibuit veluti notiorem.

Ac proxime ſpatioſa, Hellas nomine] In libris & *Hellas nomine*, quod & ipſum rectum. Quum autem novitius editor, quia in vitioſis quibuſdam libris legitur *ac proximos*, confidenter reſcribit *à proximo ſpatioſa*, omnino id facit ſine ratione & judicio. Sive enim referas ad Theſſaliam & Macedoniam quæ præceſſere, ſive ad Hellada quæ ſequitur, non ſubſiſtit hæc lectio. Quis enim ferat ſcriptorem ita loquentem, à proximo loco incipere Hellada? Quod ſi *à proximo* accipias pro ab initio, jam ne quidem Latine loquatur Mela, debuiſſet enim dicere *in proximo*. Quamvis neque iſtuc huic conveniat loco, cum non ſtatim, ſed paulatim in majorem majoremque ſeſe Hellas explicet latitudinem. Retinenda itaque lectio vulgata, quam melioris

lioris notæ exemplaria & prima editio nullos paſſa correctores confirmant, nec diſtrahenda hæc a ſuperioribus, *proxime* enim conſtruendum cum Ægeis & Ioniis fluctibus. A Macedonia enim incipiens Hellas primo eſt anguſta, in Magneſia nempe Theſſaliaque, hujus ſiquidem partes à mari remotiores non accenſentur Helladi. Deinde fit latior. Ubi vero Ægeis & Ioniis fluctibus grandi fronte objacet, à Sunio nempe ad Ambraciam, ibi demum eſt latiſſima.

Ipſo quidem tamen ſimulacro] Monui abeſſe à quibuſdam libris *tamen*. Juvenis autem Leidenſis loca profert unde oſtendat *tamen* eſſe Latinum; Libenter ſane id credimus, ſed quæritur utrum *quidem tamen* conjunctum ſit Latinum. E libro quem contulit hanc profert lectionem; *ipſoque tamen ſimulacro*. Unde confici poteſt librarios offenſos hac loquendi formula alterutram vocem expungendam eſſe cenſuiſſe. Si ſciret libris uti facile ex hac varietate potuiſſet colligere vocem *quidem* non in ſuo verſari loco & transferendam eſſe ante *ipſo*, ſic nempe; *Numen delubrumque Olympii Jovis, certamine gymnico & ſingulari ſanctitate quidem: ipſo tamen ſimulacro, quod Phidiæ opus eſt, maxime nobile.*

Quod ſpectat ad orientem] Cum utrunque rectum ſit *ſpectare orientem* & *ſpectare ad orientem*, & non hoc tantum loco, ſed & paſſim alibi promiſcue in libris utraque occurrat ſcriptura, contenti fuimus eam ubique ſequi lectionem, quam in antiquioribus & magis emendatis invenimus exemplaribus. Sed iſte nimis feſtinus juvenis auferendam hoc loco affirmat præpoſitionem, quod eam duo MSS non aguoſcant. Verum ego longe plures & me-

liores poſſim oſtendere à quibus non abſit. In eo quod ſequitur *ad ſeptentriones* ubi aliter in obſervationibus ac in ipſo Mela additur præpoſitio, id ut paſſim alibi, ita quoque hoc factum eſt loco ad ſignandam variantem lectionem, liberum relinquentes lectori quam vellet eligere. Quod negligenter id à me factum exiſtimet, id ſane libenter audio. Ingrato & inepto labori quantumvis ſupinam præfero negligentiam. Fruſtra vero eſt cum fidem noſtram infirmare conatur & in hoc & in eo qui proxime ſequitur loco; *Tigris ut natus eſt, ita deſcendens in litora permeat*, ac ſi librorum auctoritate deſtitueretur hæc lectio, cum & Arundellianum ſic habeat exemplar & Ciacconius in ſuis ſic ſcriptum invenerit codicibus. Quin & optimus ille liber quem præcipue ſecuti ſumus eandem exhibet lectionem, cui demum à manu recentiore ſuperſcriptum erat *uſque ad litora*. Cum bibliotheca & libri mei omnibus pateant ſatis iſti teſtabuntur, non me malæ fidei hominem, ſed iſtum juvenem gnaviter eſſe impudentem.

Rhion deinde maris id nomen eſt anguſte ut velut freto latus oræ ſequentis incidens inter Ætolos & Peloponneſiacos uſque ad Iſthmum irrumpit] Certum eſt ſic ſcripſiſſe Melam, utpote qui nullas parentheſes, commata, cola ſeu alias Grammaticorum notas ſcripto ſuo inſeruerit. Obſecuti tamen aliqua ex parte illorum, qui proximis vixere ſeculis, Grammaticorum placitis, ſola iſtæc verba, *maris id nomen eſt*, commatis incluſimus. Si penitus horum inſiſtere voluiſſemus monitis & præceptis, non hæc ſolum, ſed & ſequentia *& velut freto*, & denique iſta *inter Ætolos & Peloponneſiacos*, parentheſibus ſeu commatis, uti in editione Vineti, fuiſſent

distinguenda. Verum nos, neglectis iis, quæ ipse etiam neglexit Mela; majorem prisci moris habendam censemus rationem, quam Grammaticorum parum inter se consentientium commentis, præsertim cum etiam absque illis plana sint hujus scriptoris verba. Nam quod dicit novitius annotator falsum esse Ætolos pertingere ad Isthmum, id nihil omnino ad rem facit, nec confici potest ex verbis Melæ, quamcunque demum sequaris distinctionem. Non Ætolos, sed sinum Corinthiacum usque ad Isthmum pertingere scribit, nec opus est quia Peloponnesii, ideo quoque Ætoli in opposito litore usque ad Isthmum continenter habitarint. Si dixisset sinum Corinthium inter Rhium & Antirrhium, seu ut Livius habet inter Naupactum & Patros usque ad Isthmum irrumpere, & sic quoque recte fuisset locutus. In altero quem subjungit loco, ubi de Rhodano agit Mela, miserè omnino decipitur, quum verbà ejus simili distinctionis vitio scribit laborare. Nam quod negat flumen hoc inter Volcas & Cavaras in mare effluere, quod Cavares ut ipse putat non sint litorales, in eo quantum fallatur satis docet Strabo, ex quo manifeste cognoscimus Cavaras non tantum dictos illos qui inter Isaram & Druentiam habitarent, sed & Salyas & omnes à Druentia ad mare Rhodanum accolentes gentes, Cavarum censas fuisse nomine. Hoc tamen errore cæcatus verba Melæ sic distinguit; *post cursu in meridiem abducto hac intrat, accessuque aliorum amnium jam grandis & subinde grandior inter Volcas & Cavaras, emittitur.* Hac distinctione facta quia locus ostiorum Rhodani desideratur, dicit post vocem *emittitur* subintelligi, *ita per Araticos*, istas autem voces

voces non additas à Mela *ne ingenii sui sincerum nectar acidum redderet.* Iste profecto juvenis nauteam pro nectare propinat, & putat bene se de Mela mereri, si illum sibi similem & nullius judicii faciat hominem. Nam certe talia vel scribat vel cogitet nemo cui luxatum non fuerit cerebrum.

Ab eo Frentani, Apuli ac Marucini. Habent Aterni fluminis ostia.] Quibus librorum suppetit copia, quique eo valent judicio ut recte iis uti norint, per me licet ut ea quæ scripsi expendant. At vero animosus juvenis monstrose à me deformata hæc esse affirmat, fortemque in oppugnandis iis spondet operam. Sed dum inconsulte properat, in ipso statim limine misere admodum impingit, cum dicit pessime apud Melam legi *Tiberina Ostia.* Ipse *Ostia* rescribit majuscula nempe litera & accipi vult de urbecula ut loquitur Ostia, quæ tamen magna fuit civitas & per quatuor minimum pass. millia in directum habitata. Quam parum triverit Virgilium, vel exinde cognoscas, quod & apud illum statim in initio Æneid. occurrat *Tiberinaque contra Ostia*, quod tamen nemo integræ mentis de urbe Ostia interpretetur. Sed putavit bonus iste juvenis Tiberim non duobus, sed uno tantum in mare effluere Ostio. Porro si quis velit hominem videre sine corde ambulantem & audire linguam sine capite loquentem, legat ea quæ sequuntur; in quibus priori plane contrarium committit errorem. Uti enim ante Tiberina Ostia pro civitate, ita hic civitatem pro Ostio accipit. Aterni enim Ostia, seu etiam absolute Ostia, est ipsum Aternum oppidum, situm ad Ostium fluminis Aterni. Vibius Sequester; *Aternus Hadriæ, decurrens per Marsos, ubi & Ostia civitas.* Sed &

Antoninus & alii Ostiorum Aterni faciunt mentionem.

Circes domus aliquando Circeii] Redundare comma, temere à librariis me absente additum, recte monet juvenis. Si minutis istiusmodi curis totum se tradat, utilem sane præstare possit operam inter typographicas operas, quibus si sese contineat, habebit ubi regnet. Istos enim si excedat limites, omnino extra chorum saltat & nescit quid agat.

AD CAP. V.

Tunc post Athenopolis & Olbia & Taurois] Alteram lectionem quæ propius aliquanto ad veteres accedat libros exhibuit Vinetus ; sed nos eam quam dedimus probatam etiam ab aliis prætulimus. *Tunc post*, an alibi apud Melam occurrat, quærant qui nugas bonis volunt redimere horis. Sufficit optimos quosque sic loqui scriptores & Melam sciviſſe Latine. Quod vero juvenis iste verba istæc ; *Tunc post Athenopolin & Olbiam & Tauroin & Citharisten est Lacydon* vocet consummatissimam periodum, exinde facile intelligas illum nescire quid rei sit periodus. Istud vero *Tauroin* perquam ineptum, cum nec Græcum sit nec Latinum. Taurentum Latini, Græci Tauroenta vocant, & sic Cæsar.

Lacydon Massilienſium portus & in eo ipsa Massilia] De Tisanusa quæ scribit Leidensis juvenis illa nihil ad rem faciunt. Magni enim si sint portus fieri potest ut amplectantur urbes illis minores, præsertim si insulæ sint aut peninsulæ. At vero minuti portus, qualis est iste Massilienſium, quomodo illi ambire magnas possunt civitates, qualis erat

erat Massilia? Dicat si possit ubinam fuerit portus Lacydon, quemcunque huic locum & situm adscribat, nunquam efficiet ut Massilia sita fuerit in portu.

Contra Albionem & Bergiona Neptuni liberos] Hanc lectionem è suis libris dederunt & Vinetus & alii. Albiona an Albionem utrum legas perinde est. Pro *Bergiona* audacter juvenis Leidensis reponit *Bergion*. Sed variantibus libris si vel unum possit producere testem à quo iste Neptuni filius sic nominetur, credam libenter. Aliquid dixisset si Dercynum aut etiam Berginum scribendum censuisset, habuisset enim si non justam, aliquam tamen sic sentiendi causam. In iis vero quæ subjungit, cum aliam ab ea quam dedimus facit distinctionem, miserè fallitur & omnino non intellexit Melam, cum scribit campum lapideum non esse ignobilem, & efficere ut litus satis sit nobile. Dicit Mela litus hoc lapideum & annexos huic campos lapideos fore ignobiles, nisi fossa esset Mariana, qua parte Rhodani illuc translata, campi isti irrigantur. Hujus enim fossæ beneficio campi alias steriles & inutiles, facti sunt habitabiles & fertiles, vinumque producunt non ignobile.

Atax ex Pyrenæo monte digressus] Invitis etiam libris juvenis Leidensis monet scribendum esse *degressus*, quia nempe sic jubent nonnulli Grammatici. Sed ex antiquioribus Grammaticis constat utrunque rectum esse, cum particula *dis* in compositis idem sæpe valeat quod *de*, unde in Philoxeni glossis exponitur non tantum ἀπὸ, sed & κατὰ & ἀπὸ. Idem utrumque *degredi* & *digredi* habet, non tantum pro discedere, sed & descendere. Sic *dimissum* pro *demissum* in antiquissimis Bembi membranis pas-

sim

ſim ſcriptum fuiſſe teſtatur Pierius, eamque lectionem pluribus exemplis confirmat Nonius Marcellus, ut audiendi non ſint, qui pleraque iſtæc immutarunt loca, & Nonium erraſſe exiſtimant.

Et ingentis alioquin alvei capax] Idem juvenis è libris ſcriptis ſic reformat hunc locum, *etiam ingentis alioquin alvei capax*. Sed debuiſſet oſtendere *etiam alioqui* eſſe Latinum. Eſto in libris pluribus ſic legatur, ſed ſi illi ſequendi ſunt, jam ſic diſtinguendus erat locus; *exiguus vaduſque eſt etiam, ingentis alioquin alvei capax.*

AD CAP. VI.

INter Subin & Telobin amnes Tarraco urbs] Et hæc quoque abſurda vocat infelicis judicii juvenis. *Quid enim*, inquit, *an Mela tribus fluviis Tarraconem cingi ſcripſit*? Profecto non intellexit Melam. Ille ut ignobilium alias inter Pyrenæum & Iberum fluminum ſitum oſtendat; illuſtriora jam apponit nomina, unde quo in loco ſint iſta flumina, cognoſcamus. Itaque Ticer ipſi eſt ad Rhodam, Clodianum ad Emporias, Bætullo ad ſcalas Annibalis, Rubricatus in litore Barcinonis, denique Subin & Telobin quo loco ſint declarat, quum dicit inter hæc duo flumina ſitam eſſe Tarraconem. Ipſam vero Tarraconem præterfluit Tulcis, qui æque ac ipſa Tarraco medius eſt inter Subin & Telobin. Plana hæc ſunt, ut opus non ſit fingere aliquod flumen quale nunquam exſtitit, & Melam adeo facere ineptum ut ignota per ignotiora declarare voluerit. Quare autem *amnis* in *majus* à ſemidoctis mutatum fuerit librariis, ratio eſt manifeſta, quia nempe pravam ſecuti diſtinctionem cum Telobis

lobis parva præcederet exiſtimarent alteram deeſſe quæ nominaretur *Telobis majus*. Sed & in eo peccat iſte juvenis, quod librariorum ſecutus errorem *ſuper* conſtruat cum Tulci, cum ſic diſtinguendus ſit locus; *Tulcis eam modicus amnis, ſuper ingens Iberus Dertoſam attingit.*

Atque unde nos ſumus Tinge Cætraria] Diximus conjecturam Salmaſii pro *Tingentera* legentis *Tinge altera*, quamvis pulchra & ſpecioſa ſit, de hujus veritate tamen ideo dubitare, quod non potuerit tale cognomen habere oppidum in quo natus fuerit Mela, cum nullum exſtet exemplum, ut ſi plures ejuſdem nominis ſint civitates, ut hæc aut iſta abſolute *altera* vocetur. Quid ad hæc juvenis? Dicit nihil eſſe hoc argumento vanius, cum ipſe Mela poſtquam minorem Leptin recenſuit, addat *tum Leptis altera*. An ergo Leptis magna cognominata fuit Leptis altera? Oſtendere debuiſſet ullum locum aut ullam civitatem abſolute alteram dictum fuiſſe. Recte quidem Salmaſius Hiſpanicam Tingin vocat alteram reſpectu Tingis illius quæ in oppoſito erat litore, ſed negavimus illam abſolute ſic fuiſſe appellatam, cum Julia Joza, Julia traducta vel cætraria fuerit cognominata, non altera. Quærit quare potius cætraria quam cætrata fuerit vocata? Verum ipſe promat teſtem qui cætratæ meminerit, ego teſtem dedi alterius cognominis. Dicit ſe jam etiam *haſtariam* & *ſariſſariam* expectare. Sed bonus iſte juvenis diu quæret antequam Mauros & Hiſpanos inveniat ſarriſſatos, cum cætrati trecentis & pluribus occurrant in locis. De Neſto opus non eſt ut plura addamus, ſufficiunt ea quæ diximus. Mirum vero quod relicta illa quam paulo ante adſerebat Salmaſii conjectura, putidiſſi-

mam conetur inducere lectionem, pro *Tingentera* enim, ſcribendum cenſet *Tinge hiera*. Verum quid ſibi vult iſtud *hiera*? Si Græcum eſt & ſacram ſignificet, quis riſum contineat inter Mauros & ultimos Hiſpanos recenſeri coloniam Romanam cum Græco cognomento? An ergo iſti rerum domini, qui ne in ipſa quidem Græcia alia quam Latina indidere cognomina, cum ſacram dicere potuiſſent, contra mores & inſtituta ſua Græcam prætulerunt appellationem? Sed & quare & quorſum ſacra? Fierine poteſt ut ſenſibus integris quiſquam talia vel ſcribat vel cogitet?

AD CAP. VII.

A *Rados etiam in Phœnice*] A multis quidem libris abeſt *etiam*, ſed exſtat in antiquioribus & nihil minus quam otioſa. Pro Meninx quod Menix reponat & hoc quoque fruſtrà, cum Meninga non Meniga plerique appellent, & dubia apud Polybium ſit lectio.

Ægates Romana clade memorabiles] Et hic quoque cenſoriam gravitatem induit juvenis ridiculus, & negat vocem *cladis* eodem ac apud Melam ſenſu accipi apud Livium cum ſcribit introductos eſſe in ſenatum legatos *Eumenis & Pharnacis regum & Rhodiorum querentium de Sinopenſium clade*. Dicit hic agi de clade *quam acceperunt*, *non quam dederunt Sinopenſes*, idque apparere ex Polybio ſic ſcribente, ἦκον δὲ καὶ Ῥόδιοι πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῶν Σινωπέων ἀτυχίας. Quid dicat aut quid ſcribat neſcit bonus iſte juvenis, & nec Livium nec Polybium intellexit. An non ridiculi fuiſſent & Livius ita ſcribens, & iſti Rhodiorum legati ſi apud ſenatum con-

conqueſtum veniſſent de clade quam ipſi intuliſſent? Ἀτυχία non eſt id quod juvenis iſte putat, neque etiam illud quod nonnulli exiſtimarunt, qui cum viderent ſenſum eſſe abſurdum ſi vox hæc, ita ut vulgo fit, exponatur; ἀτυχίαν apud Polybium interpretati ſunt perverſitatem ſeu nequitiam; ſed vero quid ſit ἀτυχία ſeu ἀτύχημα optime declarat Ariſtoteles Nicomachiorum quinto, ubi diſtinguit ἀτύχημα, ἁμάρτημα, & ἀδίκημα. Ibi enim docet ἀτύχημα eſſe damnum ſeu cladem præter voluntatem & ſine malitia illatam. Clemens Alexandrinus Strom. 11. fuſe hunc locum enarrans dicit ἀτύχημα eſſε τὸ φίλον ὡς πολέμιον ὑπ' ἀγνοίας βαλεῖν. Et poſtea ἀτυχία δέ ἐστιν ἄκρα εἰς ἐμὲ πρᾶξις ἀκούσιος. Clarum eſt ergo quid ἀτυχίαν vocet Polybius. Sinopenſes amici erant Rhodiorum quorum crebræ naves mercium Ponticarum gratia ad illos commeabant. Sed vero poſtquam Sinopen occupavit Pharnaces, Sinopenſes inviti à Tyranno coacti fuere invadere naves Rhodiorum. Poſt infelicem iſtam locorum Polybii & Livii expoſitionem, redit ad Melam dicens nunquam ſe dubitaſſe quin ſcripſerit ille *Ægates Romana claſſe memorabiles*. Ut tam abſurdum adſtruat ſermonem tria affert Pomponii loca *Salamin excidio claſſis Perſicæ notior*; item *Laconicæ claſſis ſignatus excidio*; nec non *naufragio claſſis Atticæ*. Verum ſi naſum habuiſſet, hæc ipſa loca ſufficere debuiſſent unde cognoſceret Melam non ſcripturum fuiſſe *Romana claſſe*, pro *Romanæ claſſis victoria*. Vel unum debuiſſet adducere teſtem qui claſſem poſuerit pro victoria navali.

Pelorias] In duobus libris manu exaratis *Pelorus* ſcriptum ſe reperiſſe dicit juvenis Leidenſis, unde ipſe facit *Peloris*, quia infra ſequitur *Peloriada*.

da. Sed nos quatuor membraneos & totidem alios, in charta deſcriptos lintea, poſſumus oſtendere; in quibus legatur *Pelorias*, quod utique admittendum cenſuimus. Pelorida quod poſtea ſequitur & hoc quoque rectum eſſe etiam pueri intelligant. Sic & Strabo quam πλωϱιάδα vocat alibi πλωϱίδα appellat, nec tamen propterea eſt ineptus. Quod poſtea monet & hoc quoque futile, cum elephas, elephanti & elephantes promiſcue poſitum apud Plinium, Solinum & alios paſſim occurrat complures. Ab elephas autem æque ac ab elephantus in plurium numero fit elephantis mutata ut ſæpiſſime declinatione, non elephantibus, quod nuſquam quod ſciam legitur.

Præterquam ubi Aleria & Marianæ coloniæ ſunt, à barbaris colitur] Sic in optimis noſtris invenimus membranis, non *Mariana*, uti vult ſciolus juvenis. Putavit nempe unam tantum in Corſica eſſe Marianam coloniam, cum duas recenſeat Ptolemæus, quarum una ad Marianum erat promuntorium, altera vicina Aleriæ. Utramque autem recenſuiſſe Melam exinde patet, quod ſi de una tantum intellexiſſet, ſequeretur alteram Marianam à barbaris fuiſſe occupatam. Sulchi an Sulci ſcribas perinde, cum utrunque rectum ſit.

AD LIB. III. CAP. I.

NOn alio alioque invicem] Ipſa poſtulante ſententia ſic repoſuimus, cum in libris legatur *non alios alioſque invicem*. Hanc tamen ſcripturam tuetur juvenis infelicis judicii, dicens & hæc & omnia ſequentia referenda eſſe ad *campos* qui præceſſere, ac ſi omnia litora eſſent campi & exundationem

nem Oceani admitterent. Si *alios alioſque* interpretatus fuiſſet homines aut populos, rectius aliquanto dixiſſet. Sed profecto etiam ſic orator parum efficax hic noſter fuiſſet ſcriptor ſi in explicando Oceani æſtu planorum tantum litorum feciſſet mentionem & toties idem inculcaret. Dicit Oceanum non campos tantum inundare, neque alio alioque terrarum, modo in hos modo in illos populos per vices & quaſi ſucceſſive, ſed ſimul & pariter in omnia litora qualiacunque demum illa ſint impetum ſuum convertere. Recta eſt ergo ea quam dedimus lectio.

Myrtilis, Balſa] Sic ab omnibus appellantur hæc oppida, à nemine autem Myrtil vel Ibalſa. Nam quod Marcianum Heracleotam attinet, ille non potuit aliter ſcripſiſſe quam Ptolemæus, & manifeſte apud hunc ultima præcedentis vocis litera adhæſit initio ſequentis.

Uſque adeo ſemet & terras anguſtantibus] *Anguſtantis* hic reſcribendum cenſet Leidenſis juvenis & ad Hiſpaniam refert. Sed quid ſibi vult *ſemet & terras*? Quis non videat alterutrum inepte redundare? Rectius itaque Vineti editio *anguſtantes*; nempe oras, quæ æque ac terræ anguſtentur. Sic quoque habent meæ membranæ. Vaticanus tamen & alii certioris fidei libri in ablativo abſolute poſito & in ea quam dedimus conſpirant lectione. Arundelianus fere confirmat lectionem Pintiani, ſic enim legit; *uſque adeo ſemet à terris anguſtantibus*.

AD CAP. IV.

NON *se urbibus tenet*] Recta quoque est illa lectio quam in libris reperisse se testatur Leidensis juvenis *tenent* & *habitant*, quamvis enim singulare sit gens, pluralem tamen habet significationem. Sed vero quod libri largiuntur, idem mox destruit beneficium cum addit; *haud dubie tenore eodem loquendi usum Melam scripsisse* tenens habitans. Quis enim non explodat scriptorem absque ulla necessitate quinque simul jungentem participia?

AD CAP. V.

Aliquamdiu ad occasum ab oriente currens] In quibusdam libris *occurrens*; sed quomodo flumen, ubi nullus est æstus, sibi occurrere potest? Vel itaque vulgata, vel Vaticani libri, in quo *excurrens*, retinenda est scriptura.

AD CAP. VI.

His oris quas ab angulo Bæticæ huc usque perstrinximus] Particulam *ab*, quæ à libris abest, addendam esse monuerunt viri docti. Quærit hic juvenis, ubi istius anguli meminerit Mela? Atqui an non satis clare angulum illum describit, cum dicit Bæticam maria utraque prospicere; ad occidentem, Atlanticum; ad meridiem nostrum? Sed & quomodo potest Junonis promuntorium obliquo jugo in occidentem excurrere, nisi fiat angulus? Hæc cum manifesta & omnium oculis sint exposita; isto

iste tamen juvenis legendum censet; *quas ab jugo Bæticæ*, addens Melam alludere ad promuntorium Junonis, de quo præcedenti egit libro. Verum an non recte loquatur Mela nisi ænigmata scribat? Cum mille in Bætica magis conspicua occurrant juga ac sit illud Junonis promuntorium ubi nullus mons & vix modici occurrunt colles, quis demum vel divinando assequatur per jugum Bæticæ hic signari promuntorium Junonis? At vero si vulgatam sequamur lectionem, jam statim intelligimus non alium hic signari angulum, quam illum quem jam descripsit flexum litoris, ubinempe ora Bæticæ quæ meridiem spectat, in septentrionem abducitur, & occidentem adspicere incipit.

Qui propriarum rerum fidem] *Qui* abest à pluribus libris, sed non à duobus optimis, quos præcipue secuti sumus. Quod autem hoc pronomen non se desiderare dicat juvenis, esto, sed desiderat ipsa ratio. Valde enim hiulca & inconcinna erit compositio si omittatur. Quod postea è libris producit *ab tergo obducta*, id potest admitti, cum & ultimo libri primi capite, & hoc ipso libro de Germania sic loquatur. Siquis vulgatam sequatur lectionem, quæ & in Vaticano & plerisque fere extat libris, ad significandam facit Britanniæ magnitudinem. Cum tamen in veteribus membranis invenerim *ab tergore ducta*, pro *ab tergo reducta*, libenter credo sic Melam scripsisse. Paulo post quod *autem* dederim pro *tamen*, & in eo quoque veteres secutus sum membranas & editionem principem: cum causa quamobrem bella contrahant, clarius ex iis quæ sequuntur, quam istis quæ præcesse intelligatur. Quod expunxerim ea quæ de Juvernæ insulæ cultoribus sequuntur *pietatis admodum exper-*

pertes, id ideo feci, quod manifeste appareat ea esse appendicem glossematis præcedentis *magis quam aliæ gentes, aliquatenus tamen gnari, pietatis admodum expertes*, quomodo in Vaticano & in omnibus quæ vidi antiquioribus scriptum inveni libris. In quibusdam sed recentioribus; omissis prioribus sequentia tantum comparent, quod non probo; neque enim juvat si quis existimet ideo hæc à Mela dici, quod Strabo referat incolas Juvernæ cum matribus & sororibus misceri. Idem enim de omnibus Britannis affirmat Cæsar; *Uxores habent deni duodenique inter se communes, & maxime fratres cum fratribus, & parentes cum liberis.*

Contra Germaniam Vecta in illo sinu quem Codanum diximus. Exin Scandinovia] Hæc est vera lectio & sic fere libri veteres, nisi quod in quibusdam legatur *& hinc Candanovia*, in aliis *ex his Candanovia*, unde facimus; *Exin Scandinovia.* Hæc lectio cum & libros habeat auctores, & ad unguem cum antiquis consentiat scriptoribus, eam tamen mirifice vexat infelicis judicii juvenis. Expuncta enim Vecta, quam hoc ipso in loco & Ptolemæus & ex Timæo agnoscit Plinius, invitis omnibus libris sex inserit insulas veteribus prorsus ignotas. Sic enim legit; *Contra Germaniam Vectæ, in illo sinu quem Codanum diximus, sex. Ex iis Scandinovia.* Dicit Melam sic alibi loqui cum scribit; *Græcia à septentrione in meridiem vecta.* Verum istic ea vox non potest abesse, hic autem plane redundat & nullius est significationis, sufficit enim dixisse *contra Germaniam.* Jam vero ad ea quæ de Thule sequuntur; *in ea quod ibi sol longe occasurus*, monueram deesse particulam negativam, ideoque scribendum videri *haud longe.* Ipse hoc valde

de miratur, & legendum dicit *non longe.* Causam adfert quod *non* propius accedat ad *O* vel *lon* quod sequitur, quam *haud.* Verum ad hæc aliud quod reponam non habeo nisi id solum; si non aliam laborum suorum juvenis iste referat mercedem, tanti non esse didicisse literas.

Oæones] Miratur hic juvenis, qui valde sibi videtur Græculus, & me quoque Græcissare, quia Oæonas interpretatus sum *ovis victitantes*, vocemque eam eadem ratione compositam esse dixerim atque ἰνοπίων, μακρωίων. Ut ostendat quam absurdum hoc sit, & ut Horatium elegantius loquentem introducat, sic legit & reformat ejus verba; *Humano capiti cervinam*, &c. Pergit; *cum in* ϖωίων *simplex modo sit* ω, *quis deus inspirabit venire ab* ὠὸν, *cum tot simplices Græcæ voces ab eadem vocali incipiant? Imo habeamus ipsum* ὦα. Non opus est deo aliquo, vel puer videat non posse aliunde hanc vocem formari quam ab ovis. Quis vero tam fatuus sit ut ab ὦα eam arcessat, ac si homines pellibus vescantur lanatis? Hac ratione ἐπωάζειν fuerit non ἐπ' ὠοῖς καθῆσθαι, sed pellibus incubare. Quod autem una tantum superfit litera, ad rem non facit, cum dentur etiam voces in quibus nulla remaneat litera, quarum tamen originem & compositionem assequantur Græci. Sive à singulari, sive a plurium numero vocem hanc arcessas, utrunque recte se habet, ut enim ex μακρωίωνες contractum μακρωίωνες, ita ex ὠοιίωνες fiunt ὠίωνες. Infinita enim exempla & præcepta grammaticorum non permittunt tantum, sed & jubent ut fiat contractio, si in compositis, quæ in fine est vox, à vocali incipiat, exceptis tantum nonnullis in εἶδος aut εἶδης terminatis, quanquam in illis quoque nonnunquam fiat contractio.

ſtractio. Quod ſi à plurali ὠὰ fiat compoſitio, uti ſæpe, jam omnes in ὠαίωνες comparebunt literæ. Iſte tamen juvenis audacter affirmat *Ooœonas* vel *Oonœonas* eſſe legendum; ſed debuiſſet promere aliquem ſcriptorem à quo iſte populus vel hoc, vel illo appelletur nomine. In hac autem quam dedi lectione omnia antiqua Plinii & Solini conveniunt exemplaria.

Panotos] Admiſimus *Panotos*, vel ſi mavis, *Panotios*, veluti lectionem magis veriſimilem: addidimus tamen fieri poſſe ut *Tanuotos* ſcripſerit Mela, utpote quod & ipſum non multum recedat à ſcriptorum librorum lectione. Verum utrunque explodit infelicis judicii juvenis, & ex eo quod in ſcriptis reperit codicibus & *analos* vel *ſatinales* audacter affirmat legendum eſſe *Ouatmallos*. Si Melam Sarmatice loquentem in ſcenam producere voluiſſet, aptius non potuiſſet invenire vocabulum. Iſte tamen Græculus juvenis Græcam eſſe contendit hanc vocem & quidem tam claram, ut expoſitione non egeat. Ut hoc efficiat addit; *ſic* δρακοντόμαλλοι Γοργόνες *Æſchylo in Prometheo*, *quia habebant* κεφαλὰς θεσπεσεμμόρους φολίσι δρακόντων. Miſere fallitur. Quis enim neſcit Gorgonibus attribui capillitium anguinum? Quis item non videat in hoc Apollodori loco legendum eſſe σκολίσι δρακόντων; Sed & quis ignorat μαλὸν & σκόλυν idem eſſe accipique pro comis & cirris anguium ſeu draconum inſtar contortis? At vero ſi barbaram iſtam admittamus vocem, cui ſimilem in tota lingua Græca nemo inveniat, Mallouatos enim aut Mallotios non Ouatmallos dixiſſent, jam non magnas & patulas, ſed laneas vel cirratas habebimus aures, quod quid ſibi velit, aut quomodo ad Panotios pertineat, nemo

mo expediat; cum non niſi æque ineptam ac ſit ipſa compoſitio, vox iſtæc admittat expoſitionem.

AD CAP. VII.

Prudentiores eis quibus ars ſtudiumque ſapientiæ contingit] Quia in ſuo libro pro *eis* juvenis Leidenſis *ei* invenit, ideo locum hunc ſic legendum cenſet; *prudentiores & quibus ars ſtudiumque*, promittitque ſe ubi otium fuerit hæc probaturum. Sed operam perdet, non enim intellexit Melam, nec vidit ubi ulcus lateat. Quid enim hoc in loco ſibi vult *ars ſapientiæ*? Iterum itaque conſului veteres libros, in quorum nonnullis abeſt ultima vox *contingit*. Sed veram exhibet lectionem codex optimus; *Prudentiores eis*, *quibus ars ſtudium eſt ſapientiæ*, *non exſpectant eam*, &c. Convenit codex Arundellianus, niſi quod pro *eis* habeat *enim*. Prior ad verbum pene deſcripſit ex Thalia Herodoti. Hæc quæ ſequuntur, pertinent ad Calanum Indum paraſitum menſæ Alexandri; & præterea ad Zarmanum Chagam uti Strabo, vel Zarmarum ut eum Dio appellat, & ipſum ſophiſtam Indum, quorum iſte Babylone præſente Alexandro, alter Athenis ſub Auguſto ambitioſo funere vivos ſe combuſſere. Hos dicit prudentiores fuiſſe illis Indis, qui in ſolitudine ingloria morte perirent, utpote qui ſtudium ſapientiæ convertiſſent in artem vivendi, & non niſi demum vitæ pleni, læti & unguentis delibuti, glorioſam ſibi accerciſſent mortem.

Poſt ubi aliquot ſæpe magnis flexibus cingit jugum ingens iterum rectus ſolidusque deſcendit] In multis manu exaratis libris poſt *ingens* ponitur diſtinctio,

ctio, quam lectionem probat juvenis Leidenſis. Sed non ſic rem confectam habemus. Quomodo enim Indus rectus ſoliduſque poteſt deſcendere, ubi magnis flexibus cingit jugum ingens? Non ubi flexus agit & jugum vel inſulam cingit, ſed demum ubi iterum conjungitur rectus ſoliduſque poteſt fluere. Olim *cinxit*, non *cingit* legendum eſſe exiſtimavi. Eam tamen lectionem non admiſi, quod in antiquioribus libris pro *jugum* ſcriptum eſſet *jugum ejus*, in omnium vero optimo *jugumenis*. Statim poſtea cum tollit voculam *ſed*, nec hoc quoque admittendum. Quamvis enim à multis abſit libris, exſtat tamen in antiquioribus. Locus quem affert ille nihil ad rem facit, cum quod ibi occurrit *non tantum*, & oppoſitum his *etiam*, omnem ambiguitatem & confuſionem prorſus tollat.

Putreſcentium membrorum tabe concreſcens ipſa ſe concipit] *Tabo* legendum cenſet juvenis Leidenſis, & cauſam addit, quod ex tabe nihil concreſcit, nec tabem dici de putreſcentibus membris. Sed nuſquam invenias ex putreſcentibus membris naſci tabum, paſſim vero invenias putridam tabem. Nuſquam quoque reperias ex tabo ſeu atro cruore naſci phœnicem, ſed vel ex ſanie alba, vel ex cinere oſſium permixto medullis. Nec dicit Mela phœnicem ex tabe concreſcere, ſed ſolvi tabe putreſcentium membrorum. Tabes enim ſive diminutio membrorum eſt via ad ultimam corruptionem, quam putrefactionem paſſim vocat Ariſtoteles. Iſtam vero ultimam corruptionem, ſeu putrefactionem ſequitur diſſolutio, diſſolutionem vero nova concretio & demum generatio. Si pravam librarii tollas diſtinctionem, omnia clara erunt; *ſibi*

ſibi ipſa incubat, ſolviturque deinde putreſcentium membrorum tabe: concreſcens ipſa ſe concipit, atque ex ſe rurſus enaſcitur.

AD CAP. IX.

Miræ aves cornutæ Tragopanes.] Et hic quoque nugatur Leidenſis juvenis, cum dicit tragopanas non poſſe aliud ſignificare quam hircos cornutos, non autem aves. Atqui ſi iſtis hircis cornutis accedant alæ, uti ſæpe in antiquis Ægyptiorum Sculpturis, an non etiam fiunt aves? Eadem eſt ratio Ægipanum, qui aliquando cum alis, alias vero abſque iis finguntur. Neſcit præterea inter aves non capellas tantum, ſed & tityros, id eſt hircos reperiri. Iſte tamen Juvenis non contentus, ſtabilita à viris doctis lectione, ut aliquid novi procudere videatur, fingit vocem ipſa magis monſtroſam ave, pro *tragopanes* enim ſine hæſitatione legendum eſſe affirmat *tragopaones*. Ut Græcum fiat dicendum fuiſſet tragotaones. Græco-Latinum non poteſt eſſe niſi fiat tragopavones.

Alit papyrum & minora quidem. Ut toto paſſim hoc ſcripto, ita quoque in fine & clauſula ſatis oſtendit quanta bonæ mentis & rationis Juvenis iſte laboret inopia, cum pro eo quod eſt in veteribus libris *alit & pyrum*, audacter reponit, *alit & ſcirpum*. Adeone ergo ineptus fuit Mela ut cauſam dicturus quamobrem Nilus ex hoc Mauritaniæ fonte creditus fuerit profluere, eo uſus fuerit argumento, quod ibi ſcirpi naſcantur, qui toto terrarum orbe in omnibus paſſim proveniunt paludibus, ſtagnis & fluminibus? Fruſtra ad teſtes provocat, cum nemo unquam tam ineptus & rerum imperi-

tus fuerit, ut ſcirpos in ſola provenire dixerit Ægypto.

Habes, mi Grævi, unde ſatis colligas, quid de nova quam tranſmiſiſti Pomponii ſentiam editione. Perſecutus ſum ſingula ſi minutias quaſdam excipias, uti ſunt *eſt* vel poſitum vel omiſſum, *Scyron* pro *Scyrum*, *quis* pro *quibus*, & pauca quædam ſimilia quæ libenter neglexi. Recte ſane fecerit Juvenis iſte ſi Bonæ litet Menti, & depoſita feritate & iracundia pacatiores induat mores.

FRANEQUERÆ,
Ex Officina Typographica ARNOLDI IELMERI. MDCC.